SEPTIMVM VOLVMEN.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE
EXTRA ORDINEM NATVRALIVM VARII LIBRI:
QVIBVS NONNVLLI ETIAM ADDITI SVNT ARISTOTELI ASCRIPTI:
ALEXANDRI PROBLEMATVM LIBRI II.

Horum omnium nomina, additamentum, & castigationes, versa pagina declarat.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LII.

Petrus Mauritius
Thomae Orphini [illegible] Comitis.

IN HOC SEPTIMO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS problematum Sectiones duę de quadraginta, Theodoro Gaza interprete, pleriſcp in locis ex collatione græcorum codicum emendatæ. fol.1.

Quæſtiones Mechanicę Nicolao Leonico Thomæo interprete, nuper recognitę, ac variis figuris illuſtratæ. 54.

De Mundo ad Alexandrum Liber, Gulielmo Budæo interprete. 60.

De Admirandis Auditionibus Commentariolus, nuper à Dominico Monteſauro Veronenſi in latinum conuerſus. 66.

Phyſiognomicorum liber plurimis in locis diligenter caſtigatus, atcp in capita diuiſus. 72.

De Coloribus libellus, à Simone Portio Neapolitano latinitate donatus. 76.

De Spiritu libellus, in capita diſtinctus. 79.

De Xenophane, Zenone, & Gorgia, noua nuper Ioannis Bernardi Feliciani translatione ad integritatem reſtitutus. 82.

De lineis inſecabilibus Liber, nuncp antea nec græce, nec latine impreſſus, vnà cum GEORGII PACHYMERII ea de re compendio, hactenus falſo Ariſtoteli aſcripto, nunc vero fideliſſime in latinum conuerſo, Iulio Martiano Rota interprete. 86.

Alexandri problematum libri duo, Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exemplarium græcorum veritatem emendati. 91.

De Cauſis proprietatum elementorum Libellus Ariſtoteli aſcriptus, nuncp antea impreſſus. 110.

De Cauſis Libellus ex hebrco in latinum cõuerſus, Ariſtoteli, ſeu Auempace, vel Alpharabio, aut Proclo aſcriptus. 114.

Hæc autem omnia ex præfatione clarius percipies.

INDEX SVMMARVM AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summæ ac Capita Primi libri de Cœlo.

SVmma Prima eſt de ſubſtantia iſtius artis. fo.2.&.125.

Summa Secunda. De definitione Corporis naturalis, & eius perfectione, .2.&.125.

Summa Tertia, De mundi perfectione, .3.et.126.

Summa Quarta. Demonſtrat circulare ſimplexq; dari corpus, ab unoquoq; ſimplicium motu recto ſua natura diuerſum, .3.&.126.

Summa Quinta, Corpus circulare, & ſimplex nec graue eſſe, nec leue, .6.&.126.

Summa Sexta, Circulare, ſimplexq; corpus, nec gñabile, nec corruptibile, nec alterius mutationis prætercp localem motus ſuſceptiuum eē: ſimpliciaq; corpora quatuor eſſe numero, .8.&.126.

Sũma Septima. Mundũ finitæ eſſe ẽtitatis, 11, et. 127.

Sũma Octaua. Mundũ unũ numero eſſe. 24.&.130.

Caput Primum. Propoſitiones enumerantur, quibus hæc quæſtio abſoluitur, .24.&.130.

Caput Secundum. Demonſtrationem aſſignat, oſtendentem unum eſſe mundum. .25.&.130.

Caput Tertium. Dubitationes ſoluit, quibus exiſtimari poteſt plures eſſe mundos. 26.&.130.

Caput Quartum. Quaſdam, quibus concludebatur unitas mundi, propoſitiones explanat. 27.&.130.

Caput Quintum. Ex prima Philoſophia demonſtrationem aſſignat. .28.&.131.

Caput Sextum, Demonſtrationem tertiam, uirtute primæ propinquam, affert, .28.et.131.

Caput Septimũ. Dubitationẽ cõmemorat, qua dubitari poteſt plures eſſe cœlos, eáq; ſoluit. 29.&.131.

Caput Octauum. Oſtenditur cauſa, quare Mundus ſit unus, & non plures. .30.&.131.

Summa Nona. Extra mundum nec plenum, nec uacuum dari, .31.&.131.

Sũma Decima. Incorruptibilẽ eſſe mundũ, eiq; nullã corruptionis ineſſe potentiam: & fieri non poſſe aliquid eſſe genitũ, non interiturũ, nec quicq; perituru eſſe, quod ingenitum extiterat. .32.&.132.

Caput Primum. Antiquoꝝ de mundi gñatione corruptioneq; ſnĩas cõmemorat, easq; refellit. 32.&.132.

Caput Secundum. An dari poſſit ingenitum corruptibile, aut genitum incorruptibile. .35.&.132.

Pars Prima. Quot modis generabile, & corruptibile, ingenerabile, & incorruptibile dicãtur, cauſaq; aſſignatur, cur ubi ſunt nomina æquiuoca, eorũ primũ ſignificata enumerare oporteat. .35.&.132.

Pars Secunda. Quo pacto aliquid dicatur habere potentiam, aut non habere. Quæ ue parte lege potentiæ, & impotentiæ definiantur. .37.&.132.

Pars Tertia. Impoſſibile eſſe aliquid eſſe perpetuũ, & ei ineſſe potentiam ad priuationem. .38.et.133.

Pars Quarta. Nil dari æternum corruptibile, nec generabile æternum. .39.&.133.

Pars Quinta. Quibus in rebus inueniatur generatio & corruptio, & quòd generabile, aut corruptibile non poſſit eſſe æternum. .39.&.133.

Pars Sexta. Ingenerabile, & Incorruptibile conuertibiliter æterno competere. .40.&.133.

Pars Septima. Generationem, & corruptionem conuerſim dici. .40.&.133.

Pars Octaua. Deſtruit ſententiam dicentis hic eſſe aliquid æternum corruptibile, aut genitum incorruptibile, aut habens potentiam ad corruptionẽ non corrumpi. .42.&.134.

Summæ ac Capita Secundi libri de Cœlo.

SVmma Prima continet Proœmiũ. fo.45.&.135.

Caput Primum, Cœlum non eſſe generabile, neq; corruptibile: quod ex Antiquorum etiam teſtimonio comprobatur. .45.&.135.

Caput Secundum, Cœleſtia corpora nõ fatigari, ideoq; ſubiecto ea deferente non indigere. .45.&.135.

Caput Tertium. Cauſam continuitatis motus in cœlo, aut eoꝝ permanentiæ, nõ eſſe eorum motus velocitatẽ, aut quia ſint diuiſa corpora. .46.et.136.

Sũma Secunda. De circulari corpore. Quæſitũ primũ. Cœlũ differentias oēs habere poſitionis. 46.et.136.

Quæſitum Secundum, Cauſam enuntiat, cur motus circulares ſint plures. .50.&.136.

Quæſitum Tertiũ. Formã cœli rotundã eē. 51.&.137.

Quæſitum Quartum. Cur Cœli motus magis in unã tendat partem, quàm in aliam. .54.&.138.

Quæſitum Quintum. Cœleſtium corporum motus eſſe æquales. .55.&.138.

Sũma Tertia. Stellaꝝ diſpõnes conſyderat. 58.&.138.

Caput Primũ. Qualis ſit eaꝝ ſubſtantia. 58.&.138.

Caput Secundum, Modum ſtellarum motus enuntiat. .59.&.139.

Quæſitum Quartum, iuxta Auerrois Paraphraſim. Oſtenditur cauſa, cur quædam ſtellarum tardioris ſint motus, & quædam velocioris. 64.&.139.

Quæſitum Tertium, iuxta Auer. Paraphraſim. Aſtrorum figuræ demonſtrantur. .64.&.140.

Quæſitũ Quintũ. Quare aliquæ ſtellaꝝ pluribus, aliquæ uero paucioribus mouẽtur motibus. 65.et.140.

Quæſitũ Sextũ. Cur ſupremi orbis plures ſint ſtellæ, & in inferioribus ſtella duntaxat una. .67.&.140.

Summa Quarta. De Terra. .68.&.140.

Caput Primum. Antiquorum de loco Terræ opinionem enuntiat. .68.et.141.

Caput Secundum, Antiquorum ſententiæ de cauſa Quietis & motus terræ. .69.&.141.

Caput Tertium. Antiquorum ſermo de terræ figura. .69.&.141.

Caput Quartum. Antiquorum de cauſa Quietis terræ dicta

ue dicta commemorat, & quis illorum censuerit ipsam quiescere. .70.&.142.
Caput Quintū. Terrā subire motū destruit. 73.et.141
Caput Sextum. Terræ locum, causamq; quietis eius exponit. .75.&.142.
Caput Septimum. Terræ figuram, quæ sit, ostendit. .77.&.143.

Summæ ac Capita Tertij libri de Cœlo.

SVmma Prima ueluti exordium est totius Libri, dicta cōmemorās, dicēdaq; ꝓponēs. fo. 80. et. 143.
Summa Secūda. Antiquoꝝ sentētias de Gnatione, & corruptione rerū Naturalium enuntiat. 81. et. 143.
Summa Tertia, qua destruitur sermo, dicens partem dari indiuisibilē per prepositiones Naturales, alias à propositionibus Mathematicis, de quibus in Phy sico auditu. .82.&.144.
Pars Prima. Impossibilia Mathematicis consequentia & Naturalibus consequi, non autem è contrario. .82.&.144.
Pars Secunda. Contradicit dicentibus generationem fieri ex superficiebus. .83.&.144.
Caput Primum. Impossibilia, ita dicentes comitantia enumerat. .83.&.144.
Caput Secundum. Omne corpus in rectum mobile grae esse, aut Leue: acremq; necessarium esse motibus & naturali, & uiolento. .85.et.145.
Summa Quarta. Generationem non omnibus, sed alicui quibus Naturaliū corpoꝝ inesse posse. 92.&.146.
Sūma Quinta. Scrutatur causas generationis in compositis, & sunt ipsa elementa. .93.&.146.
Quæsitum Primum. Compositoriū corporum esse principia, atque elementa. .93.&.146.
Quæsitum Secundum. Principia & Elementa finita esse. .93.&.146.
Quæsitum Tertium. Elementa uno plura esse declarat. 96.&.147.
Summa Sexta. Generationem in simplicibus esse corporibus, elementis scilicet: & hoc secundum partes, secundum totum autem minime. .99.&.148.
Summa Septima. Elementorum generationem nec ex non corpore, nec ex alio corpore, sed ex alterutris esse docens. .100.&.148.
Summa Octaua. Antiquorum sermones de mutua elementorum generatione refellit. .101.et.148.
Caput Primum. Contradicit dicentibus generationem elementorum esse per modum segregationis & exitus. .101.&.148.
Caput Secundum. Inuehitur contra ponentes elementorum compositionem esse ex triangulis, in eosq; hæc ipsa resolui. .102.&.148.
Caput Tertium. Vniuersaliter refellit dicentes essentiales differentias, quibus diuersificantur elemēta, esse figuras. .104.&.149.

Summæ ac Capita Quarti libri de Cœlo.

SVmma Prima. De Antiquoꝝ sermone circa graue & leue inquirit. fo. 103.&.150.
Caput Primū. Huius libri propositum declarat. 108. &.150.
Caput Secundū. De Graui & Leui quotupliciter eorum uthumquodque dicatur: et Antiquos de horum tantum altero sermonem fecisse. .109.&.150.
Caput Tertium. Antiquorum, ueterum ſ. & iuniorum de Graui & Leui sententias commemorat, & eorundem fallacias. .110.&.150.
Summa Secūda. Causam docet, qua quedā ex simplicibus Leuia sint, & quædam Grauia. 114.&.151.
Sūma Tertia. Ostendens quid Graue sit, & quid Leue, & quæ sint corpora, quibus hæc insint, quotq; numero, & accidentium eorum causas enuntians. .117.&.151.
Caput Primum. Definit Graue, & Leue simpliciter. .117.&.152.
Caput Secundum. Causam assignat, qua aliqua cōpositoꝝ corporū sint Leuiora in uno loco, q̄ aliud corpus, & Grauiora eodem in alio loco. 118.&.152.
Caput Tertium. Explanat inuenta esse corpora simpliciter Grauia, et simpliciter Leuia: quæq; ea sit. 119. et. 152
Caput Quartum. Causam ostendit, qua danda sunt Graue, & Leue simpliciter, & etiam in comparatione: traditq; illorum differentias, materiæ, formarumq; ratione. .120.&.153.
Caput Quintum. Elementa omnia grauitatē habere in suis locis, præter ignem. .121.&.153.
Caput Sextum. Declarat iam dictas causas de Graui, & Leui simpliciter, et quòd materie cuiusq; eorum intuitu soluūtur dubitationes, contingētes his, quæ unā & eandem eorum esse materiā ponunt, ueluti dicentes uacuum, & plenum. .123.&.153.
Caput Septimum. Docet, quamuis figuræ nō sint Grauis & Leuis, eas tamen uelocitati, & tarditati in motu coadiuuare. .124.&.154.

Summæ ac Capita Primi libri de Generatione, et Corruptione.

SVmma Prima. De Generatione, & Alteratione. fo. 154.
Caput Primum. Quæ sit libri intentio: De Gnatione, et Alteratione Antiquorum sententiæ. 154.
Caput Secundum. De quo tractandū sit in hoc libro. Quòd nō dētur indiuisibiles magnitudines. Quòd gnatio nō necessario fiat p cōgregationē et segregationē: & ideo gnationem non eē alterationem. 155.
Caput Tertium. Quæ simpliciter, quæ uè secundum quid, aut secundum partem Generatio, atq; Corruptio dicenda sit: & cur utraq; perpetuo duret. .157.
Caput Quartum. Quo differant Generatio, atq; Corruptio ab alteratione. .159.
Summa Secunda. De Augmentatione. .159.
Caput Primum. Quomodo Augmentatio ab aliis differat motibus. .159.
Caput Secundum. Quæ sit Augmentationis materia. .159.
Caput Tertium. Quid sit id, quod augetur. .160.

Caput

Caput Quartū. Quale sit id quod augetur. Quo pacto fiat augmentatio. De differētia inter augmēta tionem & nutritionē: & quæ sit ipsa Corruptio. 161
Summa Tertia. De Tactu, de ipso Agere, & Pati et de Mistione. .161.
Caput Primum. Proponitur sermo de Elemētoꝝ gnatiōe ac de aliis, de quibus prius agere necesse ē. 161.
Caput Secundum. De Tactu. .162.
Caput Tertiū. Antiquoꝝ opiniones, quæ sint ea, quæ agunt, et patiūtur: ac earum confutatio. .162.
Caput Quartū. Quid sit ipsum Agere, et Pati. Quæ sint ea, quæ uere agunt, et patiuntur: Propter quid: Et quomodo. .163.
Caput Quintum. Variæ adducūtur Antiquorū opiniones, quo pacto fiant Agere & Pati, earumq; examinationes ac confutationes. .163.
Caput Sextum. Quo pacto uere fiant Generatio, & Actio, & Passio. .165.
Caput Septimum. Proponuntur dubitationes de ipsa Mistione, aliorumq; de his opiniones, ac earū confutationes. .166.
Caput Octauum. Quo pacto fiat ipsa Mistio, & quæ sint Miscibilia proprie, & quid mistio ipsa. .166.

Summæ ac Capita Secundi libri de Generatione et Corruptione.

SVmma Prima. Elementorum principia, et eorum numerum inquirit. fo. 167.
Caput Primum. De huius libri intentione. De principio materiali generationis, Elementorum opiniones, & Antiquorum, et Propria. .167.
Caput Secundum. Quòd qualitates tāgibiles sint elementoꝝ principia, primæq; eorum differentiæ. 168.
Caput Tertium. Quot sint qualitatū primarum conjugationes. Quotusq; Elementorū numerus, Qua ternarius scilicet. .168.
Summa Secunda. De Elementorum generatione. 169
Caput Primum. De mutua Elementorum generatione facili, atq; difficili. .169.
Caput Secūdum. Quòd Elementa non sint naturalia corporum materia, nec alterum alteri. .170.
Caput Tertium. Quòd in infinitum in rectū non possit procedere elementorum generatio, sed quòd necessario ipsa sint finita. .171.
Caput Quartum. Quòd elementa, cùm plura sint, nō sint immutabilia: præcipueq; aduersus Empedoclem huius opinionis authorem. .171.
Summa Tertia. De Mistorum generatione. .172.
Caput Primum. Quo pacto elementa mutuo generentur, & quo pacto ex eis generentur mista. 172.
Caput Secundum. Mista omnia ex quatuor constare simplicibus elementis. .173.
Summa Quarta. De causis Generationis, & Corruptionis. .173.
Caput Primum. Quòd oporteat inquirere causas rerū generabilium, & corruptibilium uniuersales. Quot quæue sint istæ causæ: & nonnulli circa ipsas Antiquorum errores. .173.
Caput Secundū. Quæ sit causa perpetuitatis Gnationis, et Corruptiōis. Quòd oporteat deuenire ad unū primū. Et à quo dicatur motus continuitatis. 174.
Caput Tertium. Quo pacto fiat in ipsis rebus consecutionis, & reuersionis necessitas, ac quo etiam pacto non fiat. .175.

Summæ ac Capita Primi libri Meteorologicorum Aristo.

SVmma Prima. Declarātur ea, quæ tanq̄ principia eorum, quæ in hūs libris tractantur, cognitionem antecedunt. fo. 180.
Caput Primum. Eoꝝ, quæ hactenus dicta sunt, rememoratio, dicendorumq; explicatio. .180.
Caput Secundum. Cœlum eorum, quæ circa elementa accidunt, effectricem esse causam. Elementa uero materialem. .180.
Caput Tertium. Neq; aerem, neq; Ignem solum, intermedium replere locum. .180.
Caput Quartū. De ordine ignis, & aeris ad ipsum cœlum. Cur in suprema aeris regione nubes non fiant. De caliditate Solis in hæc inferiora. .180.
Summa Secunda. De his, quæ in superiori loco generantur. .181.
Caput Primum. De Causis accensarū Flammæ, distur rentium Syderum, Trabium, & Capratum. .181.
Caput Secundū. De Imaginū cā, noctu appentiū. 181
Caput Tertium. De Cometis, Antiquorum opiniones, ac earum confutationes. .181.
Caput Quartum. De Cometarum causis, ac eorum differentijs Aristotelis opinio. .181.
Caput Quintum. De Lacteo circulo Antiquorum opiniones, earumq; confutationes. .184.
Cap. Sextū. De Lactei circuli ētia opinio ꝓpria. 185.
Summa Tertia. De his, quæ in loco inferiori, terræ propinquiori generantur. .186.
Caput Primum. De generatione Vaporis, Nubis, Caliginis, Pluuiæ, Roris, Pruinæ, & Niuis. .186.
Caput Secundum. De Grandinis generatione. .187.
Summa Quarta. De Fluminibus, ac Fontibus. .188.
Caput Primū. De Fluuioꝝ, ac Fontium gnatione. 188.
Caput Secundum. De Permutatione, & uicissitudine aquarum, & continentis. Et de Diluuijs. .189.

Capita Auerrois in Primum librum Meteorologicorum.

CAput Primum. Exponit ea, quæ sunt supponenda tanq̄ dicendorum fundamēta: multaq; ex his, quæ in superiori generantur loco. fo. 181.
Caput Secundū. Sermo de Cometis ex sua media expositione circa Primū Librum Meteorologicoꝝ. 184.
Caput Tertium. De uia Lactea. .185.
Caput Quartum. De his, quæ in inferiori loco terræ propinquiori generantur, Pluuia scilicet, Nive, Rore, Pruina, & Grandine. .187.
Caput Quintum. De Fluminibus, & Fontibus. 190.

Summæ ac Capita Secundi libri Meteorologicorũ Aristotelis.

SVmma Prima. De Mari. fo.190.
Summæ Primæ Caput Primum. De Maris generatione, & essentia, Antiquoꝝ opiniones, ac earũ confutationes. Et cur ipsum fluere uideatur. .190.
Caput Secundum. De Maris essentia, et Loco. Et cur à fluminibus in ipsum ingredientibus nõ reddatur maius. Nonnullarumq; absurdarum opinionum derisio, ac confutatio. .191.
Ca. Tertiũ. De Maris salsedine, ac eius ꝓpetuitate. 192
Summa Secunda. De Ventis. .194.
Caput Primũ. De Ventoꝝ essentia, ac gñatione. 194.
Caput Secũdum. Quas ob causas uenti cessent. Quibus temporibus nonnulli eorum flent, & à quibus Locis. De Partibus terræ habitabilibus. .194.
Caput Tertium. De Ventorum Numero, Situ, Cõtrarietate, Temperatura, & Operationibus. .195.
Summa Tertia. De Terræmotu. .200.
Caput Primum. Antiquorum de Terræmotu opiniones tres, ac earum confutationes. .200.
Caput Secundũ. De Terræ motus Gñatione, Essentia, Locis, Temporibus, aliisq; eius accidentibus. 200.
Summa Quarta. De Corruscatione, et Tonitruo. 202.
Caput Primum. De Corruscationis & Tonitrui generatione. .202.
Caput Secundum. Antiquorum de Corruscatione, & Tonitruo opiniones, earum confutationes, utraq; de his determinatio. .202.

Capita Auerrois in Secundum librum Meteorologicorum.

CAput Primum. De Mari. fo.193.
Caput Secundum. De Ventis. .196.
Caput Tertium. De Terræmotu. .202.
Caput Quartum. De Tonitruis, Fulminibus, & Fulguribus. .202.

Summæ ac Capita Tertij libri Meteorologicorum Aristo.

SVmma Prima. De Procella, Vortice, accenso Turbine, ac Fulminum speciebus. fo. 203.
Sũma Secunda. De Area, Iride, Parelijs, et Virgis. 203.
Caput Primum. Nonnulla horum omnium narrantur accidentia: quæ in unam communiem reducuntur causam, refractionem scilicet. .203.
Caput Secundum. De Areæ figura, Significationibus, & earum causis. .204.
Caput Tertium. De Iridum generatione, Coloribus, Speciebus, & Numero. .205.
Caput Quartum. Iridis figurã uel semicircularem, uel semicirculo similem minorẽ esse. Et quibus ipsa magis minusue appareat anni tẽporibus. Et hæc omnia per Perspectiuas demonstrationes. .207.
Caput Quintum. De Parelio, & Virgis. .209.
Summa Tertia. De his, quæ in terræ partibus inclusa generantur. .210.

Capita Auerrois in Tertium librum Meteorologicorum.

CAput Primum. De communibus ipsius Halo, Iridis, Solum, & Baculorum causis. fo.204.
Caput Secundum. De Halo. .205.
Caput Tertium. De Iride. .207.
Caput Quartum. De Solibus, & Baculis. .210.

Summæ ac Capita Quarti libri Meteorologicorum.

SVmma Prima. De operationibus Actiuarum qualitatum. fo.213.
Caput Primum. Qualitatum Primarum quæ actiuæ, quæ passiuæ dicantur. .213.
Caput Secundum. Quid generatio simplex, & Corruptio. Et de Putrefactione multa. .213.
Caput Tertiũ. De Cõcoctione, & Inconcoctione. 214.
Caput Quartum. De speciebus cõcoctionis, et incõcoctionis, Maturatione scilicet, & Cruditate Elixatione, et Inquinatione, Assatione atq; Tostione. 215.
Summa Secunda. De Speciebus à passiuis qualitatibus prodeuntibus. .216.
Caput Primum. De Siccitate, ac Humiditate passiuis corporum principijs, Duritieq; & Mollitie. .216.
Caput Secundum. Causarum Concretionis, et Liquefactionis consyderatio. .217.
Caput Tertium. De Concretione, Liquefactione, & Incrassatione: & de his, quæ hæc uel patiuntur, uel non patiuntur, & quomodo. .217.
Summa Tertia. De Passionibus ac differentijs similariũ corpoꝝ, à passiuis qualitatibus prodeũtibus. 219
Caput Primum. Quibus medijs horum corporum passiones, ac differentiæ dignoscantur, earumq; differentiarum enumeratio. .219.
Caput Secũdum. Cuiuslibet dictarum passionum explicatio. .219.
Summa Quarta. De cognitione Temperaturarũ corporum similarium. .221.
Caput Primũ. Quo pacto cognoscantur corpora constare humido magis, aut sicco. .221.
Caput Secundum. Quo pacto dignoscantur corpora participare magis calido, aut frigido. .222.
Caput Tertium. Cõtinuatio ad ea, quæ dicenda sunt. Et quòd operationes in corporibus innotescant magis quàm eorum substantiæ. .222.

Capita Primi libri de Plantis.

CAput Primum. Disceptatio de Plantarum Vita, & Facultatibus, tum ex Antiquorum, tum ex propria opinione. .223.
Caput Secundum. De Plantarum Partibus. 224.
Caput Tertium. De Plantarum Differentijs. .225.

Capita Secundi libri de Plantis.

CAput Primum. De Plantaꝝ Gñatione. f. 226.
Caput Secundum. De Partium, & Accidentium generatione in ipsis Plantis. .228.

Finis.

INDEX SVMMARVM ET CAPITVM, QVÆ IN HOC SEPTIMO VOLVMINE CONTINENTVR.

Summæ Quæstionum duarum de quadraginta sectionum Problematum Aristotelis.

SECTIO PRIMA.


Orum, quæ ad medicinam pertinent: cuius quæstiones.59. fo.1.

Sectio Secunda.

Eorum, quæ ad sudorem pertinent: cuius quæstiones.42. .4.

Sectio Tertia.

Eorum, quæ ad vini potum, & vinolentiã pertinent: cuius quæstiones.34. .6.

Sectio Quarta.

Eorum, quæ ad vim Veneream pertinent: cuius quæstiones.33. .9.

Sectio Quinta.

Eorum, quæ ad laborem pertinent: cuius quæstiones.38. .11.

Sectio Sexta.

Eorum, quæ ad sessionem, accubitum, & habitum corporis pertinent: cuius quæstiones.7. .13.

Sectio Septima.

Eorum, quæ ad consensum naturæ animantium pertinent: cuius quæstiones.5. .13.

Sectio Octaua.

Eorum, quæ ad rigorem, atq; horrorem pertinent: cuius quæstiones.19. .14.

Sectio Nona.

Eorum, quæ ad vibices, & cicatrices, & pelles pertinent: cuius quæstiones, 14. .15.

Sectio Decima.

Eorum, quæ ad res naturales pertinent: cuius quæstiones.67. .16.

Sectio Vndecima.

Eorum, quæ ad vocis, soniq; rationem pertinent: cuius quæstiones.65. .19.

Sectio Duodecima.

Eorum, quæ ad res bene olidas pertinent: cuius quæstiones.13. .23.

Sectio Decimatertia.

Eorum, quæ ad res male olidas pertinent: cuius quæstiones.12. .24.

Sectio Decimaquarta.

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinent: cuius quæstiones.16. .24.

Sectio Decimaquinta.

Eorum, quæ ad res mathematicas pertinent, & ad cœlestia: cuius quæstiones.12. .25.

Sectio Decimasexta.

Eorum, quæ ad res inanimatas pertinent: cuius quæstiones.13. .27.

Sectio Decimaseptima.

Eorum, quæ ad res animatas pertinent: cuius quæstiones.3. .28.

Sectio Decimaoctaua.

Eorum, quæ ad literarum studia pertinent: cuius quæstiones.10. .28.

Sectio Decimanona.

Eorum, quæ ad concentum pertinent: cuius quæstiones.51. .29.

Sectio Vigesima.

Eorum, quæ ad stirpium genus, et oleracea pertinent: cuius quæstiones.36. .32.

Sectio Vigesimaprima.

Eorum, quæ ad farinam, & massam, cæteraq; id genus pertinent: cuius quæstiones.26. .34.

Sectio Vigesimasecunda.

Eorum, quæ ad fructus arborum pertinẽt: cuius quæstiones.14. .35.

Sectio Vigesimatertia.

Eorum, quæ ad mare, salsamq; omnem aquam pertinent: cuius quæstiones.41. .36.

Sectio Vigesimaquarta.

Eorum, quæ ad aquas calidas pertinent: cuius quæstiones.19. .38.

Sectio Vigesimaquinta.

Eorum, quæ ad aerem pertinent: cuius quæstiones.22. .39.

Sectio Vigesimasexta

Eorum, quæ ad ventos pertinent: cuius quæstiones.64. .40.

Sectio Vigesimaseptima.

Eorum, quæ ad metum, & fortitudinem pertinent: cuius quæstiones.11. .43.

Sectio Vigesimaoctaua.

Eorum, quæ ad temperantiam, & intemperantiam, & continentiam, & incontinentiam pertinent: cuius quæstiones.8. .44.

Sectio Vigesimanona.

Eorum, quæ ad iustitiam pertinent: cuius quæstiones.16. .45.

Sectio Trigesima.

Eorum, quæ ad prudentiam, & mentem, & sapientiam pertinent: cuius quæstiones.13. .46.

Sectio Trigesimaprima.

Eorum, quæ ad oculos pertinent: cuius quæstiones.30. .48.

Sectio Trigesimasecunda.

Eorum, quæ ad aures pertinẽt: cuius quæstiones.13. 50.

Sectio Trigesimatertia.

Eorum, quæ ad nares pertinent: cuius quæstiones.18. .50.

Sectio

Sectio Trigesimaquarta.

Eorum, quæ ad os, & ad ea, quæ in eo sunt pertinent: cuius quæstiones. 12. .51.

Sectio trigesimaquinta.

Eorum, quæ ad tactum pertinent: cuius quæstiones. 10. .52.

Sectio trigesimasexta.

Eorum, quæ ad faciem pertinent: cuius quæstiones. 3. .52.

Sectio trigesimaseptima.

Eorum, quæ ad totum corpus pertinent: cuius quæstiones. 6. .53.

Sectio trigesimaoctaua.

Eorum, quæ ad colorem pertinent: cuius quæstiones. 10. .53.

Summæ Quæstionum Mæchanicarum.

Quæ sit artis Mechanice facultas. fol.54.
De dignitatibus, admirandisq; circuli proprietatibus. fol.54.
Quæstiones. fol.55.

Summæ ac Capita libri de Mundo.

Proœmium. Cap.1. fo.60.
De mundi partibus, ac ipsarum inter se ordine. Cap.11. fol.60.
De his, quæ in Aere generantur. Cap.3. fol.61.
De his, quæ in terra, fiunt. C.iiii. fol.62.
De his, quæ in Mari eueniunt. C.5. fol.63.
Dubitationis solutio, quo pacto mundus ex contrarijs constitutus, iamdiu nõ dissolutus fuerit. C.6. f.63.
De Deo. Capite.7. fol.63.
ARISTOTELIS *de Admirandis auditionibus cõmentariolus.* fol.66.

Summæ ac Capita libri Physiognomoniæ.

Physiognomonicam scientiam reperiri. Cap.1. fol.72.
Priores tribus modis Physiognomoniam speculasse, ac tradidisse, non tamen perfecte. cap.11: fol.72.
Quid sit Physiognomonia, & ex quibus generibus signa in Vniuersum accipiantur. cap.111. fol.73.
Quo pacto per Vnumquodq; dictorum generum signa accipiantur. Cap.4. fol.73.
Inuestigandorum ex signis Habituum, & passionum modi duo. cap.5. fol.73.
Passionum Habituumue multorum signa. C.6. fo.73.
Inuestigandorum Signiorum methodus. cap.7. fo.74.
Passionum Habituumq; in animalibus distinctio, ex masculini fœmininiq; generis comparatione. Cap.8. fol.74.
De passionum, habituumq; signis, à corporis partibus sumptis. cap.9. fol.74.
De passionum, habituumq; signis, à communibus quidem generibus desumptis, membris tamen particularibus applicatis. cap.10. fol.75.

Capita libri de Coloribus.

De coloribus simplicibus. Cap.1. fol.76.
De coloribus Medys, siue mixtis. cap.2. fol.76.
De Colorum infinitate. cap.3. fol.77.
De Coloribus artificialibus. cap.4. fol.77.
De mutatione colorum ex concoctione. cap.5. fo.77.
De Colore Pilorum, Pennarum, & cutum. C.6. f.78.

Capita libri de Spiritu.

Cap. Primum. Quæstio de spiritus natiui duratione, ac auctione. 79.
Caput. Secundum. Difficultas de respiratione. .80.
Caput. Tertium. Dubitationes de Respiratione, Pulsu, & Alimento .80.
Caput. Quartum. Dubitationes circa quamplurimas corporis partes, ac earum determinationes, multaq; de ipsarum functionibus .80.
Caput. Quintum. De actione Caloris contra nonnullos. .81.
Liber de Xenophane, Xenone, & Gorgia .82.
De Xenophane .82.
De Zenone. .84.
De Gorgia .85.
Liber de lineis insecabilibus .86.
Georgij Pachimerij compendium .86.
Alexandri Problematum Liber Primus .91.
Liber Secundus eiusdem .101.
Liber de causis proprietatum Elementorum .110.
Liber de Causis .114.

Indicis Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

PROBLEMATVM

SECTIONES DVÆ DE QVADRAGINTA,

Theodoro Gaza interprete.

SECTIO PRIMA,

Eorum, quæ ad medicinam pertinent: cuius quæstiones. LIX.



1 Vr exuperãtiæ hiemiæ committendi morbi vim hẽant? An quia vel excessum, vel defectum efficiant: qua quidã re morbũ consistere certum est.

2 Cur morbi sæpe curari possunt, vbi quis abunde excessit? equidem nonnulli Medici eam artem exercent, vt nõ nisi per excessum agãt vel vini, vel aquæ, vel sallugínis, vel cibi, vel inediæ. An quoniã caussæ, quę morbos cõmittunt, aduersæ inter se sunt: atq; ita efficitur, vt genus alterũ duci per excessum alterius in medium possit.

3 Cur tẽporum, flatuũq; mutationes morbos intendant, tollant ue, iudicent, vel cõmittant? An ꝙ aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut siccæ sunt, morbosq; qualitatum huiusmodi excessus cõmittit. Secunda etenim valetudo mediocritas quędã est. Quòd si per humidam, frigidam ue materiã morbus consiterit, tempus accedens contrarium tollere illum poterit. Sed si minus contrarium subsecutum sit, qui similis status tẽporis subuenerit, intendet sanè, atq; interimet. quo ẽt fit, vt qui bene valent, ægrotare tẽpore mutato incipiant: corporis enim proinde temperamentum soluat necesse est, quippe ꝙ non nisi temporũ, ætatum, locorũq; statu idoneo aptum sit augeri, seruariq;. Quamobrẽ cùm tempora euariant, ratio tunc valetudinis habẽda diligentius est. Idem autẽ illud prò causa particulatim etiam adest, quod in vniuersum proposui de temporibus: mutationes etenim flatuum, ætatum, atq; locorũ, pro temporis cuiusdã mutatione accipi debent. Quapropter hæc etiam intendendi, vel tollẽdi, vel iudicandi, vel contrahendi morbũ vim habẽt, quemadmodum tempora, & syderum ortus, orionis, arcturi, vergiliarum, cauiculæ, qui flatus imbresq; excitant, qui serenitates, frigora, tepores ue solent adferre.

4 Cur vomitus, cũ tempora immutantur, ciari maxime debeat? An ne conturbatio redundet, cũ varia excremẽta materiæ inutilis ex mutandi ratione prouenĩãt: vnde fit, vt cibum alĩ parum cõcoquant, alĩ parũ cupiãt.

5 Quamobrem qui vel cibo vitioso vescuntur, vel fame diutina laborant, pedibus iritu mescere soleant? An vtriusq; per tabem, consumptionemq; illud accidat. Tabescũt enim & qui esuriunt, quia nullum penitus capiunt alimẽtum: & qui vitiose vescuntur, qa quod assumpserint, perfrui nequeunt.

6 Quamobrem cũ vitiabilis per ætatẽ contrahi debeant, * morbi acuti, qui certe ex bili consistunt, per hyemem potius vrgeant? An quia febribus illi comitati, acuti, pterea sunt, quia violenti. violentia vero cõtra naturam est. locis enim quibusdam in corpore humescentibus, feruens oritur inflãmatio, quę cùm non nisi caloris exuperantia sit, febres vticq; accendere potest. Aestuo igitur tempore arida calidaq; vitia male homines habẽt, hyberno aũt humida calidaq; perinde acuta. celeriter nanq; interimunt, cũ propter humoris superfluitatis abundantiã concoqui nequeãt.

* codex græcus hæc addit: (febriãt enim in æstate maxime.)

7 Cur morbus pestilens solus ex omnibus vitijs præcipue afficiat eos, qui ad laborantes eo morbo ꝑpe accesserint? An ꝙ is solus omnium morborum cõmunis omnibus hominibus est. itaq; pestem facile omnibus infert, qui scilicet deprauato iã habitu sunt. fit enim, vt morbo cubãtis veluti quodam fomite succendente, vitium illud protinus exultet, concipiaturq; in alĩs.

8 Cur si venti septentrionales hyemem occuparunt, ver autem austros, pluuiasq; exhibuit, æstas proxima grauis tã febribus, quàm lippitudinibus insequi soleat? An quòd æstas corpora nostra multum humoris alieni continentia excipit, & terra madet, & habitãdi locus perhumidus est, talisq; redditur, qualis qui grauis perpetuo constat. Primum itaque lippitudines subeunt, cũ excrementa humoris in capite delinquere incipiũt, deĩn febres. Ita enim intelligẽdum est, vt rẽs eadem & calidissima, et frigidissima reddi possit, ceu aqua, vel lapis: feruet etenim illa, vrit hic vehementius. Fit igitur, vt aer suæ crassitudinis causa, calorẽ pleniorẽ suscipiens, exardescat, & corpora pari rõne, anxietate, æstuq; vexent: æstus verò in corpore febris, in oculis lippitudo est. Deniq; mutatio quęq; calida corpus peruertit, cum s. cœlo adhuc madente, æstas pro-

* ὡρῶν, & ita deinceps, vbiliguit typus.

* νοσεῖ δὲ ὡς morbosus: & ita sepiꝰ.

tinus ſicca, & calida occupauit. vitium ẽt au-
getur, ſi pluuia æſtate acceſſit. Ita enim vis So-
lis materiam late obtinet, quã feruefcere tũ in
corporibus, tũ in terra, tum ẽt in aere faciat:
qua de cauſa febres oriuntur, & lippitudines.

9 Cur ſi hyems auſtrina & pluuioſa fuit, ver
autem ſiccũ & aquilonium eſt, corpora tã ve-
re, q̃ æſtate morbi exercent? An q̃ hyemis te-
por, & humor faciunt, vt corpora tẽpori eiuſ-
modi proxima in qualitate reddantur. humi-
da enim, laxaq̃ fiãt, & ſoluta, neceſſe eſt. quę
cùm ita ſe habeant, vere frigido atq̃ ſicco fa-
cile cõcreſcere poſſunt, & indurari. Itaq̃ gra-
uidæ, quibus tũc adeſt partus, abortu pericli-
tantur, videlicet incaleſcendi, crudeſcendiq̃
rõne. quæ res ſyderatio appellata eſt, quam
ſicca illa cõmittit frigiditas, impatiens omni-
no excernendi humoris. Infantes vero, quos
gerunt, imbecilles, læſoſq̃ imodicam ob fri-
giditatem edunt. accidit. n. vt qui tunc cœlo
ſereno naſcuntur, ijdem pluuio benigne, &
conſtiterint, & nutriti fuerint intra parẽtem.
Cæteris vero, cũ pituita vitio ſuæ nimietatis
purgata nõ eſt (quod fit, vbi tepidum ſe ex-
hibuit) ſed coacta à frigore conſtitit, cùm te-
por occupauit, ęſtatis vi colliqueſcit: ſi bilioſi,
ſicciq̃ ſunt, q̃ eorum corpora minime humi-
dam, ſed ſqualibundam ſortiuntur naturam,
excitãtur quidẽ humores, ſed tenues: quam-
obrem eos lippitudo arida male habet. Si ve-
ro pituita redundãt, raucitates diſtillatiõesq̃
in pulmonem oriuntur: mulieres extorquẽt
difficultates inteſtinorũ, quia natura ſunt hu-
mida, frigidaq̃: ſenibres ſtupor attonitos red
dit, vbi vniuerſus reſolutus humor incubuit,
exq̃ imbecillitate caloris natiui concreuit.

10 Cur ſi æſtas ſicca, & aquilonia fuit, autum
nus ex aduerſo humidus atq̃ auſtrinus, hye-
me, quæ proxima eſt, dolor capitis, raucitas,
tuſſisq̃ oriantur, atq̃ in tabem demum eua-
dant? An quia hyems multum materiæ exci-
pit, itaq̃ humorem cogere, atq̃ pituitam in-
de cõficere magnũ ei negotiũ eſt. {Ergo dif-
ficile eſt humorem denſari, conficiq̃ inde pi-
tuitam.} Quòd ſi in capite humor cõſtiterit,
grauitatem cõmittit: & ſi nimius, frigidusq̃
eſt, crudorem vticq̃ mouet, cui ſyderatio no-
men eſt; nec non ſi ob nimiam ſui copiã con-
creſcere minus potuit; in locũ defluit proxi-
mũ, atq̃ ita tuſſim, raucitatẽ, & tabẽ cõtrahit.

11 Cur ſi ſicca æſtas, ſiccusq̃ autũnus aquilo
nes habuerint, mulieribus, & omnibus pitui-
ta abundãtibus ſecunda valetudo cõtingat?
An quia natura vtrorunq̃ in alteram exube
rat partem: itaq̃ tempus in partem trahendo
cõtrariam ad medium habitum, bonũq̃ per-

ducit. Eo igitur ipſo tempore optime valent,
niſi quid vltro ipſi perperã agant, aut humi- *Cod. Græ. lẽg. & nõ hu midi
di ad hyemem ita deueniant, vt fomitẽ quen
dam, & incitabulum frigori ſubminiſtrent.

12 Cur ſi ſicca æſtas & aquilonia, & autum-
nus ſiccus ijſdem aquilonibus perflatus mor
bo bilioſos infeſtet? An quoniã ad idem, cor-
pus eorum, ac temporis habitus vergũt: itaq̃
veluti ignis igni adijcitur. Cùm enim corpo
ra exiccentur, quantumq̃ in his dulcedinis
erat, euaporatũ ſit, vehemẽterq̃ incaleſcant,
neceſſe eſt, vt dũ humor cõſumitur, aridæ lip
pitudines oriãtur: reſiduoq̃, quod bilioſum
remanſerit, eodẽq̃ recaleſcente, febres acu-
tæ, vtpote ex bili ſyncera, inuadant. Nonnul
los inſaniã rapit, quorum ſcilicet natura atra *mania
bile abundat: hæc etenim large ſupereſt, cùm
eius humores contrahi reſiccẽtur.

13 Cur mutationem aquarum grauem, aeris
vero non grauem eſſe affirment? An q̃ aqua
corporibus alimẽto eſt, quo iam habito com
plexoq̃ peregrinemur. aer autẽ nullo ſe exhi
bet alimẽto. Aquarũ item genera multa, &
varia per ſe ſunt, ſed aeris minime. Itaq̃ hoc
etiam cauſæ eſſe poteſt, quippe cùm peregre
etiam profectis in cœlo quidem prope eo-
dem, in aquis autem varijs verſari eueniat:
quapropter aquæ mutationem grauem eſſe
rectè putandum eſt.

14 Cur ciborũ mutatio minus, quàm aquæ,
grauis occurrat? An quia plurimũ aquæ con
ſumimus, nam & in pane, & obſonijs, & in
pótu, aquæ vſus plurimus eſt.

15 Sed cur cibi, et aquę mutatio grauis ſit? An
q̃ omnis mutatio etiam tẽporis, & ætatis mo
tu facilis eſt. Extrema nãq̃ generis cuiuſcũq̃
móueri facile poſſunt, quomodo & principia,
& fines. Ergo & cibi, qui inter ſe diſtant, cor-
rumpere ſe inuicẽ queunt, quippe cũ aut nu-
per, aut nondum adhæſerit, qui præcellerat.
Ad hæc vt varius cibus grauis eſt, (turbulen
ta enim, nec æqualis concoctio eius agitur,)
ſic in ijs accidit, qui aquã mutarint, ſcilicet vt
variæ potionis vtantur alimento. eſtq̃ id ali-
menti genus, q̃ ſiccum valentius: quoniã plu
rimum eſt, exq̃ cibis ipſis non niſi quantum
dilutum eſt, vim habet enutriendi.

16 Cur mutationes aquarũ faciunt, vt pedicu
li, in quibus haberi poſſint, multi habeantur?
An q̃ humoris cruditas, quã perturbatio illa
cõmittit, quę ex aquæ vario vſu in crebra cõ-
mutatione redũdat, humoris creare copiam
põt, preſertim in loco humori opportuniore.
Cerebrũ aũt natura humidũ eſt: quare caput
maxime ppetuo humet. cuius rei indiciũ eſt,
q̃ pili in hoc potiſſimũ exeunt. Huius autem

loci

*humor loci ũis ad progenerãdos pediculos apta eſt.
Patet hoc in puerili ętate. caput. n. puerorum
madet abunde, & ſæpe aut grauedine conflis
ctatur, aut ſanguinis profuſione. Quinetiam
pediculos plures illa ætas habere ſolet.

17 Cur à vergiliarum occaſu ad fauonij vſq̃
flatus hi potiſſimũ pereant, qui morbo lõgo
laborant, & ſenes q̃ iuuenes potius? Vtrum
ſummæ illæ intereundi cauſæ duæ adſint, fri-
gus, atq̃ exceſſus. Vita enim calore ſouetur,
ſeruaturq̃. tempus autẽ iſtud ambo illa forti
tur. frigidum enim, & hyems tũ acerrime vr
get. ſubſequẽs enim tẽpus ver eſt. An quòd
qui vitijs laborant diuturnis, non ſecus ac ſe-
nes effecti ſunt. lõgus etenim morbus, qua-
ſi ſenecta iam adeſſe videtur. Ea nanq̃ corpo
ra ſicca, & frigida ſunt, altera ſcilicet ob æta-
tem, altera ob languorẽ: hyemem vero & ge
lu, frigoris atq̃ ſiccitatis eſſe exceſſionem cer
tum eſt. Quare fit, vt cũ vel paruo momento
corpora pateãt, hyemis rigor quaſi ignis igni
iniungatur, atq̃ ita interimat.

18 Cur *{in plenis impuriſq̃ corporibus} vl
cera capitis non magno negocio ſanentur, ti
biarum autem ęgre? An humor eorum, quia
terrenus, grauis eſt: graue autem omne deor
ſum tendit. ergo ſuperiora curari facile poſ-
ſunt, quoniam ſeorſum humor deceſſerit: in-
feriora propterea nequeũt, q̃ admodum ex-
creſcant, & putredini pateant. *a.l. paluſtri bus. a.l. vl. ceroſis

19 Cur ſi poſt hyemem aquiloniã, & ver au-
ſtrinum ac pluuium, æſtas ſicca admodũ fuit,
pernitioſus omnibus autumnus accedat, &
pueris præſertim? nam & cæteris difficulta-
tes inteſtinorum, febresq̃ quartanæ lõgę eo
tempore ſolent euenire. An q̃, ſi aqua medio
cris per æſtatem inceſſit, quantum humoris
collectum eſt per ver humidũ, in noſtris cor-
poribus refrigeratũ quieſcit. ſed ſi nõ ita con
tingit, pueri, qui ſuapte natura humidi & cali
di ſunt, vehemẽter eo ferueſcunt affectu, quo
niã refrigerati minime fuerint. Et ſi per ęſta-
tem reſtiterint, autumno certe, quorum hu
mor vltra modũ ferbuerit, corripientur. Ex-
crementa vero niſi confeſtim peremerint, or
ta videlicet circa pulmonem, atq̃ arteriã: (ſu
pra enim primum conſiſtunt, eo ſcilicet q̃ ae
ris tepori noſtra corpora pateant: hinc enim
*lippitudines quoque prægreſſis febribus in
graui æſtate ſequi conſueuerunt:) ergo ſi nõ
locis ſuperioribus excremẽta humorũ exor-
ſa (vt dictũ eſt) protinus interemerint, deſcen
dent cruda ad ventrẽ, atq̃ ita difficultatẽ crea
bũt inteſtinorũ. At ſi præ nimia ſui copia hu
mor excerni nequiuerit, quartanæ ijs orien-
tur, qui euadere mortẽ potuerunt, etiã ſi illud

*humoris feruef. eunis

*& lippitudines priuſ. quam febris in morboſa æſtate fieri cõſueuerũt.

inteſtinorũ vitium omnino quieuerit. Quod
enim crudi humoris ſubterfedit, ſtabile, fir-
mumq̃ vehemẽter modo atræ bilis adhęret.

Cur ſi æſtas, & autũnus imbres auſtroſq̃ 20
habuerunt, hyems grauis cõſequi ſolet? An
q̃ hyems corpora præhumida excipit, muta
tio ẽt ingens occurrit. Non. n. paulatim, ſed
repente ex calore immodico ad frigoris acer
bitatem venitur, quando autũnus quoq; tepi
dus extitit. Itaq̃ qui denſo corpore ſunt, hos
morbi extorqueãt acuti, neceſſe eſt: his enim
humida excrementa ſupra potius colligun-
tur, cũ partes ſuperiores humoribus huiuſce
modi opportunas, inferiores inhabiles illi ha
beant. Ideoq̃ qui tali textura corporis ſunt,
non multa excremẽta ſibi admittunt. Cũ igi-
tur qui locis ſupioribus corporis humor ex-
creuerit, infrigeſcere incipit, fit vt prædicta vi
tia oriantur, quẽadmodum vinolentis propè
accidit, cũ algẽt. At quibus laxius corpus eſt,
ijs febribus orſis euenit, vt quæ ſũma de cru-
ditate febres conſtiterint, tranſeant in ardo-
res, quoniã his magis totũ corpus ab humo-
ribus occupatur, q̃ denſa illis mole conſtanti-
bus, exq̃ vi frigoris coacto eorũ corpore hu
mores incaleſcẽtes febres accedunt. ſuperãs
enim calor totius corporis, febris eſt: & ſi idẽ
nimio intendatur humore, ardor effici põt.

Cur annus peſtilẽs tunc inuadit, cùm Sol 21
multũ vaporis de terra excitat? An tunc an-
nus humidus, pluuiusq̃ ſignificetur, neceſſe
eſt, terrãq̃ madeſcere neceſſarium. Sit igit. vt
quaſi locis paluſtribus, grauibusq̃ proinde
inhabitetur. & corpora quoq; multis tũc ex-
crementis redundare neceſſarium eſt, ita vt
ægrotandi materiam habeant in æſtate.

Cur grauis tunc adeat annus, cũ copia eſt 22
puſillarum ranarũ, quæ rubetarũ faciem re-
præſentant? An res vnaquæq̃ loco ſuæ na-
turæ idoneo abundare ſolita eſt. itaq̃ eiuſmo
di animãtium genus cũ natura humidum ſit,
humidũ pluuiumq̃ annũ ob eam ipſam cau-
ſam indicat. Anni eiuſmodi vero graues pro
culdubio ſunt. quibus. n. corpora facta præ-
humida fuerint, multis idcirco excrementis
premunt: quę cauſæ ſunt, vt morbi pueniãt.

Cur auſtri ſicci, & nihil humentes febres 23
creare ſoleant? An quia calorẽ, humoremq̃
excitant alienũ. Sunt. n. ſuapte natura humi
di, calidiq̃: qua quidẽ re febris cõmittit, quip
pe quæ nõ niſi per exceſſum ambarũ qualita
tum illarũ oriri ſoleat. Cũ igit imbre auſtri va
cãt, corpora noſtra ita afficiant, neceſſe eſt: at
cũ flatibus imber adeſt, nos aqua refrigerat.
Auſtros tamen, quos mare miſerit, prodeſſe
ſtirpibus certum eſt. refrigerati nanq; bene-

* ſphaceliſm°. Dc ſphaceliſmo, & ſyderatione vide Theo. de Cauſis plantarũ capite. 11.

*in vere

Hæc ſuper fluunt.

ficio maris, deueniunt contra æruginem, quę humore, caloreq; alieno consistit.

24 Cur corpora humana se tardiora debiliora; sentiant, cùm austri afflant? An quia multum ex paulo tunc redūdat humoris, quē ꝫ liquescere tepor coegit, exq; leui afflatu grauis humor citatur. Adde ꝙ vires nostræ conditæ in articulis sunt, qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. Constat id ex eorum crepitu, quæ pridem conglutinata tūc remittuntur, ac resoluūtur. Tenax etenim humor, qui articulis inditus est, vt concretus nos mouęri non patitur, sic nimis humefactus intendi minime sinit.

25 Cur per æstatem magis aduersa valetudine laboretur, per hyemem vero magis qui laborant, emoriantur? An quia calor, qui per hyemem intus propter corporum densitatem coercetur, parum adiuuat, nec labor operum, qui amplius per id tēpus suscipitur, excremēta humorum potest concoquere, ideo validam esse mali originem necesse est. quod cùm ita sit, pernitiosum morbum vrgere ratio est. Cōtra in æstate, quoniam corpus vniuersum rarum, refrigeratum, resolutum, atq; laborum impatiens est, idcirco morbos plures quidem oriri necessarium videtur, videlicet ob lassitudinem, cruditatemq; ciborum: noui etenim fructus tunc adsunt: non tamen ita validos esse naturæ ratio patitur, quam obrem facultas hisce succurrendi datur facilius.

26 Cur post vtrumlibet solstitium, per cētum dierum spatium mori maxime accidat? An quòd eatenus vtraque vehemētia, caloris & frigoris se dilatat, quæ morbos, pernitiemq; afferre infirmis potest.

27 Cur ver, atq; autūnus morbis infestēt? An quia mutationes graues omnes occurrūt: sed autumnus vere grauior est, quia corpore calido refrigescente, ꝫ frigido incalescente potius ægrotamus. vt igitur vere frigidum recalescit, sic autumno calidum refrigescit.—

28 Cur per hyemem minus quidē, ꝫ per æstatem, sed pernitiosius ægrotē? An quoniam in æstate morbi vel parua de causa existunt, qd' in hyeme minime accidit ita: sumus enim tunc & ad concoquendum, & ad bene valendum aptiores. Itaq; ratione maiora, pernitiosioraq; mala sunt, quæ maiori de causa prouenerint. Quod idem in athletis, & omnino in ijs, qui secūda valetudine esse solēt, licet perspicere. aut enim nullo morbo premunt, aut pressi celeriter e vita decedūt: quippe qui nisi magna cum causa ægrescere nequeant.

29 Cur per autumnū, ac hyemem febres ardentes potius oriantur, quæ tempora frigus præ se ferunt: per æstatē vero, cùm æstus adsunt, rigores magis infestēt? An quia in corpore hominis bilis calida, pituita frigida est. Itaq; per æstatem quod frigidum est dissolui tur, diffusumq; horrores, tremoresq; excitat. per hyemem aūt quod calidum est, vi temporis pressum refrigescit. Febres tamē ardentes per hyemē, autūnumq; potius conflictāt, quoniam calor pulsus à frigore, introrsus se cōtrahit. ardor enim nō residet in summis, sed intrinsecus se expādit, atq; ita efficitur, vt ratione febres ardētes hyberno tēpore oriantur. Melius id in ijs intelligi potest, qui aqua frigida, quicq; calida se hyberno tempore lauerint. Qui.n. frigida se infuderunt, ibi aliquandiu, dum diluerentur, friguerunt, reliquo toto die tuti à frigore sunt. at qui calida vsi fuerint, frigus diutius experiuntur. Caro enim spissescit, caloreq; introrsus se colligit eorum, qui se aqua diluerint frigida. cōtra aūt ijs euenit, qui calidā admisere: caro quippe rarescit, caloreq; ad exterum vsq; locum euocatur.

Quænā virtus sit cataplasmatis? An vt resoluat, vt moueat sudorē, vt euocet vaporē.

Quonā argumento cōstet absessum iam purulentū esse? An si aqua plusus calida immutatur, purulētus est: sin minus, nondū est.

Quænam vrenda, quæue sint incidenda? An quę ore sunt amplo, nec breui coagmentē, hæc vrenda sunt, vt crusta illic incūbat: sic.n. nullū pus cicatrice inducta occultabit.

Quænam virtus medicamēti suppurimentis sanguinem sit, ꝙ enæmū appellamus? An vt exiccet, & materię inutilis confluuiū compescat, sine crusta, aut carnis putredine. Ita.n. efficitur, vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunum. ꝙ enim materia non superfluit, inflammatione carebit: quòd siccum est, vnitati opportunius erit. quādiu nanq; premadet, cōcorporescere nequit. Quamobrem quæ cruentis inijcienda cēsemus, acria magna ex parte sunt, quò acerbitate sua possint astringere.

Quænam incidenda, quæue vrenda, quæ contra non ita curanda sint, sed medicamentis? An quæ in ala, aut in inguine absessērūt, medicamētis curandū potius. diducta enim partim laboriosa, partim periculosa reddūntur. Vrendi sunt illi absessus, qui lati, processuq; multiplici eruperūt: quiq; venosis, non carnosis residēt locis. Incidendi, qui in acutum se colligūt, quiq; non parte solida extāt.

Cur si quis ęre incisus sit, facilius, q̄ si ferro, sanescat. Vtrum quia æs leuius est, itaque minus laceret, ictūq; faciat. An è diuerso, quòd ferrum acie adactiorem recipiat sectionem,

idcirco

idcirco faciliorem, tolerabiliorēq; efficere debeat. At vero æs medicamenti vim obtinet, & principium quodcūque pars potissima rei est. Quod igitur æs simulac fuerit incisum, medicamento præsentissimo adest, facit vt vulnus celerius coeat.

36 Cur ambusta ex ære sanētur celeriter? An q̄m à laxioribus, minusq; corpulētis effecta sunt. plus.n. calor corpori inhæret solidiori.

37 Vtrum ptisana ordeacea leuior, & ad morbos accommodatior, q̄ tritacea sit? hāc enim nonnulli anteponunt, argumentumq; ex pistoribus capiunt, ꝙ multo coloratiores sunt qui *tritici, q̄ qui ordacei pisturam exercēt. addunt etiā, ꝙ ordeum humidius est: quod aūt humidius est, cōcoctionem desyderat plenio rem. Sed nihil prohibet, quò minus vt concoctu quid difficilius ordeum habeat, sic ad leuitatem quid vtilius præstet. hoc enim non humidius tantū tritico est, sed frigidius etiā: qualis certe sorbitio, cibusq; cōpetit febrienti, vt parum alat, & satis refrigeret. quod ptisana ordeacea facere potest: quia enim humidior, vel corpulētior est, hinc alimēti parum, idq; frigidiusculum præstat.

38 Cur dentium stuporem portulaca herba, aut sal tollere potest? An portulaca, quia lentum quēdam habet humorem, qui vel mādu canti, aut manu aliquantisper contringēti patescit: hæret enim, ac trahitur. Lentor igitur subiens ille, à corpore educit acorem: quippe qui affinitate quadā coniūgi valeat, argumēto saporis, quē acidulū reddit. Sal vero macerat, liquefacitq;, atq; ita acorē quoq; extrudit.

39 Sed cur lixiuium, nitrum'ue hoc idem facere nequeat? An quòd hæc suam ob acerbitatem astringunt, non liquefaciunt.

40 Cur æstiuis lassitudinibus balneo, hybernis vnctione mederi conueniat? An hybernis vnctio datur propter horrores, mutationesq; vrgentes: per calorem enim laxandum est, qui membra tepescere faciat: olęum vero calidum est. At in æstate humefactendum censetur, quoniam tempus id siccum est, nec metus interpellit horroris, eo ꝙ status tēporis ad teporem ingenue vergit. Hinc etiam cibus parcus, potio liberalis per æstatē admitti tur, ille magis, hæc omnino. potioni nanque per æstatem ob temporum siccitatem indulgendum ex toto est. Parsimonia vero cibi cōmunis temporum omniū est, sed magis æstati conuenit, ne ob habitum temporis feruētem corpus cibo immodico pressum exæstuet.

41 Cur ex medicamentis alia aluum soluant, vesicam autem minime: alia vesicam soluāt, cùm aluum nihilo moueant? An quòd ea, quæ natura humida sunt, atque aqua referta, si medendi obtinent facultatem, vesicam solūuunt: subsident enim in ea humores, qui putredine immunes euaserunt: quippe vesica pro eius humoris conceptaculo habetur, qui minime in ventre concoquitur, qui non manet, nec prius quàm agat quicquā, aut patiatur, excernitur. At quæ terrenam sortiuntur naturam, si vires habeāt medicas, aluum hæc fundere queunt. in hāc enim terrena quæq; materia se prouoluit. itaque turbat, si mouendi obtinet facultatem.

Cur alia ventrem mouēt superiorem, alia inferiorem, vt veratrum superiorē, scammonea inferiorem: alia vero citant vtrunque, vt elaterium, & thapsię succus? An quòd ex medicamentis, quæ ventrem mouent, alia frigida, alia calida sunt. itaque alia propter suum calorem protinus vt in superiori ventre fuerunt, loca petunt superiora, ac inde liquefaciendo, maxime quæ aliena sint, minusq; insidentia, sed etiam quæ insunt naturę intima, medicamento scilicet vehementiori epoto, aut copiosiori quàm natura patiatur, tam ea ipsa, quàm quæ excrescētia adfuerint, in ventriculum deducunt: hic vero feruore excrementa perturbant, flatūq; excitant multum, qui obsistens vexansq;, demum vomitū mouet. Alia quòd natura frigida sunt, deorsum versus pondere suo labuntur, etiam priusquam quicquam vel afficiantur, vel agāt, ac inde proficiscentia, idem actitant, quod superiora. vbi.n. per abdita foramina illinc ascenderunt, atque materiam agitarūt, eodem tramite secum quę corripuerint, excremēta, colliquamentaq; deducunt. At genus medicamenti, quod qualitatis vtriusque particeps, mistumq; ex calido frigidoq; est, hoc ob eam vtranque facultatem rem potest vtranq; conficere. Hinc & Medici mistis sibi generibus sępe medicinas componunt.

43 Cur medicamenta purgare valeant, cùm alia pleraque amariora, cæterisq; eiusmodi qualitatibus insigniora id facere nequeant? An quia non ob eiusmodi vires purgādi obtinent facultatē, sed quia concoqui nequeūt. etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis, quamuis exiguo corpore incocti a sint, aptaq; vincere, non vinci ab animantium calore, resoluiq; eadem facile à ventre vtrolibet possint, hæc medicamenta habentur. Vbi enim ventrem adierunt, resolutaq; sunt, statim ad venas per easdem feruntur semitas, quibus permeat cibus: mox cùm nihilo concoqui potuerunt, sed victrice persiterint potentia, relabuntur, & quæ sibi ob-

obſiſtunt, ſecum detrahunt: quæ res purgatio vocitatur. Aes vero, argentum, cæteraq; generis eiuſdem, etſi cõcoqui à calore animalium non poſſunt, ſed reſoluí à ventribus nequeunt. Oleum, mel, lac, cæteriq; eiuſmodi cibi, purgandi quidem vim obtinent, ſed quantitatis, non qualitatis ratione. vbi enim obniam ſui copiam concoqui minime potuerunt, tũ purgant, ſi quando id facere poſſunt. Duabus enim illis de cauſis aliquid cõcoqui nequeat, aut quia generis peruicacis eſt, aut quia modum exceſſerit. quamobrẽ nihil ex prædictis medicamentum eſt: quippe cũ non ob aliquam ſui facultatem purgare valeat. Acerbitas autem, acor, malusq; odor medicamenta comitantur, eo quòd genus medicamentorum cibo contrarium eſt. quod enim concoctũ à natura acceſſit, id corporibus adhæreſcit, alimentumq; appellatur: quòd autem cõuinci, domariq; minime poſſit, ſed venas ingreſſum per exceſſum caliditatis frigiditatis ue ſuæ perturbet, hoc naturã ſanè obtinet medicamenti.

44 Cur piper, ſi large ſumatur, veſicã ſoluet: ſi parce, aluum: è contrario ſcammonea ſi large ſumatur, aluum ſoluet: ſi parce, & quæ vetus eſt, veſicam? An quia ſingula magis à ſingulis mouẽtur: piper enim magis vrinã ciet, ſcammonea aluum. Itaq; ſi pipar ſumptũ copioſius eſt, ad veſicã defertur, nec ſe in aluum diffundit. ſed ſi exiguum ceperis, retẽtum id aluum ſoluet, atq; ita medicamẽtum eius exiſtet. Scãmonea vero, quæ data copioſius eſt, retinetur, vt reſoluatur: reſoluta iam medicamentum efficitur, ob cauſam, quam ſuperius propoſuimus. at ſi exigua vna cũ epoto humore per inuiſibiles meatus imbibitur, ac celerius antequam perturbet, in veſicam defertur, qua pro ſua facultate recremẽta, colliquamentaq; reſidentia per ſumma abducit. ſed illa multa, vt dictum eſt, quòd diu ex virium ſoliditate permanſerit, large expurgat, ſordeſq; terrenas potiſſimum detrahit.

45 Cur inflammationes eaſdem alij frigefaciendo ſanent, alij calefaciendo concoquãt? An quòd illis per refrigerationem, his per externum calorem, caloris ſui copiam colligere placet.

46 Cur mutari cataplaſmata debeant? An vt plenius ſentiatur. Solita enim, vt ea quæ ventriculo mandamus, nõ amplius medicamenta ſunt, ſed pro alimentis recipiũtur: ſic etiam hæc fungi ſuo munere nequeunt.

47 Cur cibum imminuere, laborem augere ſalubre eſt? An quia cauſam ægrotãdi excrementorũ habet nimietas, quæ tũc certe exultat, cùm aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt.

48 Cur medicamenta, & res amaræ, aut fœdi odores magna ex parte purgare poſſint? An quoniam amara quæcunq; maleq; olentia concoqui nequeũt: qua de cauſa medicamenta quoque amara ſunt, atque fœtida. Quòd enim concoctionem nullam ſibi admittunt, mouereq; cum amaritudine poſſunt, hinc medicamenti fortiuntur naturam. & ſi iuſto plus data ſint, periment. Quæ autem necant, etiam ſi exigua dentur, hæc nõ medicamenta, ſed toxica eſſe dicimus. Ne illa quidem medicamenta vocamus, quæ non ſui generis qualitate purgare queant. Sunt enim pleraque in genere cibi, quæ ſi large ſumantur, facere idem poterũt, ceu lac, oleum, muſtum. Sed hæc omnia, quòd minus facile concoquuntur, idcirco purgant: nec omnes, ſed aliquos. ſunt enim alijs alia concoctu facilia, difficilia ue. quamobrem nõ eadem medicamento omnibus ſunt, ſed propria pleriſque comperiuntur. Denique medicamentum non ſolum à concoctione immune, ſed etiam motus efficiẽs eſſe debet: ſicut & exercitandi ratio extrinſecus, aut intrinſecus accedens, non niſi per motum alienam excernit materiam.

49 Cur odorata genera tam ſeminum, quàm plãtarum mouere vrinam poſſint? An quia calida, concoctuq; facilia ſunt: quo in genere ea collocamus, quæ citant vrinam: horum enim vis inſita calefaciendi breui extenuatur. Odor quoque nullam corpulentiam gerit: nam & ea, quæ odorem pleniſſime reddũt, velut allia, caliditate ſua mouẽt vrinam, vel potius vim obtinent tabefaciendi. Semina vero odorata calida eſſe certum eſt.

50 Cur impuris, tetriſq; vlceribus, ſiccis, acribus, acerbiſq; medicamentis vtẽdum ſit: puris vero & ſaneſcentibus humida tantum imponantur? An quòd impuris detrahendum aliquid eſt, quo non niſi humor eſt alienus, qui adimi debet. genus autem medicamenti, quod mordax, acre, acerbũq; eſt, id efficere poteſt, & ſiccum magis quàm humidum. At quæ pura ſunt, cicatricem tantum deſyderã

51 Cur morbis, qui contrahuntur à pitu libido immodica proſit? An quòd ſemen genitale excremẽti cuiuſdam detractio eſt, ideo naturam præ ſe fert pituitæ. quòd igitur multum pituitæ concubitus detrahit, iuuare idcirco poteſt.

52 Vtrũ ergo inter initia mali cibũ afferre melius ſit, an poſt? An inter initia, ne iã penitus, debilitato febris occurſet. Igit vel extenuandum, ptinus eſt, vel ita alendũ. Sorbitionibus primum

primum recreandũ: hę nanq; mitiores, leniores, colliquabiliores q; ſunt, & alimentũ hinc capere infirmum corpus expeditius poteſt. Nihil enim cibum in ventriculo reſolui, perferuereq; ante oportet: quod non niſi labore cubantis fieri poteſt.

53 Cur intuendum vrinã, an concocta ſit nec ne, profluuio intercepto mingendi potius, q̃ perpetuo? An quòd ſignum concoctionis vrina exhibet ruſſa, quod quidem melius intercepto profluuio deprehẽditur. Genus. n. quod q; humoris ſuum colorẽ plenius oſtendit, cùm exiguum eſt, quàm cum multum: nam in multo figuræ, in exiguo colores conſpectiores ſenſui obuiant. quod etiam in ro
* guttis. re, ſanguinẽ, lachrymaq; palpebris adhærente pateſcet. Vrina igitur ſi continue dimittatur, copioſior redũdabit: ſin intercipiatur, index ſui coloris certior erit. Quòd ſi iã ex concoctione colorem traxit eiuſmodi, talis profecto apparere etiam amplius poteſt, cùm lumen ſe refringat, & tanquam ſpeculum fiat propter intermiſſionem profluuij.

54 Quam ob cauſam corpus, cui ſecundam conciliamus valetudinem, non denſum, ſed rarum reddendum ſit? An vt vrbs, locusq; quicunq; ſalubris eſt, qui placide aſpiratur: quapropter & mare quoque ſalubre eſt: ita etiam corpus, quod ſpiratius eſt, ſanitati opportunius conſtat. Aut enim nullum recrementum exiſtet, aut quod extiterit, quamprimum excernatur, danda opera eſt: corpusq; eſt ſemper ita regendum, vt ſimulatq; excrementum admiſit, habeat qua parte illud excernat, ſitq; motui deditum, nõ quieti. Quod enim manet, putreſcit modo aquæ immotæ: putreſcẽs vero morbum committit. at quòd excernitur, antequam vitietur, decedit. Hoc igitur vt corpore denſo nunquam cõtingit, (ſitenim propè vt inuiſibilia foramina claudantur) ſic raro, ſolutoq; accedat neceſſe eſt. Quãobrem in Sole, nudo corpore minime ambulãdum eſt: ſpiſſatur etenim caro, & concalefcit, corpusq; parte iteriore humidius redditur. quantum enim humoris reſidet, abolebitur, quãtum inteſtinum eſt, manet intactum. Qua ratione quoque carnes aſſæ lixis humidiores ſunt. Nec pectore quidem nudo ambulãdum eſt: ita enim vis Solis corporis optime partis conditæ adimet, quæ nulla egeat demptione, ſed inferna potius eam deſyderant. Inde igitur vt & remoto non niſi cum labore ſudor educi, hinc facile ob loci opportunitatem digeri poteſt.

55 pternioſib⁹ c. in co. Al: Quam ob cauſam pernionibus, & ambuſtis frigore tam aqua frigida, q̃ calida proſit?

An quoniã genus id vitij ex limio humore conſiſtit. frigida igitur humorẽ reſtringit, atq; exaſperat: calida in ſpiritum vertit, carnemq; elaxans, libertatem efflandi præbet ſpiritui.

Cur frigus pernionem, calor ambuſta & ſa 56
cit, & tollit? An q eadem vis colliquefaciendo facit, exiccando tollit.

Cur potio febrientibus ſæpe, & paulatim ſubminiſtranda ſit? An q potio multa præ 57
ceps defertur, exiguã lente incedens irrorat, madefacit, ſeſeq; inſinuat corpori. Sicut enim in humo, ſi equa large acceſſerit, pfluet, ſi paulatim vero, madefaciet tantum: ita etiam in febribus agit. Nã & aquas fluentes ſi quis paulatim deducit, alueus humorẽ totum ebibit: ſed ſi tantundem aquæ vniuerſum dimiſerit, ſtaturigo velox vſq; eò pfluet, quò deducere libitum eſt. Tum æger quieſcere, immotusq;, quoad maxime fieri poteſt, facere debet. immotus inquam, q ignem quoq; emarceſcere certũ eſt, vbi à nullo mouetur. Nec aduerſus flatui cubet, quoniã flatus excitat ignem, ſolicitusq; per auram ignis ex paruo magnus aſſurgit. Obuelandus æger, operiẽdusq; propterea eſt: quia ſi nullum igni concedatur ſpiraculum, extinguetur. nec veſte quidẽ exui debet, donec ſudare occeperit. vt enim ſubiectum hunc ignem viſui, ſic & delitescentem illũ naturæ humor extinguit. Adde in genere febrium intermittentium balneum, & fomenta pedibus admouẽda, & veſtem pleniorem ſuperponendam, & quietem agendam: quibus præparetur, vt corpus perquam calidum ſit ante acceſſionem. Vbi enim multum ſupereſt ignis, lucerna nequit ardere: exiguum quippe ignẽ multus ille ad ſe trahit. ita fit vt multum ignis in corpore præparandum ſit: febris enim exiguum continet ignem, multusq; proinde ad ſe ducet exiguum.

Quartanis febribus ratio victus extenuan, 58
da non eſt, ſed ignem corpori interſerẽdum non cum exercitatione vtendum: & qua die acceſſio inſtat, latiãdum, ſomnumq; minime quærendum. Hic victus calefaciens prodeſt, quia febris quartana imbecilla eſt: nam niſi imbecilla eſſet, quartana non fieret. Vides ne lucernam, vbi multus ignis perflagrat, ſuam aſſeruare flammulam minime poſſe? multus enim ille exiguum ad ſe rapit. ergo multum ignis accendendum in corpore eſt, vt quod exiguum febris cõtinet, reſtinguatur. Sit igitur victus quotidiani ratio, quæ partim ignẽ, partim rorem indat in corpus.

Morborum alij ab igne, alij à rore creantur. Curat morbos ignis ros, roris ignis: hic enim exiccat rorem. 59

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO SECVNDA:

Eorum, quæ ad sudorem pertinent: cuius quæstiones XLII.

1 VT nec intento, nec contento spiritu, sed potius relaxato sudor prouenìat? An quoniam retentus spiritus venas implet, itaq; humorem exire non patitur: vt in aqua fit vasis, quod in mare demissum, dulcem intra se colligit humorẽ, clepsydraq; ob id nominatũ est. nequit. n. effluere, cùm quis pleno iam vase partem alteram obturauit: sed vbi per spiritus libertatem sudorem promere licuit, multus certe erumpit, quoniam eo ipso retentu, copia humoris paulatim collecta est.

2 Cur membra aquæ immersa calidę non sudent, etiam si ex se ipsa recalescant? An quòd aqua liquescere non sinit, sudor autem res vitiose adiuncta corpori est, vt qui per calorem excerni debeat.

3 Cur sudor salsus sit? An quia motu efficitur, & calore secernente quantum alienũ per adhærẽtiam, intimationemq; ineſt in alimento ad sanguinem carnesq;. id enim ocyssime segregatur, quoniam nec aptũ nutritioni est, & foras demum euanescit? Salsus vero propter id est, quòd pars quidem dulcissima leuissimaq; tota ad corpus nutriendum assumpta est. Pars autem alienissima, crudissimaq; tantum absoluitur, quæ partim deorsum collapsa & subsidẽs, vrina vocatur: pãrtim in corporis summa emergens, sudor est: ambo tamen salsa ob eandem causam prodeunt.

4 Cur magis parte superiore corporis, q̃ inferiore sudemus? Vtrum quoniam calor sursum tendit, superq; manet, propterea humorem secum trahere potest. An quoniã sudorem spiritus moueat, qui sedẽ habet superiorẽ. An q̃ sudor nõ nisi humor est incoctus: quo certe humore pars humet supior? habitus etenim corporis supra potius innotescit.

5 Quam ob causam cùm manus exercitamus, sudor maxime oriat̃, modo cæterę corporis partes positum suum seruent? An quoniam robur huic præcipue loco inditus est, hoc enim spiritum continemus, qui parti robustissimæ proximus est: dum verò laboramus, vires augemus: his auctis, magis spiritũ continemus. Tum etiam cũ hac perfricamur parte, magis, q̃ cùm alia, laboramus. spiritu nanq; retento simul & perfricamus, & perfricamur, dum ita exercemur.

6 Cur sudor capitis aut nullum reddat malum odorem, aut minus, q̃ reliqui corporis? An quia locus capitis opportunus spiritui nibus est, & quidẽ laxum se ipse demonstrat, argumento exoriendi capilli. Loca autem, & quæ in locis tenẽtur, grauiter olent, si spirandi careant libertate.

7 Quam ob causam, qui se luctæ exercent, si interposita aliquantùlper quiete luctent, magis sudabunt, q̃ si continue? An quoniam humor data requie sese colligit, quem deinde luctandi exercitatio educit. Continua vero illa, modo Solis, corpora afficcare potest.

8 Cur magis sudamus, cùm nõ longo interposito tẽpore sudor euocatur? An quia non humor tãtum causa est vt sudemus, sed foraminum quòq; abditorum apertio, & corporis raritas atq; solutio. His igit̃, qui diu sudandi intermiserint vsum, foraminum iter claditur: at ijs, qui crebro vtuntur, patefactum semper habetur.

9 Quare cùm Sol nuda magis, q̃ induta calefaciat corpora, induta magis sudare soleãt? Vtrum quia Sol corporis, deurendo, foramina cõprimat. An quia vapores exiccet, quæ minus possunt accidere indutis.

10 Cur facies maximè sudet? An quia quæ laxa, humida, soluta q̃ maxime sunt, hæc sudori se peruia exhibent. Caput autem fons esse humoris videtur. & quidem pilorum lasciuia sedem hanc propter humoris copiam possidet: locusq; idem rarus, gracilentusq; est: igitur ẽm naturam transitus agitur sudoris.

11 Cur igne neq; vniuerso, neq; per diminutionem oblato, sed per incrementa continua magis sudamus? qui enim in cãldarijs ita se calefaciunt, magis sudant, q̃ si protinus tantundem ignis admiserint. An eo q̃ se modice habeat, agat vnumquodq;: ergo si tantũ agit, plus si fuerit, non aget. An potius è diuerso, quoniam scilicet eo rẽ quodq; efficiat, quòd se modice habeat. hac igitur de causa nihilo plus sudamus, vbi plus additum sit. Sed quoniã modi singuli singulis respõdent, quodq; iam egerit, nõ amplius agit, hinc fit, vt modo aucto magis sudemus. neq; enim quod præcedit ad singula, & p̃parat, vt res subdita aptà sit, idem potest etiam opus efficere, sed aliud hoc fungatur officio necesse est. Parum itaq; potius q̃ multum caloris præcessit, præparauitq; corpus ad sudandum: sed ad efficiendum alio certe, amplioriq; modo opus est. hoc enim efficiab eo non potest, quod prius agebat, sed aliud post desyderetur, quod modum

dum obtineat conuenientem.

12 Cur detergenti magis profluit sudor, q̃ residere sinẽtis? Vtrum quoniam refrigerari extrinsecus contingat. An q̃ sudor exterior, velut operculum foraminibus adhæreat corporis, ita ne inferior se promere possit.

13 Qua de causa tuta, & nõnulla pigmẽta sudores fœtidos moueant? An q̃ quorũ odor grauitatẽ præ se fert, hęc humoribus sordidis admissa fœdum mouere odorem possunt.

14 Cur tergo magis, q̃ priore parte sudamus? An q̃ in parte priore locus sanè intus habetur, in quẽ humor deducitur, quòd in posteriore non est, sed foras ibi excernatur necesse est. Hoc idem etiam facit, vt ventre minus, q̃ pectore sudemus. Addo, quòd sudore terga magis seruare possunt, & posterior pars magis, quàm prior: quoniã prior magis, quàm posterior refrigeratur. quod etiam causæ est, vt alæ citissime, atq; maxime valeant resudare, videlicet quia minime refrigerantur. Ad hæc posterior carnulentior pars est, q̃ prior, et proinde humidior. Causam vero, cur humidior sit, medulla habet, quæ per spinam tendens, multum humiditatis afferre possit.

15 Cur ea parte, qua facemus, sudare non possumus? An quoniã pars, qua tangimus, cùm plus q̃ modicum sit incalescens, prohibet, ne permeet sudor: resiccat enim, atque absumit. Item comprimi eã partem sic euenit: hęc vero sanguinem compressa diffundit, quo diffuso satis refrigeratur. Argumẽto sanè corpori est: quippe qui nõ nisi frigoris iniuria fiat, atque effici vel afflictu, vel ictu soleat.

16 Quare qui dormiunt magis sudãt? An circũobsistendi ratione euenit. calor enim parte interna collectus põt expellere humorẽ.

17 Cur facie maxime sudemus, cùm in ea minimum carnis sit? An q̃ expeditius illa sudare possunt, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autem tale est: cõtinet enim suam plurimam humiditatem: quod vtiq; venarũ ratione patescit, quę hinc ptendunt. Distillationes quoque ex capite oriũtur, et cerebrum humidum est, & foramina permulta in capite habẽtur: quæ tam multa esse, ac foras vsq; pertendere, capillorum indicio constat: igitur sudor non à partibus imis, sed de capite oritur. Vnde ẽt fit, vt primum, & maxime fronte sudemus: prima enim frons subdita est.*

*Cod Græ. ad. humidũ autem deorsum fluit, nõ autẽ sursum.

18 Qua de causa qui sudãt, si vel aqua, vel fluitu refrigescant, nauseant? Vtrum quoniã humor, qui ex fluxu continuo minime quiescere possit, hic refrigescens, in parte priore vniuersus cõstiterit. An q̃ spiritus, qui foras versus proueniẽs, in sudorem ob frigoris occursum conuertitur, hic intus ante frigescens, q̃ exeat, transeat in humorem, atque in eã partem incumbens nauseam moueat.

19 Cur in capite, pedibusq; incalescentibus sudores maxime excitantur? An quoniam humorem ad se membra incalescentia trahunt: humor autem partẽ, qua absumitur, nullam habet, cùm ea loca ossibus scateãt, itaq; vt excidat foras, necesse est.

20 Quare qui laborant, vbi à labore desitere- 10
rint, sudare incipiunt? nam si labor causa est, cùm laborant, sudare debent. Vtrum q̃ inter laborandum veriæ spiritu inflatæ comprimi foramina cogant, data vero quiete laxata consideãt, itaq; per ampliora iam facta foramina, expeditius humor peruadat. An quoniam, cùm laboratur, spiritum ex cohærente humore motus secernit, & calore quã à motu excitatur, humor in spiritũ per summa corporis extenuatur. cùm verò à labore cessatum est, simul & calor desinit, & ex spiritu spissescente humor, qui sudor appellatur, consistit.

21 Vtrum per æstatẽ potius, an per hyemem 21
sudor mouendus sit? An tunc opportune sudatur, cũ humidiora corpora sunt, neglectaq; difficiliora redduntur: igitur per hyemem potius conuenit. An magna per id tempus mutatio sit, nec excrementa concoqui possint, cùm cœlum cõtra naturam frigeat. igitur per æstatem potius mouendum, quippe cùm humores per æstatem potius omnes putrescere soleant. quapropter exhauriendum tunc est, vt etiam veteres omnes authores hac eadem de causa censent.

22 Quare cũ corpus assidue fluat, effluxusq; 22
ipse de excrementis prouenìat, corpus leuari non possit, nisi sudauerit? An quia minus excernitur quàm satis sit? Cùm enim ex humore mutatur in aerem, plus de minori existat, necesse est. humor enim quicũq; copiosius, cùm se discernit, redundat, diutiusq; ob eam rem profecto excernitur. Lętа item glutinosaq; excremẽta, vt cùm humore propter missionẽ excerni possint, ita cum spiritu nequeunt: quę quidem res maxime officere potest. Hinc ẽt vomitus magis, q̃ sudores, corpora leuant: quoniam ea ipsa excremẽta educunt, vt qui crassiores corpulentioresq; sint, vtq; cùm carni quidẽ procul is locus sit, qui lentam illam glutinosamq; materiam continet: itaq; non sine magno negocio dimouendi datur facultas. Ventri autem è vicino est: aut enim in eo consistit, aut prope. quo fit, vt difficile queant aliter educi.

23 Cur minus inter laborandum sudamus, q̃ 23
cũ relaxati labore quiescimus? An quoniam

cùm

cùm facimus, laboramus: cùm fecimus, laborauimus. igitur plus tũ ratione excernitur. Alterum enim fieri eſt, alterum eſſe. An quia cùm laboramus, carnis foramina retento ſpiritu obſeratur: cùm autem relaxauimus, aperiuntur, quo fit etiã, vt ſpiritu retento minus ſudare poſſimus.

24 Quam ob rem nõ in currendo, agitãdoq; corpus, ſed poſteaquam ceſſatum eſt, plus ſudoris euadat? An iuuus quemadmodum manu, vel aliquo fluens vndiq; aqua obſtructa ſe colligit, relaxataq; demũ copioſior profluit quàm ante: ſic etiam inhiberi eadem a ſpiritu poteſt: vt in vaſe, cui nomen clepſydra, atque etiam in veſica. coerceatur enim, detineturq; intus humor a ſpiritu. Pari ſigit ratione cùm corpora motu vehementiori citãtur, ſpiritus intus circũuenitur, coerceturq; itaq; venæ et diſtenduntur, ac intumeſcunt, cùm humor ſe educere nequeat. Quòd cùm vniuerſus coerceat, ſpiritu poſt relaxato, vniuerſus erumpat neceſſe eſt.

25 Cur ſi quis cùm biberit, cibum ſumat, minus ſudet? An quoniam cibus ingeſtus humorem attrahit quaſi ſpõgia. eſt enim nõ parum, rei impetum retorſiſſe. quod vel fluctorum cõſtat argumẽto: ita. n. cibo quoq; ingeſto, meatus apprehendiſſe plurimum valet.

26 Cur trepidãtes pedibus ſudamus, non facie? Rationabiliùs enim tunc pedibus quoq; ſudetur, cũ corpore toto ſudamus: locus hic enim frigidiſſimus eſt: quam ob rẽ pedes minime ſolent ſudare. Et quidem Medici in aduerſis valetudinibus pedes potiſſimum operiendos præcipiunt, quoniam frigus hĩ q̃ facillime ſentiunt: itaq; rigoris initium reliquo etiam corpori expedite cõmittunt. An quòd trepidatio nõ caloris de ſummis locis ad ima tranſitio eſt, vt accidit in metu, ex quo alui ẽt metuentium ſæpe ſunduntur, ſed eius incrementum potius caloris accedit, vt in ira: quippe cũ ira feruor cordi ſuffuſi ſanguinis ſit, & trepidans ipſe non metu, refrigerationeq; ſit ita affectus, ſed membri ipſius affectione.

27 Cur ĩdẽ facie non ſudant, ſed erubeſcunt? An quoniã amplius incaleſcunt, itaq; faciem calor aſſiccat errans per ſumma. Pedũ tamen humorem propterea liquefacit, q̃ vt minor eſt, q̃ vt exiccet, ſic maior inſito præcõditoq; calore naturali eſt, vt ſudorem ciere poſſit.

28 Cur dormientes, q̃ vigilantes ſudare magis ſolemus? An q̃ ſudoris origo intrinſecus eſt: interna autem calidiora habemus: ergo calor intimus humorem diffundens intimum, educit. An humoris aliquid ſemper à corpore effluit: ſed latet, quia nihil ſolidũ eſt, cui hu-

mor occurrens ſe colligat. Argumẽtum, cur ita ſit, quòd partes cauiores aſſidue ſudant.

29 Cur in caldarijs tum magis ſudamus, cùm tempus frigidum ſit? An quoniam calor propter frigoris obſiſtentiam foras euadere non poteſt, arcetur enim. verum intus ſe reuoluens ac inſidẽs, humorem ſoluit interiorem, ſudoremq; ex eo producit.

30 Cur ſudor vtilior eſt, q̃ corpore nudo curenti prodierit, etiam ſi minor ſit, q̃ qui ſub veſte ſe prompſerit? An q̃ laborãſſe, q̃ nõ laborãſſe melius eſſe perpetuum eſt: & ſudor vero, quem labor præſtiterit, eo melior eſt, qui ſine labore prouenĩſſet: & qui maiori cum labore melior, q̃ qui cũ minori. Maiori autem cum labore is eſt, qui nudo corpore currenti prodierit. Nam niſi admodum curſum intenderit, ſudare non poterit, qui nudus eſt. veſtitus contra, celeriter ſudat, etiã ſi parum ſe concitarit, propter veſtis teporem. Et vero coloratiores redduntur, qui nudi curſum æſtiuo tempore agitãt, q̃ qui cum veſte. quia vt omnes qui loca libera aſpiratioraq; incolunt, melius colorantur, q̃ qui impedita & ſilentia tenent: ſic etiam ſeipſo quiſque coloratior eſt, cũ veluti ſpiritui afflanti placide patet, quàm cùm perſtrictus, obductuſq; à calore nimio angitur: quod certe ijs accidit magis, qui veſtiti percurrunt. Hinc etiam fit, vt qui nimis dormiunt, minus colore hilarent, q̃ qui ſe modice ſomno recreant. nã dormiẽs quoq; ipſe aſtringitur, & propemodum ſtrangulatur.

31 Cur pedes in trepidatione ſudant, & nõ facies, cum in muneribus vitæ omnibus, vt facie maxime, ſic pedibus minime ſudemus? An quia trepidatio metus quidam ſuper. re inchoanda eſt, metus autem refrigeratio partis ſuperioris eſt. Quam ob rem facie quoq; pallent, qui trepidant: pedibus item ſolicitantur, & palpitant: ſic enim trepidantes homines faciunt, ſeſeq; quodam modo exercent. quapropter ea rõne, parte ſudare ſolent, qua laborant. Manus etiam aſſolent perfricare, et ſe modo inflectunt, modo extendunt, etiam ſæpe exſiliunt, neq; etiam vnquam quieſcũt. ſunt enim excĩti, propenſiq; ad negociũ, quoniam calor eorum ſe collegerit in pectoris loco, qui corpulentior eſt. quam ob rem vndiq; cum eo ipſo calore, tum ſanguine turgeſcente efficitur, vt motu vario, crebroq; agitẽtur. Sed pedibus maxime inſudant, quoniam pedes perpetuo tenentur labore, cùm cæteræ corporis partes quietem aliquã conſequi poſſint.

32 Cur in caldarijs igne neq; vniuerſo, neq; decreſcente aſſiduo, ſed per incrementa continua

* ἀγωνιῶν τις, cum angore certantes

cõtinua oblato, magis ſudatur? plus enim ita educitur ſudoris, q̃ ſi principio ſtatim ignis tantundem affuerit. An quòd principio multum ignis adhibitum, carnem, cutemq; ſummã ſicciorem occupans vrit, atq; in modum teſtæ indurat: quæ cùm talis reddita ſit, ſudorem arcet, obtruditq;. Parum autẽ contra carnem relaxans rarefacit, ſenſimq; inteſtinum humorem excitat, vt ſecerni, educiq; poſſit. Carne autem rara plus ignis adhibitũ, & corporis ima facile ſubiens, humores iã inde præ mollitos in vaporem conuertit, partesq; eorum prætenues ſecernens educit cũ ſpiritu.

33 Vtrum per æſtatem potius, an per hyemẽ ſudor mouendus ſit? An hyeme calor intus ſe contrahens concoquit, extenuatq; in ſpiritum humores interiores: quòd cùm omnes, aut certe maxima pars cõſumantur, nullam ſui excretionem admonent faciendam. At in æſtate, cùm per raram, ſolutamq; carnem calor euadat, humores minus cõcoqui poſſunt inteſtini: qua de cauſa exhauriendum omnino eſt. quoniam ſi permanſerint, tẽporis eius qualitate putreſcent, morboſq; contrahent: putreſcit enim quodq; externo calore: nam vt ſuo quodq; calore concoquitur, ſic externo putreſcit. Igitur per æſtatem externus præualet calor: ex quo fit, vt quæuis in æſtate putredinem ſentiant. Per hyemẽ vero, quia calor ſuus ille, ac domeſticus dominatur, hinc tẽpus hoc minime creare putredinẽ poteſt.

34 Quam ob cauſam cùm ſudor calore, vel interno, vel externo fieri ſoleat, euenit vt horror nonnullis ſudoribus poſſit excitari? An quoniã ſudor, qui ex calore prodit interno, ſe ſcilicet de loco amplo in breuem (corporis dico ambitum) contrahente, primum caloris meatus & circuitus patefacit: deinde horror, carne iam madefacta ex toto, caloreq; exeunte, citatur. Calor autem, qui extrinſecus mouet, primum ſumma corporis aperit, rarefacitq;: tum calor naturæ internus profluens excitare horrorem poteſt.

35 Cur calidi ſudores frigidis meliores habẽtur? An quòd omnis ſudor excrementi cuiuſdam ſecretio eſt. parum autẽ excrementi amplius incaleſcere conſentaneum eſt: plus aũt non æque, ſed minus. Itaq; ſudor frigidus excrementi multi indicium eſſe poteſt. quocirca morbos quoq; is facit longiores.

36 Cur minus ad ignem multum ſudamus, cùm tamen præ calore ſudor omnis moueri ſoleat? An quoniam humor, aut corpore vehementer calente in ſpiritũ diſſoluitur humidũ, aut cùm, puenerit, adeo cito calore nimio exiccatur, vt ſenſus ſudoris multi eripi poſſit.

37 Cur ad Solem acrius calefaciẽtem corpora, quæ nullo indumento teguntur, nihil pene ſudant: quæ autem ſatis veſte intecta ſunt, cõpioſiſſime ſudant? Eandem de hoc etiam, quã de ſuperiori, cauſam reddendã cẽſemus.

38 Quã ob cauſam cùm motus acuti magis, hebetes minus calefacere poſſe videãtur, ingreſſus tamẽ p accliuia, qui hebetiores ſunt, magis mouẽr ſudorem, profiſtuntq; ſpiritũ, quaſi amplius calefaciant, quàm decliues? An quòd graui cuiq;, vt ferri deorſum ſecundum naturam eſt, ſic ferri ſurſum contra naturã eſt. Itaq; caloris natura, quæ noſtra prouehit corpora, vt nihil per decliue laborat, ſic per accliue preſſa onere nititur, acriusq; ob eiuſmodi motum incaleſcit, & ſudorem mouet, & ſpiritum profiſtit. Quin etiam corporis varius inflexus nonnihil afferre cauſæ poteſt, vt directa ſpirandi reciprocatio auferat.

39 Qua de cauſa cũ ſudor moueri ſoleat, quo magis quis ſe operuerit, non ĩ ſudant, qui veſtem plurimam admiſerunt? Eadem etiã de hoc ratio, quæ prius reddenda eſt.

40 Quã ob cauſam cùm corpora ſiccíora magis per æſtatẽ, quàm hyberno tempore ſint, ſudori magis in æſtate pateamus? An quòd per æſtatem propter corporum laxitatẽ non multus naturæ calor continetur, humoreſq; proinde reſoluere in ſpiritum poteſt. per hyemem autem parte exteriori denſata, corporũ calor frequens naturæ coercitus, humorẽ minime in ſpiritum reſolui patitur. Adhæc, ſiſta tẽ humoris multum haurimus, hyeme autẽm è contrario agitur.

41 Cur ſudores, qui corpori bene valenti ſpõte prouenerint, iis deteriores habentur, quos labores citarint? An quòd labores excreſcentem humorem exhaurientes, carnẽ efficiunt ſiciorem, vt cauernæ foraminũ ſanitati ſint opportunæ, et per caloris tranſmiſſionem fieri nulla poſſit obſeptio, ſiue oppilatio. Sudores autem ſpontini appellati, qui ex neceſſitate oriuntur, cùm ſcilicet foraminibus naturq; ab immodico humore confuſis, calor non omnino occupatur ac vincitur, ſed repugnare adhuc, extrudereq; humorem poteſt: hi recte pro ſignis morbi habẽtur futuri. Nã etiã calor ipſe à largiori humore, quàm qui modicus ſecundum naturam ſit, hebetatur: & caro plene madeſcens, peſſimum ad ſecundam valetudinem concipit habitum.

42 Cur tempore hyberno minus oriuntur ſudores, nec nos per id tempus ſudãdum æque cenſemus, quàmuis corpora humidiora tum conſtent? An minus ſudamus, quoniam humores per hyemem cõcreti, coactiq; ſunt vehementer:

hémenter: quare minus dissolui tum queũt. Sudandum autem minime per hyemem cẽsemus, quia corporis eiusmodi dispositio salubris est. Qui autem mouet sudorem, labefactat, cõfunditq; habitum corporis, atq; etiã laxiorem quam conueniat eundem habitum reddens, simul & intimum calorem educit diminuitq;, vt non æque gelido cœlo possit resistere: & humor externus expeditius se corporibus inserit, cùm laxiora iam foramina propter sudationem habeantur.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TERTIA:

Eorum, quæ ad vini potum, et vinolentiam pertinent: cuius quæstiones. XXXIIII.

1 QVam ob causam vinum cùm calidum sit, vinolenti non calent, sed frigent, & dolore laterum, cæteriscq; huiusmodi vitijs excipiuntur? An quòd multum humoris cùm refrigeratum est, multum frigoris cõcipit, ita vt calorem superet naturalem. Fit enim simile intrinsecus carni: vt si vestis nimio madefacta humore, rigorem profunde acris sirgoris admittat.

2 Qua de causa, nõ qui vehementer, sed qui leuiter se ebrauerunt, delirant? An quòd neque tam parum biberunt, vt similes sobrijs sint: neq; adeo multum, vt soluantur & languescant, quomodo efficiuntur, qui multũ hauserint. Adde, quòd sobrij ratione iudicant penitus, temulenti ne tẽtant quidem aliquid iudicare, leuiter ebriati iudicant, quoniam quidem vino non penitus detinentur: sed praue id faciunt, quia sobrij nõ sunt: quo fit, vt mox & contemnant alios, & contemni ab alijs se ipsi existiment.

3 Cur magis crapulam sentiunt, qui dilutius culum bibunt, quàm qui merum ex toto? Vtrum suæ tenuitatis causa vinum temperatum expeditius loca plura, angustioraq; subeat, intemperatum autem minus facere id possit: itaq; difficilius educi potest quod dilutum est. An quod merum minus bibitur, vtpote quòd multum bibi non possit, magisq; vomitu rejcitur. Ad hæc merũ, vt cætera cõcoquit, quia calidius est, ita etiam seipsum cõsumit: diluto autem illo è contrario agitur.

4 Cur semẽ genitale ebriosorum magna ex parte infœcũdum? An quòd habitus corporis eorum præhumidus est: semen autem nõ quod humidum, sed quod cõstat, crassumq; est, hoc vim obtinet procreandi.

Cur ebrioſi tremunt, & eo magis, quo liberalius merum hauserint? Absurdum enim id esse videri potest, quandoquidem vinum calefaciendi vim habeat, & tremor ex frigore præcipue soleat prouenire: itaq; qui rigẽt, maxime tremunt. Sed tamen multi cùm mero tantum cibi gratia vterentur, tremores vehemẽtes adeo exceperunt, vt homines premẽtes reijcerent, & aqua perfusi calida, nihil sentirent. An quòd tremor tũ oritur, cùm corpus admodum friget: scilicet aut calore intus circumsistente ob externi frigoris violentiã, vt hyberno tempore fit: aut naturali calore extincto, quod fieri solet vel qualitate cõtraria, vel ætate, vt senectute, vel externi caloris excessu: quod ijs sane accidit, qui vi Solis, aut ignis deuruntur. Igitur ijs etiam idem obuenit, qui mero abuuntur. vinum enim califica sua facultate amplificata, plus quàm vires corporis patiantur, calorem proprium corporis se permiscens extinguit: quo extincto, refrigeratoq; corpore, accidit vt tremores oriantur. Quin etiam præter omnes refrigerandi modos, quos præposuimus, ille quoq; notatur, vt deleta materia, qua quisq; calor sustentatur & alitur, calor etiam ipse deleatur: quod lucerna inter res inanitas demonstrat, quippe quæ dempto oleo, lumẽ amittere cogatur. Senectus vero in animatorum genere illud idem efficit, & morbus longus diutino consumptu corpus in tabem redigens. alimento nanq; deleto, vel extenuato caloris, euenit, vt calor etiam ipse deficiat. calor enim humore alitur, nõ tamen quolibet humore, sed leni, & copioso. Quam ob rẽ tum ijs, qui à prædictis tenentur vitijs, tum ætate profectis, exolescente, alterascenteq; tali humoris genere, (fit enim, p leni & pingui, acre & siccum,) euenit vt calor ipse deficiat. Patẽt hæc argumento auxiliorum, quæ ijs impendim⁹, qui ob marcorem è vita abeũt. fit enim vt eorum virtus vitietur, cùm aliquid nutrietis humoris instillatũ est, vtpote cùm eiusmodi humoris defectu resolutio illa eueniat. Mero igitur hominibus deditis, causæ id esse videt. Vinum etenim calidum, corporis caliditati naturali cõiunctum, efficacius porrò, quæ calor proprius sibi subdita pro alimnero obtinet, consumit. Vnde fit, vt alios ex his aqua intercus præmat, alios fluctio, alios alia deiectio, & pleraque alia vitia eiusdem alui exerceant. nam & reliqui humores acerbi, ineptiq; remanent: & qui liquidi extrinsecus adueuerunt, crassari ob imbecillitatem caloris

proprij nequeunt. Calor autem ipse imbecillis propterea manet, quoniã materia, qua contineri adhuc potest, imbecilla est: quo modo ignis, quem arundo reddiderit: hic enim propter materiæ imbecillitatẽ infirmior est, quàm qui à ligno præstatur.

6 Cur vinolẽti cùm vinum calidũ sit, rigere tamen solent, citissimeq; laterum dolore, cæteriscq; huiuscemodi vitijs excipiuntur? An quòd multum humidum, cùm refrigeratum est, in multũ frigidum se conuertit, ita vt calorem superet naturalem: quę autem sunt humidiora, eadem omnia naturæ calidiora occurrunt. argumentum, quòd rebus externis calescimus, non humescimus. Verum si minus calida, quàm humida sint, accedet profecto, vt suam caliditatem potius, quàm humiditatem amittant. Humore igitur frigido remanente, non sine causa vinolenti amplius rigent, & vitia rigoris propria patiuntur.

7 Cur pueri, cùm natura sint calida, vinosi non sint, cùm Scythas, & viros robustos, qui certe omnes habitu sunt calidiori, constat esse vinosos? An quòd viri non calidi solũ, sed etiã sicci sunt: virilis etenim habitus talis est: pueri calidi sunt, & humidi. Vinositas autem humoris cuiusdam libido est: itaq; humiditas facit, vt pueri minus sitiant. Cupiditas quippe non nisi indigentia, siue desyderiũ quoddam est.

8 Cur temulenti aquas salsas vitiosasq; magis sentimus, sobrij minus? An quòd suum quodq; à suo nihil afficitur, simileq; indomitum à suo simplici persistit: contraria vero à cõtrarijs potius sentiũtur. Vinolentus itaq;, quòd dulces intra se continet humores (nam vini naturam talem esse videmus) hinc vitiosi saporis sentiẽs magis est. sobrius aũt, quòd acres salsosq; habet, saporem eundem percipere nõ potest. Admisso itaq; cibo, excremẽtitij redundant illi, & fluitant, vt & ipsi à suis similibus affici nequeãt, & hominem sensus huiuscemodi reddant expertem.

9 Cur grauiter à vino detentis omnia circũferri videãtur, iamq; inter initia ebrietatis res semotas cernere nequeunt? itaq; inditũ hinc vinolentiæ nonnulli deducunt. An quia cõspectus frequẽter à calore vini compellitur, atque commouetur. Nihil vero interest, conspectus moueatur, an res conspectui obuia. fit enim ratiõe vtralibet, vt id, qd' modo dixi, videatur. Et cùm propinquis etiam in rebus conspectum vinolentorum falli eueniat, multo magis idem in remotis accidat consentaneum est. quam ob rem illas videre penitus nequeunt, propinquas autem aspicere quidẽ possunt, sed nõ quo sunt posita loco. Circũferri autem tãtum, nõ etiam prope procul q; vicissim agitari videtur: quoniam procul ob circularem mouendi rationem cõspectus ne queat progredi: haud enim facile est cõtraria simul agitari. Appetitio autẽ, quæ profluit ad elongatiora, vehemẽtior est: circularis vero, figura, quam nomen ipsum declarat, continetur. Prope igitur, ac procul vicissim cõspect⁹ deterri ea de causa nõ potest: & si ita feratur, rem tamen eandem contingere non queat: quippe qui vice alterutra tẽporis eodem in loco rem, quã intuetur, relinquat, cùmq; reliquerit, intueri non possit: circulo autem suæ figuræ causa videtur. Est enim conus, cuius basis circulus est, in quo se agitans ipse cõspectus, rem quidem percipit eandem, quia nũquam sibi rem subiectam deserit. Fallitur tamen in loco, quia non eodem intuitu rẽ contingit. nihil enim interest, vtrum res ad aspectum, an ad rem aspectus moueatur.

10 Cur vinolentis res vna, plures interdũ esse videatur? An quia (vt dictum est) iam aspectus, cùm commoueatur, ejcit, vt nullo tẽpore idem vitius in eodem quiescat. Quod autem eodem tempore varie cernitur, id serius occurrisse videri potest. Quod enim cernitur, non nisi conspectus tactione sentit. hęc autem non potest, vt idem plurib⁹ simul attingatur. Quòd cùm nullum sensum admittat id tempus, quod inter positum tempori distinguat, quo rem cõspectus attingit, & quo repetit, efficitur hinc, vt tempus vnum esse videatur, quo attingitur, quoq; repetitur. Itaq; cùm plures aspectus rem eandem attingant eodem tempore, plura esse videtur, qd' vnum conspectui subiacet: quoniã fieri non potest, vt res eadem modo eodem attingatur.

11 Cur vinolenti concumbere nequeãt? An quoniam pars quædam magis caleat, q; reliquum corpus oportet: quod in his fieri non potest, ob nimium totius corporis feruorẽ: extinguitur enim calor motiõis interne obtẽtu caloris occupantis, quoniam multũ in his inest, quod humidum, crudumq; officiat. Ad hæc, semen à cibo proficisci necesse est: cibus autem omnis concoquitur, quo saturati ad venerem plane incitamur. Vnde hac de re plerique prandere large, cœnare parce præcipiũt, vt cruda insint, quàm concocta, pauciora.

12 Cur si quis vinum dulce, ac merum, aut ex eo nem inter potandum hauserit, sobrius pl stere possit? Et cur minus ebrientur, qui cãpo amplo, fœcundoq; hauriũt? An omnium eadem illa ratio est, quòd superficialis calor ita supprimitur. Vinolentia enim tum cru-

tur, cùm ealor sedē capitis totam occupauit.

13 Quam ob causam cum vinū dulce aptum sit fluitare, si quis temulentus dulce superadmisit, haustum vinum concoquitur, minusq; infestat: An quia vinum dulce lene, ac lētum est, itaq; foramina obstarcit, atq; interspirationem sternum contra, exasperās, rigidum est. Facilē item ascensum calori hoc prestat, dulce autē obstruxit foraminum calorem arcet ac inhibet. vinolentiam vero parte concalefacta superna oriri dictum iam est. Addo etiā, quòd vinum dulce inodorum, austerum autē odorū est: odor autē ois caput tentat, et ingratat.

Cur a vino diluto, meracius tamen, caput

14 postridie magis dolem⁹, quàm ex mero? An merum, quia crassius est, foraminā capitis angusta subire ipsum nō potest, sed vim suam, atq; odorem, & calorem tantum transmittit. Dilutum autem illud, quoniam per aquę admissionem tenuius factū est, facile ipsum subit, ac penetrat: cùm tamē partem corpulētiæ, facultatisq; meri non mediocrem adhuc retineat, concoctu difficilius est: nam et humida, omnium difficillima cōcoqui & corpora longe pertinaciora, quàm facultates eorum perstitere nouimus.

15 Cur inexercitati magis, quàm exercitati ad vinolētum vsq; potare, & vino facilius solui possint? An quòd in qui exercentur, humores q; in se continē, vrinam copiosę profundant: quod factū, vt plus bibi & leuari facilius possit, quoniam non multum vinosi humoris in ventre remaneat. At qui inexercitati humidi sunt excremētisq; redūdant. exercitati contra, sicci sinculosiq; vt vini humor sese totum insinuare corporibus possit. Statim igitur hic vini impetus vrinam retractat, & potū humor hic in corpore insidens grauitatem creare nimirum potest.

16 Cur vinum alios retardos, alios superbos reddit, atque insanibundos: contrario enim affectu id agitur quandoquidem alteri magis, alteri minus moueantur? An, vt Charemon ait, vinum sese pro moribus vtentiū applicat. Contraria igitur reddit, non quę eadē, sed quę sunt dissimilia: vt ignis alia exiccat, alia humefacit sed non eadem: & quidē glaciem liquefacit talem indurat. Nam & vinū, vt quod sui ipsius natura humidū sit, homines tardiores incedentes reddit, & mobiliores: contra mobiles, dissolut, atq; retardat. Vnde plerosq; melancholicos penitus resolui, labi & in crapulas nouimus. Vt enim balneum corpora pertinacia duraq; relaxat, agilioraq; facit: humidum vero, & mobilia dissoluit, atque infirmat: hic vinum quasi interna hominis

*natura.

diluens, ita afficere potest.

Quid est cur brassica sedet crapulam? An 17
quòd succum dulcem, discutientemq; obtinet: vnde Medici eam aluo infundunt. frigida autem ipsa est. Argumētum, quòd ad aluum vehementes deiectiones Medici ea vtuntur, excocta in plenum, & suo cāllo purgata, refrigerataq;. Fit igitur detentis à crapula, vt eius succus humores in aluum detrahat, qui vinosi, crudiq; tenentur, & ipsa supra in ventriculo, remanens corpus refrigeret: quo fit, vt tenues humores ad vesicā labātur. quòd cùm humor vtrinq; educatur, corpusq; refrigeretur, recte liberari à crapula possint. Vinū enim humidum, atq; calidum est. Euenit ad hęc, vt cùm humores deorsum se trahūt, atq; excernunt, flatum etiam secum deducāt: qui si per vinum liceat, in caput se efferens grauitatem creat, & crapulam: sin autem deorsum se vertit, corpusq; ob causam prædictam refrigeratum est, dolor crapulę omnis tollitur. Est enim crapula feruor quidam, & desinēs inflammatio, quæ plus cōflictat, quàm temulentia: quòd mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente sibi constante. dolorē admouet. Vt etiam qui febre vi gente ludūt potius, quàm dolent: ijdem vbi leuati malo fuere, atq; ad se rediere, indolere occipiunt. Hoc enim idem in crapula quoq;, & in temulētia

al. caule

cuenire solitum est.

Cur vinum dilutius temperatum vomitū 18
magis, quam merum, quàm aqua prouocat? An quòd ea maxime vomitum mouent, quę innatare solita, quæq; insuauia, fastidiosaq; sunt. Vinum autem reprimēdi vim obtinet: aqua tenuis nec insuauis est. Quòd igitur tenuis est, cito pro sui tenuitate delcēdit: quod non insuauis, stomachum non perturbat. Vinum autem nimis dilutum, nec ita tenue est, vt pfluere possit celeriter; & fastidiosum est, quòd parum obtinet vini: sensum enim conturbat, quia plures motus in eo excitat, scilicet quem vinum, quemq; aqua efficere potest: ambo enim sentiri queunt. Quod autem fuerit modice temperatum, id sensum penitꝰ aquę tollit, viniq; mollis, deliniētisq; sensum accōmodat, ex quo suauiter bibi potest. Sed cùm vinum immodice dilutū ita insuaue est, tum innatare, redūdareq; solet. quod autem tale est, vomitum id facile ciet.

Cur vinolenti aquas falsas & vitiosas me 19
lius, quàm sobrij sentire possumus? An quoniam dura, & tristia certius ab ijs sentiuntur, qui mitiore cupiunt. latent hæc enim cupientes, & sæpe fallunt. At vero qui hæc se habet, is non cupienti similis est: qui autem in tristitia

tia est, cupientis hic gerit affectum. Sobrius autem ita se habet: vinolentus contra satiatus repletusq; est.

20 Cur penitus vinolentis res omnes circunferri videntur, & cùm iam amplius vinum attingit, nequeunt quæ procul posita sunt, enumerare: quo circa nonnulli hinc vinolentiæ indicium trahunt. An quia cōspectus frequēter à vini calore commouetur. Quemadmodum igitur, si sub oculo presseris rem obiectam, geminari videbis: sic etiam vinolentis accidere illud pōt. Nihil enim interest; vtrū suppresseris, an aspectum commoueris, nec vtrum extrinsecus, an intrinsecus: idē enim obuenire, vel accidere vtraq; ratione conspectui potest. Itaque res obiecta minime cōstare videbitur, atq; etiā magis quę procul abest: nā eo obtinebitur minus, quo se lōgius aspectus deducat. Propinquitas etiam illa mouēdi amplius ad extremum absoluere interalum potest. Item si æquabili cum vehemētia sursum deorsumq; aspectus se agitet, res minus assequatur remotas necesse est. deducta autem circunferri omnia solent, velut sagittæ, & quæ appensa dimittimus. Igitur visus quoq; suam ob imbecillitatem, quasi procul deferatur, idem hoc patit. nihil autem interest, visum, an rē visui obiectā commoueas.*

Codex Gr. add. idē. n. operatur ad videndum.

21 Quā ob causam, qd vniuersum raptimq; bibitur, ventrem id minus humectat, cùm tamen ab humore copiosiore plus humectari conueniat? An quòd humorem multum, ac vniuersum venter superare nō potest, sed locum adire suum indomitum patitur. Locus autē crudi humoris vesica est. Exiguum vero facile vincit, & concoquit: ex quo moram hic diuti⁹ trahēs, vētrē porrò humificare pōt.

22 Quam ob rem qui ante extenuatus, merū inde multum hauserit, morte occumbat: & plerique vero bibaces, cùm se nihil extenuarint, multo tamē, vniuersoq; meri haustu sici efficiuntur? Quærendū enim hoc est, quādoquidem vinum calidū suapte natura est, et vt vita calore contineri apparet, sic mors refrigeratione accidere. An, vt ex cicuta, sic ex mero intereundum est, videlicet dum prius calor paulatim extinguitur, modo tamen diuerso. Cicuta enim calorem frigiditate sua extinguit, humoremq; indurat: vinum autem sua caliditate calorem macerat naturalem. Et quomodo ab igne nimio aut Sole exiguus ignis extinguitur, sic intimꝰ corporis calor à vini calore, si minus est, superatur, atque extinguitur.

To Grę. & Lat. forte

23 *Cur vinolenti sunt ad lachrymandū prompsiores? An effectuum huiuscemodi om-

vtriq; manci ita legas. Cur vinolēti sunt ad lacrymandum prompsiores.

24 An quia calidi humidi q; sunt cibi, les igni sūt, itaq; facile ex gutis mouentur.

Cur mero ebrietas ocius, forsan deq; hac effectū. &c. ita vt ebrietas mero ocius, quàm vinum

25

num eadem causa est, quā repressio, quę sæpe fit agitur, per summa afferre pot: vinolentia enim locis cōsistere capitis certum est.

Cur vinolētis somnus oriri nequeat: An quòd ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est: hic enim cōcoqui expedite pōt. quòd si deest, exiguusq; humor, aut concoctu difficilis inest, somnus non oritur: qua de causa post cibum, ac pōtum somnolentissimi fieri ob calorem solemus. Melancholicos vero, & vehementer æstuantes insomnia tenent: alteros, quia refrigeratus humor penitus est: alteros, quia nullus, aut minimus extat. Ergo rationem vtriusque affectus inde esse petendam palàm est.

Curiebriosi tremunt, & eò magis, quò largius merum hauserint? cùm vinum caletactiē di vim habeat, tremor autem ex frigore maxime proficiscatur: itaque qui rigent, præcipue tremant. Attamen plerosque, cùm mero tantummodo cibi gratia vterentur, tremores acres adeo inuaserunt, vt homines comprimentes à se omnes ejcerent, & cùm aqua calida pertunderētur, nullatenus sentire possent. Alij vero cùm eo ipso agerent modo, perfrictioneq;, & carnibus in cibo vterentur, in stupprem attonitum inciderunt: quos tremor quidem mitius, scilicet ob immobilitatē torquebat: dolor tamen acerrimus. & inquietudo iam inde exercebat assidue. Tremoris itaque causa frigiditas est. nam & qui rigent, ea re pati ipsa videntur, vt dictum est: & qui admodum senuere: quorum vtrorunque alteri alyaffectu frigido, alteri à frigida ætate vrgentur. vinum autem calefaciendi vim precipue obtinet: quocirca contrarius quidam vt proueniat effectus, ratio exigit. An nihil prohibet item eandem à contrarijs effici, dūmodo non agāt modo eodem, sed diuerso. Exēpli gratia: vritur & à gelu, & à calere, vbi gelu calorem coegit vniuersum. itaque modo quodam à contrarijs effectus proficiuntur: & modo quodam * nō nisi idem producitur. Tremor autem ob inopiam excitat caloris, non cuiusque, sed proprij. Corrumpitur autem calor, aut marcore, aut extinctu: extinctu quidem, à cōtrarijs, hoc est, frigido atque humido: marcore autem, vel indigentia nutrimenti, vt lucerna cùm fomite aut oleo caret: vel ab alieno calore, vt ignis in Sole, & lucerna apud ignem. Igitur qui ex frigore rigent, caloris extinctu obtremunt: ex quo etiam fit, vt aqua effusa calida horror exoriatur. frigus enim, cùm intus includitur, atque circumobsistit, pilos erigit. Et in febrium quoque accessione rigor ille euenīs simili de causa venit.

* Ex codice Græc. ab eodem

La

In ſenectute autem calor alimento deficiente emarceſcit: humor enim alimentum caloris eſt: ſenectus autem ſicca eſt. Ebrioſi vero, & ſi qui ita affecti ſunt alij, ſuo prorſus emarceſcente calore, obtremiſcunt: ſed nõ modo eodem, quo ſenes, ſed tertio corrumpẽdi modo, vt propoſuimus. Quòd enim vino vtuntur nimio, calor aduentitius ſuperãs, aut extinguit, aut debilitat proprium calorem, quo valemus. Fit enim tum tremor, cùm mouẽs quicquam rem nequit ſuperare, quã mouet: vt cùm lignum quis longum, craſſumq; obtinere, firmareq; nõ pollet, tremit extremum. quod ideo fit, quoniam aut ſuſcepta res maior eſt, aut minor, quæ mouet. Ergo tremor, cùm calor extinguitur, accidit. hic enim dum integer inuictusq; manet, cauſa animantib⁹ eſſe videtur, cur mouere ſe valeant. Indicium autem ebrioſos, ſenesq; ob frigiditatem affectos ſic eſſe, quòd tremor his fieri ſine vllo rigore ſolitus eſt.

26 Quam ob cauſam, qui leuiter à vino tenẽtur, magis peccant, vel delirãt, quàm qui aut grauiter ſeſe ebriarint, aut ſobrij manẽt? An quòd ſobrius recte iudicat: qui autem penit⁹ vinolẽtus eſt, quòd ſenſibus interceptis, on⁹ ſuſtinere non poteſt, nihil dijudicat, atq; ita non peccat. at vero qui leuiter ſe ebriarit, iudicat quidem, quia non multum hauſerit: ſed qm̃ à vino detentus aliquatenus eſt, poteſtatem recte iudicandi amiſit: itaq; peccet neceſſe eſt. Quemadmodum quòd Satyrus Clazomenius propenſus admodum erat ad maledicendum, eius aures, cùm accuſaretur, penitus obſtruxerunt, vt de re ageret, nõ in cõtumelias ſe prouolueret. Poſtea tamen cùm ceſſante iam aduerſario reſeraſſent, & pauca dicente adhuc, ille audiuiſſet, nequaquam cõtinere ſe potuit, ſed è veſtigio maledicta effundere incœpit, quoniam ſentire iam poterat. recte autem iudicare non poterat.

27 Cur vini dulcis, qd' ſuauius eſt, ebrioſum neminem eſſe arbitramur? An quòd vinum dulce nullum ſaporem obtinet proprium vini, ſed alienum penitus reddit. igitur dulcis rei, non vini auidus appellandus eſt, qui vini dulcis tenetur deſyderio.

28 Cur ebrioſi Solis calore gaudere maxime ſoleant? An quoniam concoctionem deſyderant, atq; etiam quod refrigerati admodum ſunt: ex quo attoniti, ſtupidiq; mox fieri ſolent à potu.

29 Cur vinolentis multa interdum apparet quod vnum eſt? An quia conſpectus initia intrinſecus a vino mouentur, ſic vt vel caput totum ſolicitari neceſſe eſt. At cùm initia mouentur conſpectus, idem ſeſe applicare nõ quit, ſed quaſi partem rei obiectæ vis vtraq; conſpiciendi attingit. Merito igitur res vna ſuſpitionem recipit geminationis: quod idẽ vel oculo ſubter oppreſſo poteſt euenire. Cõſpectus enim mouetur initium, vt ei cõfre cũ altero non amplius liceat: ſed hic motus extrinſecus eſt. vini autem ille intrinſecus oritur, nec quicquam intereſt. idem enim ſequetur, 10 qualitercunq; aſpectum commoueris.

Cur vinolentorum lingua oberret? Vtrũ 30
quemadmodum corpus totum in vinolẽtia titubat, ita etiam lingua labẽs oberrat, nec reddere articulatim vocabula poteſt. An quoniam caro linguæ mollis, & inſtar ſpongiæ eſt, ampliatur madeſcẽs, atq; extollitur: itaq; ob molem retardior fit, exprimereq; ſyncere nõ valet. An quòd vt in aqua ob abſentiam aeris loqui nõ poſſumus, ita neq; cùm nimiũ 20 in nos humorem indidimus: igitur quòd vinolentorum lingua in nimio humore ſe voluit, idcirco exprimere ſyncere nõ poteſt. An animus quoque vinolentorum compatiens errat. at ſi animus ita affectus eſt, linguã etiã pariter affici cõſentaneum eſt: inde enim omne loquendi initium ducitur. Quo fit, vt etiã ſine vinolentia, vbi animus quenquam hauſit affectum, lingua etiam ſentiat, atq; compatiatur, vt in metuentibus patet.

30 Cur ebrij omnes, & qui mari operã dant, 31
libẽter Solis tepori ſe dedũt? An quòd ebrij cõcoctionem deſyderant, ſimulq; euenit, vt partes corporis quædam refrigerentur: itaq; ſtupidos, attonitosq; poſt potum fieri nouimus. Maritimi autem ſtupidi, quoniam in humore ſemper ſuam degunt ætatem, calorem porro deſyderant.

Cur vinolenti concumbere nequeant? An 40 32
quòd partem corporis quandam amplius, quàm reliquum corpus incaleſcere opus eſt, quod vinolentis contingere præ nimio calore non poteſt. calor igitur, qui à motu naturæ interno præſtatur, obtentu caloris ambientis extinguitur. An quòd partes corporis imas recaleſcere opus eſt. vinum autem in ſublime efferri aptum eſt: itaq; calorem, quemadmodũ illic excitat, ita hinc auocat, atq; abducit.

50 Poſt cibum quoq; libido veneris minime incitatur. Vnde prandere large, cœnare parce præcipiunt. cibo enim concocto ſurſum crudo, deorſum fertur & humor, & calor: ortus autẽ ſeminis ex his eſt. Et fatigatis idcirco p ſomnum profluit genitura, quòd labor corpus humidum & calidum reddit, quòd ſi excrementum ea in parte ſubſtiterit, euenit certe, vt per ſomnum erumpat. Hæc eadem

cauſa

cauſa eſt, cur in aduerſis quibuſdam valetudinib⁹ id euenìat, atq; etiã metuenti, & morièti.

33 Cur iuuenes potius, q̃ ſeniores immingãt, vbi vino ſeſe ebriauere? An quoniã iuuenes humidi ſunt, & calidi multum, idcirco excrementum humoris confluit in veſicam: exiguum. n. à corpore eorum abſumitur, quam ob rẽ id effundi neceſſe eſt. ſenioribus vero, corpus pro ſua ſiccitate humorem nimium attrahit, atque imbibit. An q̃ iuniorum natura ad 10 ſomnum propẽſior, quàm ſeniorum eſt: quo circa grauiter iuuenes conſopitos vrinę ſæpe excitatio latet, vt hæc prius erumpat, quàm illi ſurrexerint. ſeniores autem latere minime poteſt, quẽadmodum nec externorum motuum quiſquam minus ab his percipi, quàm ab aduleſcentibus ſolet. Cõſtat autem quod modo diximus, quandoquidem iuuenes ipſi tum maxime immingunt, cùm arcte, & grauiter dormiunt.

34 Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, ſorbitũq; facultatem præſtat potãdi? An q̃ vrinã ciere poteſt, vinoq; hauſto iter regit.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO QVARTA:

Eorum, quæ ad rem ueneream pertinent: cuius quæſtiones, XXXIII.

1 QVam ob cauſam, qui concumbit, & q̃ morit̃, oculos attollit: q̃ autem dormit, ſubmittit? An q̃ de parte ſuperiore calor exiẽs, eodem oculos vertit, quò ſe deflexerit: per ſomnum autem deorſum ſe colligit: itaq; eodem conuertit. Clauduntur vero propterea oculi, quia humiditas deficit.

2 Cur ijs, qui rem venereã immodice agunt, 40
oculi, & clunes manifeſtè ſubſidẽt, ptes quarũ alteræ, ppe, alteræ procul à genitalibus abſunt? Vtrũ q̃ in ſeipſo etiã coitu partes hæ pſpicue collaborant, cùm rẽ ſtudioſius ipſe per ſequantur, & ſe cogant, nitanturq; in ſemine emittendo. itaq; quantũ alimenti facile liqueſcere poteſt, id preſſum extruditur. An quòd obcalefactæ præcipue contabeſcunt. concuſſus autem caloris agitur facultate, eaq; maxime ſentiunt calorem, quæ in agendo commouentur. Oculi autem, partesq; ſedi proximæ perſpicue collaborant. haud. n. fieri poteſt, vt ſemen profluat, niſi partes coagantur illę, niſiq; oculi demittantur: quippe cùm partibus his cocuntibus, humor quaſi manu ex veſica prematur, oculisq; coactis cerebrum

ſua dimittat. Oculos vero, & locum his proximum, vim ad procreationem maximã obtinere docent illiniménta, quæ mulieres tã ſteriles, quàm fœcũdę experiuntur, vtpote cùm vis ad ſemen tranſmitti hinc debeat. Sunt autem & oculi, & renes omnium pingues, atq; obeſi. ergo q̃ partes hæ rem veneream efficacius adiuuant, caloris participes ſunt, cuius tabifica vi extenuantur, multumq; ſui ſucci ad ſemen excerni patiuntur. Calor enim (ſi corpus vel pingue nõ eſt, vel ſi pingue quid eſt, ſed non tamen laborat) æque liquefacere nequit, vtpote in venere patet. Renes tamẽ omnium maxime ſentiunt, quia in vicino poſiti ſunt. Et ipſe quoq; ſeminis trãſitus, cùm per ea loca ſpicue agatur, extenuare proculdubio poteſt: admit enim, non addit per ſuam iſtam propinquitatem.

Quãobrẽ & qui concũbunt, & ſpadones, 3
q̃re minime vtũtur venerea, in acumine oculorum offendũtur? An q̃ alteris ob libidinẽ, alteris ob exciſionem partes ſuperiores plus iuſto exiccãtur: quod pſpicuum in ijs eſt, quorum opus exqſitius adminiſtratur. aſpectus aũt talis eſt. humoribus vero deorſum ductis, ſuperiora ſiccari neceſſe eſt: id igitur nimiũ cõcubitu fieri patet. Spadonum aũt crura intumeſcũt, & alui faciles ſunt, vtpote cùm deorſum ſe humoris copia ſeuocet.

30 Cur homo, cùm cõcumbere poſſe incipit, 4
tunc pubeſcit: cæterorũ aũt animantium, quę pilis teguntur, nullum tunc pubeſcere incipit? An q̃ per ætates mutari animantes in cõtrarium ſolent. Vox. n. grauis de acuta efficitur, & nuda quæ ante fuerunt, hirta reddũtur. Vnde etiam animãtes à primo natali die hirſutas, nudari debere tunc, nõ dẽſciſcere cõſtat, cùm ſemen habere incipiunt: ſed ita euenit, quia quæ ſemen effundunt, ſicciora fiunt & laxiora: quib⁹ de cauſis pilus oritur: quod inde ſatẽ patet. Pilus. n. neq; cicatricib⁹, neq; pueris, neq; mulieribus exit: cùm ſcilicet cicatrices ſpiſſo cõtextu, non raro inducant: pueri, mulieres q̃ corpore humido ſint, nõ ſicco.

Cur nuditas pedũ obeſſe in re venerea po 5
teſt? An q̃m corpus, qd' concubiturum ſit, calidũ intus, atq; humidum eſſe debet, quale p ſomnũ potius eſſe, q̃ per vigiliã ſolet: ex quo etiã celeriter, ac ſine corporis agitatione ſemẽ dormientibus pfluit: vigilantib⁹ vero non ſine labore pdit. Simul aũt fit, vt et reliquũ corpus tale exiſtat, et pedes humidiores ſint, atq; calidiores. Indicium, quòd cùm dormimus, pedes obtepeſcere ſolent, vt qui vnà cùm internis partibus ita afficiãtur. At nuditas pedum è contrario agit: ſiccat. n. atq; refrigerat.

itaq; siue impossibile, siue difficile sit, vt res agatur venerea, nisi pedibus calidis, eam tamẽ nuditatem in vsu concumbendi incommodam esse necesse est.

6 Cur omnium maxime animãtium homo, postq; concubuit, dissoluit, & languescit? An quòd semen proportione sui corporis plurimum emittit.

7 Sed cur plurimum homo emittit? An q minus cibum is conficit, et omnium maxime animantium humidus natura, & calidus est: quarum rerum altera seminis copiam reddit; altera naturę vim efficit ad semen creandum, semen etenim tale est, quãdiu seruatur.

8 Quam ob causam cùm ratio concumbendi calore cõtineatur: timor autem, & mors refrigerandi vim habeant: plerisq; tamen cùm ab ipsis tenentur affectibus, semen excurrit? An q cùm loca quędam corporis refrigerantur, alia quędam intepescunt, cùm & suum calorem habeant, & pulsum de locis refrigeratis illum ipsa suscipiant. quam ob rem frigentibus quidem id euenit, verum non quia frigent, sed quia calent. Cõstat hoc etiã ipso aspectu partes enim superiores timentiũ sanguine priuantur, inferiores autem humescũt, & aluus soluitur, & vesica. Calor igitur cùm sp timorem deorsum, per mortem sursum deuius agitat, madificare, & seminis excitare profluuium potest.

9 Cur neq; cõcumbere, neque euomere, nec sternuere, neq; flatum emittere oportet, nisi res turgẽte corpore vrgeat? An quia cùm nõ turgemus, similes terrę stirpibus sumus, quibus euulsis, aut alienum conuellitur quippiã, aut aliquid abscissum relinquitur. quod autẽ cum extrudi debet, minutum remãserit, dolorẽ diutius id omne mouebit: & si quid alienum cõmotum sit, id cùm sua sede priuetur, dolorem creabit. Quæ certe ijs usu euenient, qui cùm non turgent, aliquid faciunt ex ijs, q modo retulimus.

10 Cur ieiuni celerius cõcumbunt? An quòd foramina corporis ieiunio inaniora, repleto autem plena habẽtur: itaq; impediunt, ne humor seminis genitalis valeat pmeare. quod latissime in velica patet: hac etenim plena, nunquam celeriter cõcumbere possumus.

11 Cur adolescentuli cùm primo cõcumbere incipiunt, quibus cum fuerint congressi, eas re peracta odio habeant? An quòd mutatio summa extiterit, sequentis tristitiæ memores, eam fugiunt tanquam sontem, ad quam sese applicuerunt.

12 Quare qui equitant assidue, libidinosiores euadunt? An caloris, agitationisq; causa eodem afficiuntur modo, quo per coitum. quo circa ętatis quoq; accessione membra genitalia contrectata, agitataq; plenius augentur. Quòd igitur semper eo vtũtur motu, qui equitant, hinc fluentiore corpore, pręparatoq; ad concumbendum euadunt.

13 Quare concumbendi facultatem dari per ætatem cùm cœptum est, corpora male olẽt: prius autem ante pubem nõ ita olent, nec viri, nec mulieres? An quoniã quę incocta sunt, tum sapores habent deteriores: aut. n. acidiores, aut salsiores, aut amariores: tum odores reddunt fœtidiores. Contra, quæ cõcocta maturaq; sunt, sapores aut dulces, aut min⁹ amaros, et odores suauiores prestant, aut certe minus insuaues. Patet hoc in omnibus tam terræ stirpibus, q; animantibus ipsis. Detractis autem, quæ matura concoctaq; sunt, cætera cruda relinquuntur: vt & in cinere, portione dulci consumpta, puluis amarus relinquitur. & sudor quoq; salsus eadem de causa est. Calor autem naturalis semen genitale concoqt: quod quanquam exiguum est, vim tamẽ obtinet maximã, quippe quod ex multo admodum tam exiguum cõtutum sit. Quam ob rem vbi id secessit, resoluimur magna ex parte vehementius, atq; refrigeramur: itaq; humores incoctiores redduntur, patefactis meatibus propter seminis excursum: quo fit, vt sudor ob cruditatem & salsior, & fœtidior tunc sit, q; in puerili ætate. Quòd si cui forte talis natura sit, vt partem subtilidẽtem sudoris fœtidã habeat, huic magis, magisq; res inotescet, ac præsertim eisdem in locis, quibus & cæteris maxime consistit, velut in alis.

14 Cur si ex nostro semine procreatũ animal est, prolem id nostram appellare solemus: sed si ex aliquo alio nostro vel excremẽto, vel parte prodijt, nostrum id esse nũquam fatemur? multa enim semine putrescente proueniunt. Quid igitur causæ sit, vt si quales nos sumus, tale fuerit, nostrum id sit: sin diuersum, id alienum sit? aut enim omnia nostra esse oportet, aut nulla. An primum, quoniam quod ex semine nostro prodijt, id ex nostro est: quod secus, id ex alieno, scilicet quæ purgamentis, excrementisq; enascunt. Denicq; nihil ex omnibus, quæ animanti tribuimus, gignere animãtem potest, nisi semen genitale. Quod autem nocet, quodq; malum est, id suum nullius est: nec quod alienum est, id suum esse potest. haud enim idem illa significant, suum esse, & alienum esse, vel diuersum, vel malum. Excrementa autem, & putredines non nostra, sed diuersa, alienaq; sunt à nostra natura. Non enim quæcunq; in corpore extiterunt,

corporis

corporis hæc esse putandum. nam & papulæ sæpe erũpunt, quas tollimus, atq; excidimus. omnino quæ præter naturã constiterint, hæc aliena omnia sunt: multa autem præter naturam, vel rebus coniuncta naturalibus prodeunt. Quòd si ex rebus nostris solo semine natum animans sit, recte quod ita prouenerit, plem id esse nostram tantum putabimus. ex semine vero ipso si qd extitit aliud, vt vermis, vbi vel foris putruit, vel corruptum in vtero est, vt quæ monstra appellamus, prolẽ id esse nostram haudquaquam dicendum est. Cùm enim corrupto creetur semine, non insuper ex nostro creatur, sed alieno: quẽadmodum quod excrementis constiterit, vt quod ex stercore. Omnia vero huiuscemodi ex corrupto creari semine hinc indicatur, quòd ex nõ corrupto creari tale natura statuit, quale illud est, de quo semẽ genitale prodierit: exempli gratia, si de equo equus, si de homine homo. Nec semen magnificamus ipsum, nec aliqd, quod inter generandum confici solitum est. tunc enim humor, & corpulentia quędam, & caro cõsistunt, quorum nihil nobile est: quoniam nondum naturam obtinent destinatã, sed eatenus naturam attingunt, quatenus ita se habeãt, vt ex illis tale creari possit, quale nos sumus, modo seruentur. corruptis autem nihil tale enasci põt. Causa est hæc, cur nec alia ex re nostri corporis, nec ex semine ipso corrupto, aut imperfecto, plẽ nostrã oriri arbitremur

15 Cur minus in aqua homines concumbere queũt? An q res nulla in aqua liquescere potest, quæ ab igne liquefieri apta est, ceu plumbum, aut cæra. semen autẽ hominis igne plane liquescere videmus: haud enim prius fluere incipit, quàm per attritum recaleat. Pisces tamen sine attritu coire fatendum est.

16 Qua de causa res omnium suauissima concubitus est? Et vtrum necessitate impellãtur ad concumbendum animantes, an rei cuiuspiam gratia genus hoc libidinis datum est? An suauissime quidem concũbimus, quoniam aut toto ex corpore semen profluit, vt aliqui volunt, aut quia quamuis non toto ex corpore, tamen per eam partem se promit, in quam meatus omnes, venęq; omnes applicentur, & coeant. Cùm igitur voluptas similis in libidine, atq; i prurigine sit, efficitur pariter, vt corp⁹ gestiat vniuersum. Prurigo enim secessio humoris spirituosi inclusi contra naturam est: & genituram vero secessionem humoris eiusmodi esse ad rẽ naturalem cõstat. Suauis autem tum ex necessitate, tum rei cuiuspiam gratia concubitus est. Ex necessitate, inquam, quòd via omnis pertinens ad rem naturalem suauis est, si modo à sensu percipi queat. Rei vero cuiuspiã gratia est, vt ortus sit animantiũ ppetuus. facit. n. voluptas, vt animantes ad coitum ardentius excitent.

17 Cui venus immodica morbis pituitę nonnullis commoda est? An quoniam excremẽti quidam exitus est, ita vt multum vacantis materiæ cum semine detrahi possit: pituitam autem excrementum esse nulli dubium est.

18 Cur res venerea ventrem refrigerat, & siccat? An refrigerat, quoniam calor in concumbendo excernitur. & siccare quidẽ coitus venereus potest: quippe cùm euaporari, dũ calor exit, necesse sit: exit autem, cùm refrigeratur. Adde etiam, q teruor coeundi siccare nimium potest.

19 Cur salaces hi sunt, quibus pili palpebrarũ deflũnt? An ob id ipsum, quo etiam calui: sunt enim hęc ambo partes rei eiusdem. Qui cutis autem expilis congenitus ętate iam prouecta non crescunt, hi omnes decidunt liodinis vsu imoderato. Capillus. n. et supercilii, et ciliũ genere congeniti pili continentur, exq; his supercilia tantum nonnullis ætate prouectis obdensantur. Quod cur ita sit, alibi rationem attulimus. Reliqua autem vtraq; genera eadem illa de causa deficiunt, quòd partes superiores sanguinis parum obtinentes libido refrigerat. Ita enim efficit, vt locus hic alimentum concoquere non possit: cùm autem pili alimento caruerint, defluãt necesse est.

20 Quam ob causam qui mingẽdi desyderio tenẽtur, concumbere nequeunt? At q meatus implent. quod aũt plenũ humoris est, id nullum præterea humorem põt suscipere.

21 Cur gignendi facultas ijs tollit, qui à varicibus tenentur, siue homo, siue aliquid ex cæterorum animantium numero est? An q varix flatu translato fieri solet, quocirca in virilis arteriæ translato fieri solet, quocirca in virilis arteriæ habilis accommoda est. fit autẽ concubitus quoq;, cũ flatus excursu. quam ob rem, si impetus ille agitur, cũ varix exercet, semen non insuper excitatur, sed refrigeratur, fit igitur inde, vt penis tenuigo emarcescat.

22 Quare qui concumbunt, resoluti, atq; languore magna ex parte solẽt? An quòd semẽ omni ex parte corporis secretio est: itaque vt ædificij constructio, sic corporis compactio quatitur, dum semen decedit, quasi sanguinis multũ, aut aliqua pars alia decedat. ita quod exij, peropportunum est, & quod exiguum ex multo alimento conficiatur, quemadmodum amylum ex farina.

23 Cur ijs, qui concumbunt, si desyderio mingendi tenentur, penis intendi vehementius potest? An quòd foramina plena redduntur

humoris,ſemen per anguſta ſe promens,molem efficit ampliorẽ, atq; extollit: penis etenim ad ipſos meatus eſt poſitus.

24 Quã ob cauſam tentigo,et amplificatio penis illa exiſtere poſsit? An duplex cã ẽ. Vna, q̃ pond⁹ vrgens poſt teſtes facit;vt penis erigatur: teſtes enim vicem fulmenti vectorij capiunt. Altera,quòd foramina ſpiritu admiſſo implẽtur, ita vt genitale membrum intumeſcat,atq; ſe erigat. An humor auctus, translatusq; facit,vt moles amplior redundet:penis tamen, qui mẽſura inſigni adoleuerit, minus ſe patitur efferri:fit enim ,vt ita pondus à fulmento vectis remotius maneat.

25 Qua de cauſa qui rẽ agunt veneream , aut qui ea ætate ſunt, quæ ſufficiat veneri, male olent, virusq; hirci reddũt: pueri autem non ita olent? An ſpiritus puerorum (vt dictum iam eſt) humorem , ſudoremq; concoquere poteſt: virorum autem nequit.

26 Cur per ætatem viri minus,mulieres magis cõcumbere valeant? quòd Heſiod⁹ quoq; poeta inquit:

quod poeta inquit ſic ſe habet, monuit:

» Fœmineo venus eſt vſu magis effera ſexu:
» Mitior illa viris,& ſæpe accita relanguet.

Vtrum q̃ teſtes eo tempore magis demittuntur,& flaccent,q̃ per hyemem,cùm qui concubiturus eſt,retrahat, ac ſuſcipiat illos,neceſſe ſit. An quoniã naturæ calidæ præ nimio calore æſtiui temporis æſtuant,collabunturq; : frigidæ vero retinentur,& vigent.eſt autem vir calid⁹ et ſiccus , mulier frigida humidaq; : ergo virorum tunc vires infirmantur, mulierum corroborantur, & vigent per compenſationem qualitatis contrarię.

27 Cur nõnulli rem veneream cum voluptate patiantur, & alij vel ipſi agere cupiant , alij pati tantummodo geſtiant? An q̃ excrementis ſingulis locus determinatus à natura eſt , in quem inſtituto ſecerni naturali debeat ſoli citataq; natura ſpiritus excurrens tumorem admouet , excremẽtumq; vnà extrudere ſolet.verbi cauſa,vrinam in veſicam,cibum cõſumptũ in aluum,lachrymam in oculos, mucorem in nares , ſanguinem in venas naturæ deduci placuit : his autem proxime genituræ quoq; in teſtes , et penem deferri cõſtitutum eſt. Quicunq; itaq; meatus habitu ſuo naturali priuantur vel quia obcæcati ſunt , qui ad penem tendant , quod ſpadonibus hiſq; ſimilibus euenit, vel etiã alijs de cauſis,his talis humor in ſedem confluit,quippe qui hãc tranſmeare ſoleat:qd' eius loci contractio in coeũdo & partium ſedi appoſitarum conſumptio indicant.qui ſi admodũ ſemine genitali abundant , excremẽtum illud large in eum locum ſe colligit.Itaq; cùm excitata cupiditas eſt, attritum pars ea deſyderat,in quam confluit excremẽtum.Cupiditas autem excitari tum à cibo , tum ab imaginatione poteſt . Cùm enim alterutra de cauſa libido cõmota eſt , ſpiritus eodem concurrit,& genus id excrementi cõfluit,quo ſecedere notum eſt.Et ſi tenue,ſpiri tuoſum'ue eſt,cùm diffiatum id fuerit,requieſcunt:quemadmodum pueris,& adoleſcentibus interdũ nullo ſecreto humore ceſſare tentigines poſſunt.Sed ſi craſſum,corpulentũq; eſt,niſi extruſo quieſcere nequeunt. Quòd ſi neutrum eorum accidit,cupiunt, quouſq; alterutrum accidat. Quorum vero natura mollis,et fœminea eſt,ita ij cõſtãt, vt genitura vel nulla, vel minima conueniat,quo illorum ſecernitur.qui prædicti natura integra ſunt,ſed ſe in partem ſedis diuertat: quod propterea euenit,quia præter naturæ normam conſtituerunt.Cùm enim mares crearẽtur,ita degenerarunt,vt partem virilem mancam,atq; oblæſam habere cogerẽtur . Læſio autem alia rem omnino corrũpit,alia peruertit, & vitiat. At genus illud corrumpens,vt in his ſit, fieri nõ poteſt:ita enim mulieres , non viri crearẽtur. ergo puerti , citariq; aliorſum q̃ ſecernẽdum natura voluit,neceſſe eſt. Vnde fit,vt inſatiabiles etiam ſint modo mulierum : humor.n. ſolicitans ille exiguus eſt , nec quicq; ſe promere conatur,refrigeraturq; celeriter.Quib⁹ itaq; ſedem humor ex toto adiuit , ij pati tantummodo auent : quibus autẽ in vtranq; partem ſeſe diſpertijt,ij & agere, & pati concipiunt:idq; amplius,quo tandem plenius fluxerit.Sed ſunt, quibus vel ex conſuetudine affectus hic accidat.fit enim,vt tam geſtiãt,quàm cùm agunt , vtq; genituram nihilominus ita emittere valeãt . Ergo agere cupiunt, quibus hæc ipſa vſu euenerunt.et conſuetudo magis veluti in naturam idcirco illis euadit , quibus non ante pubem,ſed in ea vitium patiendi inualuit,quoniam his recordatio rei,cùm deſyderant,oritur. Vnà autem cum recordatione geſtiens exultat voluptas : deſyderant autem perinde ac nati ad patiendum . Magna igitur parte,vel ob conſuetudinem res exiſtit. ſed ſi accidat,ut idem & falax,& mollis ſit,lõge expeditius hęc oĩa euenire poſſe putandum eſt.

28 Cur homines rem agere veneream cupiẽtes confiteri ſe cupere maxime pudet:bibendi, aut edendi , aut aliquid eiuſmodi faciendi deſyderio cùm teneantur , confiteri non pudet: An q̃ rerum plurimarum cupiditates neceſſariæ ſunt,& nonnullæ niſi expleantur,interimũt. Rei autem veneręæ libido ſuperfluit, & abundantiæ index eſt.

Cur

29 Cur viri per hyemem,mulieres per æſtatẽ rei venereę appetẽtiores ſunt? An quòd viris calidior natura,& ſiccior eſt : mulieribus autem humida ,frigidaq;. Quã ob rem illis humor,et calor ſatis cupiditatẽ veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus rebus ſemen oriri certum eſt . mulieribus aũt & calor minor,& humor concretus,ꝓpter caloris ĩopiam tunc eſt. At per æſtatem contra mulieribus calor modicus,viris largior q̃ ſatis ſit : nimius enim vires frangit,atq; diſſoluit. Quapropter pueri quoq; per æſtatẽ tenuiores reddunt:incidit.n.vt ignis igni cõiungatur.

30 Cur quibus natura calida eſt,ſi modo robuſti,pleniq; ſint,niſi concumbant,ijs ſæpe bilis proſiſtit,et aluus amara ſecedit,et pituita ſalſa conficitur,& color corporis immutatur? An q̃ ſemper cum ſemine vnà excrementi aliqd exit. Vnde etiam nonnullorum excrementis abundantium, genitura lauamẽtum piſcium redolet:igitur excrementum quoq; illud concumbenti decedit: itaq; nihil eſt , quod poſsit affligere .abſtinẽti autem mariet,& amarum, ſalſum'ue redditur.

31 Cur libidinoſi ſunt,qui melancholici? An q̃ flatu redundant: ſemen autem deceſsio flatus eſt:ergo quibus idipſum amplificatũ,hos ſæpe purgari appetere neceſſe eſt: ſic enim efficitur,vt leuentur.

32 Cur aues, & piloſi homines libidine vehementer agũtur ? Vtrum q̃ multum humoris continẽt . An non ea ratio eſt:fœmina enim, quæ humida eſt,pilis vacat: ſed potius q̃ genus illud vtrunq; naturę multi humoris concoquens propter caloris copiã eſt. Indicio pilus eſt,atq; penna. An quòd & multum ineſt humoris, & id à calore ſuperatur . neq; enim ſi multum non eſſet humoris,neq; ſi non à calore vincereẽ, pennæ auibus, pili hominibus poſſent vnquã oriri.ſemẽ aũt vel loci,ac temporis portione , vel ratione creari plurimum poteſt,vt in aere, vt in vere : nam eius natura calida ,& humida eſt .Fit etiam ratione communi , vt aues ,& claudi homines ſallaces nimirum ſint. alimẽtum enim vtriuſq; ſeorſum quidẽ exiguum profluit propter vitium cruris:in ſublime vero affatim effertur,atq; in ſemen conuertitur.

33 Cur homini,cùm concumbit, oculi potiſſimum infirmantur ? An quòd humore deficiẽte id accidit. Argumentum vero frigidam eſſe genituram, quòd humida nunquam redditur,niſi caleſiat, nec vllam deſyderat liquefactionem: quandoquidẽ per vniuerſum corpus expaſſa eſt,quemadmodum ſanguis.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO QVINTA:

Eorum , quæ ad laborem pertinent: cuius quæſtiones , XXXVIII.

1 VRambulationes prolixæ quidem p plana laborioſiores ſunt, quàm per incompta : breues autem leuiores? An q̃ membra tũ à multo,tum à vehemente motu frangantur.eſt autem vehemens, qui paſſim per loca inæqualia agitur: multus vero,q̃ continens,vnuſq; eſt. Locis igitur inæqualibus tametſi longa motio acta eſt:tamẽ requiẽ mutatio pſtat,facitq; vt longa non ſit,ne ipſorum quidẽ equorũ propter mutationem. Planis autem habitus ſimilitudo , & paritas nihil interpellat,nec membris ullam præſtat quiẽtem,ſed efficit,vt mouendi ratio continuetur. At vero ſi breuis ſit, nimietas quidem motus nulla in planis fatigabit: accliuibus aũt, quoniam immutatio vehemens,& contraria corpus modo ſurſum,modo deorſum vexat,fatigetur neceſſe eſt. Talis vero mot⁹, vt dictum eſt,q̃ per ardua agitur:cõtrarius,q̃ per plana.

2 Quam ob cauſam qui animo deficiunt,& qui prę nimio excitandi labore diſſoluuntur, mole corporis contractiore exiſtunt , vocẽq; reddere acutiorem putantur? An quia voces minores mittuntur,ideo acutiores eſſe videntur.Argumẽtum,quòd qui clamantes à longe imitantur,acute proferunt . Moles autem corporũ minores idcirco reddunt.q̃ ſanguis à ſummis corporis partibus ſe vocat ad imas.

3 Cur venter tantummodo extenuatur eorum,qui ſe exercitationi dederunt? An quoniam venter pingue amplectitur plurimum .

4 Cur pingue eorum abſumitur, qui ſe laboribus dedunt:caro autem nullatenus emaceratur? An quoniam pingue cõcalefactum liqueſcit:quod carni non euenit. motio autem concalefacit .

5 Cur venter opimus admodum eſſe ſoleat? Vtrum quòd cibo propinquus eſt: dumq; cętera membra ex ventre hauriũt,venter ipſe ſibi ſæpius ingerit.An quoniam minime venter laborat:flexibus.n. huc nullis contorqueẽ.

6 Cur melius fatigationes tũ ceſſant,cũ quis ex aqua oleo pmiſta ſe pfricuit? An quoniam oleũ magis ſubire cum aqua poteſt , quàm ſi per ſeipſum eſt: ducitur .n. ſuapte natura,vt innatet,& fluitet.vbi aũt ſubijt,corpus ſubinde amplius emollitur.An quia oleum natura calidum eſt: calidum autem quodq; & ſiccat,

& indurat. at membris fatigatis, siccitas, & duri-
ties incommodæ omnino sunt: mistum igi-
tur aquæ eo plus iuuat, quo minus siccat.

7 Cur lassis corporibus euomendum præci-
pue, cùm tamen vomitus sit laboriosus? An
ꝙ lassitudo collisis ossibus, aut pssatis, aut fati-
gatis consequi soleat: quos quidem effectus
patiuntur extrinsecus, aut intrinsecus: idꝙ bi-
fariam: aut. n. cùm copia carnis vires exupera-
uit ossium, aut cùm frequens corpus se cæte-
ro corpori miscuit, quo locū sibi obtinere ap-
te non possit: quale genus excrementorum
est. Pondera enim quæcunꝙ extrinsecus cor-
pori applicētur, laboriosiora sunt, quàm ipsa
corporis mẽbra, etiam si pondere leuiora illis
esse contigerit. Argumentū, ꝙ qui plus ęquo
vel ederint, vel biberint, hi minus quamuis la-
borarint, ꝙ ieiuni, grauius tamen fatigantur:
quoniã cibus locum suum non obtinet, vtpo-
te qui adhuc maneat crudus. Cùm aũt fatiga-
tio maceret, atꝙ colliquefaciat: colliquamen-
tum aũt non nisi excrementum sit: hoc est, qd
lassitudinem mouet, dum temere vagatur, oc-
cursatꝙ ossibus, & neruis, & intimis carnis,
quæ rara, soluta, patefactaꝙ substant. Vomi-
tus igit cùm id extrudat, quod fatigationem
inducit, merito hominem recreat, liberatꝙ à
lassitudine: corpus. n. quale principio fuerit,
tale restituit. Elaxat autẽ vomitus, non nimi
motus ratione, sed si ita fuerit, vt nõ plene a-
gatur. Copia. n. ciborum, quæ in vẽtriculo re-
manserit, & excrementa, quæ his incidant ci-
bis, faciũt, vt lassitudo vomitum consequat,
quẽadmodum in corporibus nimium imple-
tis dictum iam est. Quòd si nec illis causam las-
sescẽdi labor inferat, sed cùm ita sese haberẽt,
laborarint, nec ijs qui nõ totum cibum eicce-
rint, vomitus causa foret lassescendi. Nam si
hoc esset, haud erat, ꝙ non omnibus euomen-
tib⁹ lassitudo incideret: nunc vero multi post,
vbi euomuerunt, alacriores certe reddũtur.

8 Cur laboriosius brachio est inanem iactas-
se manum, quàm cum lapide? An quòd ina-
ni tractura brachium quasi conuellitur vehe-
mentius: nulla enim in re nititur, quemad-
modum cùm mittit, missili obdito, fulcire se
potest. Huic proxime saltãs quoꝙ ponduscu-
lis susceptis innititur. Et qui currit, manus ob-
quatiens, se sustentat. Quam ob rem ille plus
profilit, halteres tenens, quàm non tenens:
hic velocius currit, manus obquatiens, quàm
non obquatiens.

9 Quam ob causam cursus velox tam in ho-
minum genere, quàm in cæterorum anima-
tium facit, vt capita à morbo tententur: quan
quam cursus vnusquisꝙ detrahere ad image
nus omne excremẽtorum putatur, vt ambu-
latio. quapropter crura eorum implẽtur, qui
nimium ambulant, quoniam de parte supe-
riori ad imam labitur, & alimentum omne, &
excrementum. An motus quidem vbiꝙ age
re idem potest. Verum motus velox, cùm vi-
res intendit, & spiritum retinet, caput conca-
lefacit, eiusꝙ venas nimirũ inflat, & attrahen
tes redit facultatis externæ, vt trigoris, vt ca-
loris. adde quæ in pectore continentur: nam
ea quoꝙ attrahi, resorberiꝙ inde credẽdum
est. Quibus rebus admissis, locum ægrotare
illum necesse est.

Cur locis æqualib⁹, quàm inæqualib⁹ ma-
gis fatigatur: ocyus autem iter æquale, quàm
inæquale conficitur? An minus laboris tunc
est, cùm motus non semper eodem habitu a-
gitur, quod ingressu inæquali potius fit: ocy-
us enim ingredimur, vbi minus contra natu-
ram mouemur. Ergo per locũ æqualem par-
ce, atꝙ frequẽter & ponitur, & attollitur, per
inæqualem autem contra. Atqui ratio attol-
lendi contra naturam est: vi nanꝙ omnem at
tollendi vsum exequimur. Quod autem per
singulos gradus paulum redditur, id multũ
per multos demum exultat.

Cur in planis laboriosius accubamus, quã
in concauis? An eadem ratio est, cur etiam in
conuexis laboriosius, quàm planis. Cùm. n.
pondus corporis se eundem in locum, in se-
dendo, accubãdoue colligit, facit per afflicta-
tionem, vt laboretur. Incuruum igitur quàm
rectum, idꝙ quàm concauũ magis tale se ex-
hibet: nostrũ etenim corpus in orbem se colli
git potius, quàm dirigat in processum. quæ
autem eiusmodi sunt, hæc per plura attingun
tur à concauis, ꝙ à planis. His eisdem de cau
sis etiã fit, vt quæ cedunt, minus ꝙ dura, & re
tinẽtia fatigent, & in accubãdo, & in sedẽdo.

Cur breues deãbulationes fatigationẽ mo-
uere amplius soleãt? An qa euariant, incom-
pteque sunt: faciũt. n. vt sæpe subsistaũ. De cõ
trario autẽ in contrariũ frequenter mutari la-
boriosum est: neutri nãꝙ assuescere sinit. quę
qdem assuescendi ratio vacat fatigatione. vtri
que aũt simul vt assuescas, fieri non potest.

Cur qui equo vehũtur, quo longius equ⁹
decurrerit, eo magis emittere lachrymas so-
lent: Vtrũ quoniam aer, ꝙ se obiectat, subin-
de eo frigidior est, quo minus teporis corpus
attigerit: quod ijs etiã euenit, qui cursum nu-
do corpore agunt: frigus autem mouere la-
chrymam potest. An contra. res enim calida
lachrimã ciet, velut Sol. mot⁹ aũt nimirũ calo
rẽ efficere põt. An propter ictum illatũ ab aere
illud accidit. quomõ. n. venti aduersi oculos
perturbant

perturbant, sic aer occursans eo magis ferire
potest, quo equus velocius agitatur.

14 Cur cętera membra cùm perfricantur, ple-
niora euadãt, venter autem soleat extenuari?
An perfrictione protinus vehemẽtiore exte-
nuatur, cùm is etiã impleri soleat illa fricandi
ratione, quam paulatim amplificando admo-
uemus. sed non æque proficit, atꝙ caro, qua
de re quæritur: quippe cùm omnino in exer-
citando, laborandoꝙ venter præcipue exte-
nuetur. Ratio igitur, quòd opima quæꝙ con
calefacta liquescunt, & ea magis, quæ intensa
suapte natura sunt: vẽter aũt cuteus est, cutis
vero sua natura tensionẽ habet. Sed. n. ꝙ ven
ter celerrime opimatur, ideo & pingue aliqd
semper obtinet, nisi morbo laboret. Cui⁹ rei
causam dixerim, ꝙ cibo exvicino positus est.
Cùm igitur omnino pingue res propria natu
rę non sit, sed aduentitium, nec ita necessariũ,
vt caro adhæreat: ideo & exercitandi, & pfri-
candi agitatio ventrẽ concalefaciens, liquefa
cit, & macerat, alimẽtumꝙ, quod inde redun
det, membris cæteris dispertit. quam ob rem
sedile ventrem opimat, reliquum corpus ex
tenuat. motiones vero, perfrictioneſꝙ ven-
trem extenuant, reliquum corpus implent,
& augent.

15 Cur peracto lõgo itinere, aut cursu, si quis
se super summos constiterit digitos, calces pe
dum conquatiunt, proniꝙ deorsum labunt?
An propter continuatum, vehementẽꝙ mo
tum concitati nerui nondum requiescũt. Fit
enim sępe, vt animus euincere corpus totum
possit: membra aũt singula inhibere non pos
sit, vbi se quendam in modum commouere.
non. n. cor, non penem excitum residere ani
mus cogere potest. Ratio aũt rei, quam quæ-
rimus, est, quòd multũ spiritus circa neruos
deuritur, quòd non simul ac substiteris, refri-
gescere potest. Is igitur spiritus cõcutiens, ve
luti subtrahendo suo motu deducit, facitꝙ vt
pars remotissima minime cõtineatur. itaque
calces tremiscunt, quemadmodum imum la-
brum hominis irati.

16 Qua de causa qui nõ concitate admodum
ἰντῷ currũt, numeroſe respirant? Vtrum ꝙ nume
ξυθμῷ rus omnis mensuram certo recipit motu: ta-
lis aũt motus est, qui per æquas agitur portio
nes, quemadmodum agũt, qui currũt leuiter.
Ergo simulatꝙ agere cursum incœperint, re-
spirant ita, vt cùm spiratio per cõpares vices
propter parem metiẽdi motum reddatur, nu
merum siue modulationem possit continua
re. An quòd omnis spirandi ratio compari vi
cissitudine confici soleat, modo quis non reti
neat, sed tenori trahendi à natura determina-
to vtatur. Igitur cùm sedemus, aut ambula-
mus, quòd motus corporis mediocris est, nu
merus palàm non fieri potest. cùm item cur-
sum concitatè agimus, ꝙ sensus consequi mo
tum nequeat, numerum percipere respirãdi
haudquaꝙ valemus. At cũ mediocriter nos-
metipsi concitemus, motus ipse mediocris modũ
respirandi sensibilem præstans, explicare nu
merum potest.

17 Quare inter currendum aer in flatum con-
uerti nobis videatur? Vtrum quoniam dum
per cursum agitamur, aerem corporibus no-
stris continentẽ excitamus, quod non nisi fla
tum mouere profecto est. quocirca non solũ
videtur, sed etiam vero in flatum aer cõuertiꝫ.
An ꝙ in currendo aerem impetu nostro vio-
lentius: quo facto, sensu aeris per motũ magis
afficiamur. ergo recte in flatũ aer se conuerte
re videat: hoc. n. ratione impet⁹ põt euenire.

18 Quam ob rem currentes potius cadimus,
quàm ambulantes? An quòd magis, quàm
moueamur, attollimus. hoc enim inter cursum,
& ambulationem interest.

19 Cur ascendentes genibus, descendentes se
moribus elaboramus? An quoniã dum ascẽ-
dimus, corpus sursum iactamus? distensio- distensioque corporis, & agendus multa fit,
nemꝙ corporis, genuũꝙ mouemus ex quo
genibus laborandum est. procliuis aũt locis,
eo femoribus laboratur, ꝙ ijs ipsis enixi cru-
ra submouemus. Ad hęc omne, quod præter
naturam fit, laborẽ, doloremꝙ mouet. est aũt
secundum naturam genibus, vt ante flectan-
tur: femoribus aũt, vt retro. at locis acclíuis ge
nua retro flectuntur, nam inniti, firmariꝙ vo
lumus: procliuis aũt femora ante coguntur, cor
pus. n. se pronum, propensumꝙ ita defert.

Cur in itinere media femoris parte potissi-
mũ fatigari solemus? An ꝙ longi cuiusꝙ, atꝙ
continui pars potissimũ media laborat, cùm
scilicet stabilitũ, fixumꝙ manet: quam ob rẽ
hæc præcipue rumpitur: femur autẽ tale est.
ergo partem potissimum mediã eius fatiga-
re merito solemus.

21 Quam ob causam qui humida cõstant na-
turã, facile à labore, æstuꝙ strangulãtur? An
quòd humor cõcalefactus transit in aera, ita-
que acrius vrit. ergo cùm ob nimietatẽ facul-
tas submouendi non datur, refrigeratio nul-
la subsequitur, atꝙ ita celeriter homo calore
insito, & aduentitio exardescit. Quapropter
sudor, spiritusꝙ secessio eos iuuant, qui se e-
xercent, qui denique laboribus se dederunt.
Cùm enim humor discernitur, atꝙ extenua
tur, spiritum inde enasci necessarium est.

22 Quare corpora, quę modice constant, tem
perataꝙ sunt, in morbum sæpius incidũt, &

facilius curantur? An vtrunq; eadem de causa euenit. est enim æquabile, quod modicum est: quod autẽ æquabile, id compatibilius est. quam ob rem si qua eius pars laborauit, protinus totum collaborat. Immodicũ autem cõtra, vtpote q̃ seiunctius sit, partiũ suarum vitia minus haurit, minusq; consentiens est. Ergo sæpius id in morbũ hac de causa incidit. facilius aũt curatur, quoniã malum partiũ commune omniũ est: eo nanq; debilius redditur, quo se in plura digesserit: itaq; curabilius est. Immodicum vero illud, vt q̃ rem cõmunem cum partibus nõ habeat, minus quidẽ ægrotat, sed difficilius curatur, quoniam malum vehementius vrget.

23 Cur æqualibus, quàm inæqualib⁹ locis magis fatigari solemus: ocyus aũt iter æquale, q̃ inequale expedimus? An q̃ minus laboris tũ est, cùm non assidue habitu eodẽ mouemur, quẽadmodum ingressu æquabili potius agitur: ocyus verò ingredimur, cùm vbi minus pari tempore attollimus. Ergo p locũ æqualẽ vsus attollendi exiguus est, atq; frequẽs: per inæqualem autẽ è contrario. Quod vero per singulos gradus paulum redditur, multum id per multos demum exultat.

24 Cur femora in descendendo, tibię in ascendendo laborant? An labor in ascendẽdo est, qua corpus attollitur: fit.n. vt totum corpus nobis oneri sit. Itaq; cui totũ incũbit, & quo totum attollitur, id præcipue premitur, atq; laborat: hoc aũt tibia est. postremam.n. hęc longitudinem tenet, nec modo pedis latitudinẽ aliquã sortitur. vnde fit, vt hoc min⁹ se valeat stabilire. Itaq; vt humeris, ita tibijs pondus sustinemus, laborẽq; ob eam rẽ, quo humerus maxime affici solet, tibia quoq; patiat̃, necesse est. At in descendendo, quoniã corpus deorsum se defert, propellitq; cõtra naturam, hinc labor, & vexãdi ratio prouenit: itaq; laborem huic præcipue admouet, cui incũbit, quodq; vexat. At qui tibia manet, thorax ponderi est, femur sustinet atq; vacillat, eo quòd & porrectum in longitudinem est, & superne versatur, qua scilicet thorax procumbit.

Cur iter longius tũ esse videtur, cùm ignari 25 quantum sit ambulamus, quàm cùm gnari, si modo res cæteræ pares adsint? An quòd nosse quantum sit, non nisi nosse eius numerum est, remq; non determinatã pluris quàm determinatam esse ꝓspectum est. Ergo quemadmodum, si nosti quantum sit, finitum id esse necesse est: sic etiã si ignoras, quasi reciprocetur, animus cauillatus oberrat, infinitumq; id esse videtur, quod finitum est. Quam ob rẽ si quãtum quodlibet determinatum non esse putetur, velut infinitũ id esse videbitur, eo q̃ aptum est, vt sit determinatum. at si determinatum non sit, infinitum est: ergo id quoque infinitũ quodãmodo videri necesse est, quod determinatum esse nequaquam videt.

Cur femora magis, quàm tibię fatiganturꝰ 26 Vtrum q̃ prope absunt ab ea parte, quæ excrementum continet. itaq; vbi ea pars agitata nimiũ recaluerit, femora expeditius ac plenius attrahere possunt, quàm tibię. An quòd femora continentiore constant natura: laboratur.n. præcipuè propter continui distractionem: quippe cùm etsi nullo excremento substante tensi sumus, tamen femoribus, ac lumbis acrius laboramus. An quomodo inguina per ictum oriri nouimus, propter venarũ & neruorum societatẽ, ita etiam lassitudo potius in femur incumbit: quod quidem ab initio propius abest. An q̃ femur eadẽ habitus ratione fungitur suo munere magis, q̃ tibia: quæ qdem res laboriosior est. An q̃ femora carnis copiã sustinent, itaq; res affatim in his inest quam naturæ rationi tribuimus.

Quam ob causam tubercula, & vlcera nõ 27 nullis ex labore prouenium? An corpore impuro motus concalefaciens, excrementa alia etiam cum sudore vaporatim destringit, quę crassa & humore prauo, hoc est acuto, aut amaro, aut salso cõtenta, secerni penitus suam ob concretionem non queunt: itaq; per carnem intumescunt, atq; exulcerantur propter amari humoris violentiam.

Cur non protinus ab exercitatione, aut à 28 medicamẽto epoto cibus assumi debeat? An q̃ adhuc corpus purgatur, nec dum à labore quiescit, excrementaq; excita redundant.

Quam ob rem currere, q̃ ambulare difficilius est? An q̃ plus oneris fert qui currit: is.n. elatus, ac pendens, onus super se totum sustinet. At qui ambulat, parte insistente vicissim sustentat̃, quasi pariete admotus requiescat. 29

Cur non protinus ab exercitatione esurire 30 incipimus? Vtrum propter colliquefactionis residua, dum penitus concoquatur. An propter spiritum, quem labor ex humore subdito mouet. An propter sitim, quam laboris calor inducit. hæc enim accidunt omnia.

Cur genitura in somnis ijs profluere solet, 31 qui aut labore lassescunt, aut tabe consumuntur? An q̃ omnino ita incõtinentes sunt, q̃ natura calida & humida constant: semẽ.n. tale natura est. Quod autẽ tale est, ex ijs, q̃ tali habitu sunt, potissimũ profluit, cùm calor somni accesserit. quippe cùm corpora tantisper * exiguum momentum desyderent, id q̃ intrinsecus, non extrinsecus. Lassi aũt, & tabescentes ita

I nocte pollu untur.

* exigua pr penitione q geant, eap

ita affecti sunt. redundãt enim, & elassati colliquamentis calidis propter fatigationem, & motum, & tabefacti propter distillatione m, & calorem, quem inflammatio mouet.

Quam ob causam crus suum siniſtrũ diu- 32 tius perfricare cuiq; difficilius est, q̃ dextrũ? An q̃ parte dextra laborarẽ valemus: rebus autem præter naturam proficiscentibus, an numeranda cruris siniſtri frictio est: fit enim dextra transuersa in partem obiectam. Quæ autem præter naturam fiunt, hæc factu sunt difficilia. Siniſtra vero manu partẽ perfricando dextram, nil tale percipimus: quoniã hæc neutram in partem apta potensq; est.

Cur breues deambulatiões laboriosiores 33 sunt? An quòd crebro subsistimus, neque æquabili incessu mouemur, cùm flectimus: quod certe laboriosum est.

Cur in Sole cùm stamus, amplius recale- 34 scimus, q̃ cum mouemur: cùm tamẽ motus omnis vim calefactoriam habeat? An nõ omne mouẽdi genus calefacit, sed est etiã quod refrigeret. quod etiam in ollis feruẽtibus patet, quoties eas afflamus, aut versamus. An quia cùm stamus calor permanet: is aũt cùm permanet, amplius calefacit, q̃ cũ mouetur. Corpus etenim nostrum vaporẽ de se quendam mittit assidue tepidum, qui proximum aerem tepefacit, quẽadmodum initio. Cùm igitur quiescimus, aer nos circũfundens, calidus ob prædictam causam redditur. At cùm mouemur, flatus excitat̃, qui refrigerare nos potest. flatus enim quisq; frigidus est.

Quam ob causam qui equo currunt, quo 35 contentius cursum arripit equus, eo magis lachrymas mittunt: & qui pedibus, eo magis, quo intenderint vehementius? Vtrum quoniam aer occurſans frigidus est. frigus enim lachrymas mouet, quippe q̃ cõtrahẽdo, condensandoq; carnem, humorẽ exprimat? An potius contra. calor enim sudorem elicit: lachryma autem sudor quidã est. quapropter à concalefactione vtrunq; mouetur, & sudor, & lachryma, falsaq; pariter ambo sentiuntur? calorem autẽ efficere motus potest. An propter aeris ictũ. quomodo enim flatus aduersi oculos perturbant, ita etiam aer, qui se obiectat, quò quis contentius equum agitat, aut ipse currit, eò magis ictu quodã molli obuerberat, & ferit. quo fit vt se lachrymæ promãt, scilicet meatibus oculorum relaxatis appulsu eiusmodi. Ois etenim ictus vim aut secandi habet, aut collidendi, & contundendi.

Quam ob rem qui cursum concitate agũt, 36 conuulsis maxime corripiantur, vbi quis inter currendum eis substiterit? An q̃ ea potissimum diuelluntur, quæ in partem contrariam vehementer trahimus, atq; mouemus. Cùm igitur homini currenti, vehementerq; membra vltra propellenti, quis obuiã factus obstiterit, accidit vt in partem retorqueantur contrariam, quæ adhuc ante pertẽdunt, atq; propiciunt. Itaq; diuulsio eo vehemẽtior incidit, quo cursus contentius agitur.

Cur ambulationes minus laboriosæ sunt, 37 quæ inæquales, q̃ quæ rectæ aguntur? An q̃ elatio erecta ſm naturã corporis vniuersi est. ideo ambulationes, quas loca æquabilia præstant, laboriosiores, q̃ inæquabiles sunt, q̃ in easdem partes laborem admouẽt, quod inæquales id æ non faciunt: dispertiunt enim magis in oẽs corporis partes. Calidis vero temporibus arctæ ambulationes plus valent, q̃ frigidis: quippe quæ partibus externis laboris plus afferant, & quidem sudorem obtem rem euocando extenuent. Frigidis contra carnem reddũt constantiorẽ, et stomachum excitent; iborumq; faciunt auidiorem. Partibus enim internis calorem augent, mẽbrisq; ad frigoris appulsum torpentibus, locũ intimum calore amplificato efficacius purgant. Carnem vero solidiorẽ efficiunt, vt quæ per eam vniuersam nequeant superare. Acclines etiam ambulationes laboriosiores sunt, q̃ declines, magisq; extenuant. Faciunt.n. acclues. vt lumbi potissimũ laborent, declues vt femora: pondus.n. totum femoribus incumbens grauissime premit: quod item, cũ præter naturam sursum efferri à calore cogat̃, maiorem in modum calefacit. Itaq; efficitur, vt arduum ambulãdi genus sudores moueat, spiritum suspendendo extenuet, lumbis dolorem infligat: crura.n. magna cum difficultate se in sublime recipiunt, lũbos inflectunt, frangunt, euellunt: quibus de causis labor præcipuus sequatur necesse est. Locis aũt duris, ac renitentibus habitę ambulationes musculos, & neruos crurium effatigãt: quippe quę con- * tendines tentiones tam neruis q̃ musculis moueant, cùm enixu agantur violento. Mollibus vero & cedẽtibus locis facta ambulatione, articuli potissimũ sentiunt. flexus enim articulorum percrebrescit, cùm solum succumbat, dilabatur, & cedat. Eadem autem quæstio est.

Cur locis ardui⁹ difficilius ambulemus? 38 An quoniã omnis ingressus attollẽtia, & posi- * limis tione conficit. attollere igitur præter naturã est, ponere ſm naturã, proponere medium tenet. In ambulando autem locis arduis, multũ sortis illius auersæ à natura, q̃ dubio est.

Quare qui cursum ex quo arripiũt minus 39 decidunt? An q̃ magis cauent, q̃ timent. * timent, magis cauent.

Artificiis

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO SEXTA:

Eorum, quæ ad sessionem, aecubitum, & habitum corporis pertinent:

cuius quæstiones .VII.

1 VT sedile alios impleat, alios exteniuet? Vtrum habitus corporum distent inter sese, vt alij calidi, alij frigidi sint. ergo si ita est, calidi implentur: cibũ enim corpus vi sui caloris exuperat. frigidi autem, quod aduentitium calorem desyderãt, quem ex mouendi ratione potissimum corpus acquirit, cõcoquere nequeunt, dũ quiescũt. An φ alij excrementis redundant, & ob eã rem motum, qui ea consumat, desyderãt, alij nõ.

2 Cur partes corporis distẽdendę sint, quod qui se exercitant, facere consueuerunt. An φ meatus spiritu suo perpurgari oporteat.

3 Cur inflexo corpore cubare melius est, qđ etiam Medici plerique præcipiunt? An φ venter cùm recalescit, cõcoquere celerius potest: sic autem fit, vt recaleat. Ad hæc, locum flatibus dare, in quem incumbant, & innitantur oportet: ita enim minime infestabũt. hinc. n. & varices, & cæteri abscessus iuuant, φ vẽtriculos continent, in quibus flatum recipere queunt. Ergo corpore extento, cauerna nulla eiusmodi adigi potest: locum etenim omnem viscera occupant. inflexo autem, singula laxantur, & sinuantur.

4 Cur vertigo surgenti potius accidat, q̃ sedenti? An quoniam quiescenti humor uniuersus vnum in membrum se colligit: ex quo cruda etiam oua nequeũt circũuerti, sed protinus decidunt: mouẽti autem humor se q̃que expãdit. Surgimus igitur à quiete, qua ita affecti sumus: sedemus vero à motu, quo humor q̃uabili modo quaq; versus se porrigit.

5 Quam ob causam cùm parte corporis dextra cubamus, somnus magis accedit? Vtrũ φ vigilantes contra, q̃ dormientes habemus. ergo cũ vigilando parte accubemus sinistra, contrariũ sequetur in dormiendo, initio, cùm id contrarium sit. An φ somnus priuatio motionis est partes igitur, quarum mouere interest, quiescãt oportet: dextrarum autem partium mouere interest. Cùm autem ita accubamus, velut initium quoddam resurgendi detentum, obligatum q; habemus.

6 Cur torpeamus, & cur manus potissimũ, & pedes? An quod torpor refrigeratio est: fit enim propter sanguinis priuationem, transiationemq;. Manus autẽ, & pedes, omnium maxime partium carnis inopes, nerui vberes sunt, sed præcipue pedes. itaq; ad refrigerationem celerem sua natura nimirum habiles redduntur.

7 Cur libẽter in latus accubamus sinistrum, in dextrum autẽ potius dormimus? Vtrum quoniam conuersi ad lucem, minus dormire possumus, somnus enim in tenebris ocyus obrepit. An φ dum in latus accubamus sinistrum, vigilare magna ex parte cõsueuimus, & operum functio sic nobis expeditior est. Itaq; ad contrarium opus cõtrarius habitus, siue situs requiritur. inuitatur autem quisque magis ad opus fungẽdum habitus sui rõne.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO SEPTIMA:

Eorũ, quæ ad consensum naturæ animantiũ pertinent:

cuius quæstiones .V.

1 VT à morbis nonnullis ægrotãt, qui appropinquarint, à sanitate nemo sanari põt? An quoniam morbus motio est, sanitas autem quies: ergo ille mouere potest, hæc non potest. An φ alterum non voluntarie, alterum voluntarie accidit: res autẽ non voluntariæ à voluntarijs, consultisq; pluriꝫ mum differunt.

In duab⁹ sequentib⁹ sectionibus in quæstionum numero, ac ordine Græcus codex à Latino valde dissentit.

2 Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus: & cùm mingentem quempiã videmus, ad mingendum mouemur? quod iumentis præcipue accidit. An propter memoriã: mouemur enim ea ipsa parte, quoties meminerimus. hominibus tamen, quia sensu præditi sunt faciliori, statim vbi viderint, euenit, vt moueantur, reminiscanturq;: iumẽtis autem vidisse nõ satis est, sed alio quoq; sensu opus est. Quamobrem addito etiam olfactu, mouentur: quoniã sensus hic in brutis mobilior est. Vnde fit, vt eodem in loco sequentia mingãt omnia, quo primum eminxerit. tũ enim præcipue mouentur, cùm olfaciunt: olfaciũt autem, posteaquam appropinquarunt.

3 Quam ob rem cùm secari quempiam, aut vri, aut torqueri, aut aliqua re tetra affici videmus, animo vicem eius doleamus? An φ omnium cõmunis natura humana est. ignoscimus ergo, cùm tale quippiã inspeximus, propter naturæ consortionem, & familiaritatem. An quomodo nares, & aures delibatio-

nes

nes quasdam rerum obductarum pro sua facultate concipiunt, sic etiam aspectus afficitur, & à re delectabili, & à tristi.

4 Cur à tabe, & lippitudine, & scabie capiuntur, qui appropinquarint: ab aqua autem intercute, aut febre, aut stupore attonito, aut aliquo ex numero cæterorum malorũ capi nequeunt? An à lippitudine, quoniam oculus pars nostri corporis mobilissima est, cæterarum maxime omnium rei sibi obiectę similis reddi potest, quippe qui facile moueatur ab eo quod moueat: itaq; fit, vt cũ perturbatum obspicit oculum, facile ipse etiã perturbetur. Talis autem contagio ideo fit, quoniam spiritum vitiat, grauemq; reddit. celerrime autem omnes morbis arripiuntur ijs, qui spiritu corrupto proueniunt, quale est omne pestilens genus: qui autem appropinquarit, talem profecto spiritum trahit, qualem æger ille reddiderit. Aegrotat igitur, quia morbiferum est, quod spiritu trahitur: ab vno autẽ morbum excipit, quoniam vnus ille sic spirat, cæteri secus: eundẽ vero, quia quo ægrotarit, hoc non aliter spirat, q̃ fuerit affectus. Sed scabies magis, q̃ lepra, cæteraq; vitia generis eiusdem, afficere potest: quoniam per summa corporis errat, & humore manat glutinoso: genus nanque prurientium omne tale est. Itaq; idipsum quia per summa orit, glutinosum q; est, nimirum idcirco attingere potest. cætera nequeunt, vel quia non per summa proueniũt, vel quia persistere suam ob siccitatem nõ possunt, quãuis per summam cutem oriantur.

5 Quid est, φ nonnulla ex ijs, quæ auditu tristia nobis occurrunt, vt inhorrescamus, efficiant? vt serra cùm exacuitur, & pumex cùm secatur, lapis cũ mola frangitur. Quæ autem notæ affectionum patent aspectui, hæc: genera affectionũ ipsa in nobis creant? dẽtes enim stupescunt, cùm aliquos rem acidam edentes aspicimus. Et plerique cùm homines laqueo suspendi, vel aliter strangulari viderent, ipsi defecerunt? An φ vox omnis, genusq; omne strependi spiritus est, qui nostrum subiẽs sensum, mouere nos solet: cumq; suum motum vel magnitudine, vel pulsu vehemẽtiore amplificauit, aliquid ex ijs, quæ nostro in corpore latẽt, immutat, & sæpe interimit. Ergo spiritus, qui quãuis magni, lenes tamen adierũt, ij sedem ipsam cõmouent sentiendi, & lætitia ob eam rem nos afficiunt. Asperi autem, quoniam ictum inferunt vehementiorem, sedem vtiq; illam concutiunt, longeq; pro ictus sui facultate se porrigunt: quod idẽ res quoq; frigidæ faciũt. Frigiditas enim vis quædam est: sed hanc horrorem inuehere posse, dictũ iam est. Asperitas vero, φ pulsu frequẽte initium pilorum concutiens, in partem pelli aduersam, efficit, vt pili se erigant. pulso nanq; motio, cacumen pilorum se transferat in partem aduersam, necesse est. itaq; fit, vt pili exurgãt: omnes enim deorsum procumbunt. Et spiritus quoq;, qui per aures corpori se inuinuat, de summis ad ima se defert. Ergo cùm soni, quos modo diximus, asperi sint, horror vtiq; ob causam prædictã moueri potest. Sed euenit, vt cæteris partibus potius, q̃ in capite moueatur: quoniam vt pili partium cæterarũ imbecilliores sunt, sic affectus hic imbecillus occurrit. Cùm vero sensus audiendi, q̃ videndi obtusior sit, affectus quoque hebetiores per summa errant, qui ab eo ipso proficiscuntur. horror autem talis est: quamobrẽ multis, ac varijs cãusis existit. Sensus vidẽdi vero, cùm omnium exquisitissimus certe sit, euẽta quoque ipsa pro sua præstãtia solet ingerere. quo circa efficit, vt ipsi veri affectus proficisci ex eo possint, quãuis vero leuiores. At in sensu audiendi, vt ipsos minime, sic eorum expectationem nimirũ horremus. rei enim tristis, & anxiæ expectatio existit.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO OCTAVA:

Eorum, quæ ad rigorem, atq; horrorem pertinent:

cuius quæstiones .XIX.

1 QVa de causa liuidi, qui rigent, efficiũtur? An quoniam sanguis appulsu frigoris gelascit, gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam: albedo nanque ignt tribuitur. Quapropter ijs maxime, qui ætate processerunt, caro liuescit, eo quòd calorem minimum obtinent.

2 Cur extrema corporis maxime rigẽt? An propter angustiã. foramina enim, quæ in his insunt angusta, parum obtinent sanguinis, & ob eam rem parum caloris sortiuntur: sanguis enim calidus est.

3 Cur pedes magis tunc rigent, cùm suspẽsi tenentur? Vtrũ φ frigus amplius ad eos aspirat. An quòd sanguis in breuiorem se contrahit partem: itaq; reliquum frigori opportunius redditur, cùm calor desit.

4 Cur tẽpore frigido maxime vis illa famis intolerabilis icidat, qui caninus appetitus vocatus est, & hyberno potius, q̃ æstiuo? An φ vitium hoc ob inopiam alimẽti sieri solet accidere. tempore aũt frigido & hyberno, cùm

calor in angusta se cõtrahit, ocyus interdum deficit alimẽtum: quod cùm defuerit, vitium id esuriendi accidere consentaneum est. At si in ea cibi vitiosa cupiditate resolutio, imbecillitasq; secuta est, materia statim interna corporis à collecto calore colliquescit. quæ si ad locum cibo à natura destinatum influxerit, pro cibo seipsam corpori applicabit: sed si spirandi sedem adiuerit, obmutescere, atque langueſcere necesse est. obmutescere inquam, quoniam spirandi meatus intersepitur, atque obsidetur: languescere autem est propter inediam, consumptionemq; corporis. Celeriter tamẽ, pauciscq; remedijs subuenitur, eo quòd eius mali ortus extrinsecus est. frigus. n. calorem corporis nostri intro compellens, ac contrahens, insatiabilem edendi illã cupiditatem inijcit, atq; intendit. Quamobrem quo modo, qui in metuendo tremebant, pallebantq;, periculo demum liberati, subito ad priorem redeunt statum: sic etiam esurientes illi, vbi parum sumpserunt panis, citissime recreantur: vt qui vi paulo à naturę ratione summoti aberrent, non qui penitus corrupti desciscant. quod enim naturæ tenorẽ in partem aduersam violat, idem suæ naturæ eũdem restituit. Ergo dimisisse tantummodo sat est, quemadmodum cùm aduersi inter se pueri funẽ enixi retrahunt: quippe qui fune dimisso, resupini protinus decidant.

5 Cur homines pleni admodum rigẽt, cùm tamen pingue omne calidum sit? An ppter amplitudinem molis, vt longe à calore interiore distant partes extremę corporis, sic prope ab extremo frigore absunt.

6 Cur exercitati frigus vehemẽtius sentiũt, q̃ inexercitati? Vtrum quoniam pingue consumptũ a laboribus est, quod vtiq; teporem præstare potest: calidum enim opimum est. An quòd spiratiora, solutioraq; corpora eorum ideo sunt, quoniam pingue, excrementumq; omne detractum est, ita vt frigus arcere nequeant. An quòd meatibus per sudationem patefactis veluti ostia cõplura aperiuntur. habitum autem non eundem sanitati, & robori esse idoneũ manifestum est: alteri nãq; pinguis, alteri laxus videtur planè cõuenire.

7 Cur vt aqua frigida, sic etiam calida infusa horrescimus? res enim cõtrarias inter se idem efficere posse absurdum est. An frigida infusa calor interior extinctus horrorem mouet: calida autem frigus externum circumobsistens in vnum, secq; profugum intercolligẽs efficere identidem potest. Quamobrẽ vtrunque ab eodem agitur: verum alias ab interiore, alias ab exteriore, vt dictum iam est.

8 Cur pili in cute inhorrescunt? An vbi cutem contraxerunt, merito eriguntur. contrahunt aũt & rigore, & alijs pleriscq; affectibus.

9 Cur ad extremã vrinæ missionẽ inhorrescere solemus? An dũ humor calidus ille in est, vesica, et meatus qui circa eã positi sunt; pleni, expertesq; frigoris substant: post vero, vbi effluxerit, aere frigido replentur: quippe cùm inane nihil esse naturę ratio patiatur, sed aut aeris, aut corporis plenũ esse vnũquodq; necesse sit. Quòd igitur aer se induxerit frigidus, recte vt inhorrescamus, euenire solitũ est.

10 Cur lingua rigentium, quemadmodũ violentorum errare soleat? Vtrum quod à frigore concrescit, ac indurescit, mouenti difficilis redditur, itaq; explanare non potest. An quia partes exteriores appulsu densantur frigoris, humor intus collapsus linguam madificat, ex quo suo fungi officio lingua nequit, vt de vinolẽtis etiam diximus. An q; per tremorem à rigore inductum motus temere agitur, articulate vocabula lingua edere non potest, itaq; oberrat, & hæsitat.

11 Cur pili rigentium erigũtur? An quòd ex refrigeratione calor in partem interiorem se colligit: vbi autem carni caloris beneficiũ defuit, magis coagit: quod cùm fit, pili erectiores effici coguntur.

12 Cur hyeme cũ currimus, magis rigemus, q̃ cùm stamus? An quòd aer nostra ambiẽs corpora, cũ stamus, vbi semel concalefactus est, nullam præterea molestiam infert: cũ autem currimus, alius atq; alius subinde frigidus occurrit: itaque facit, vt magis rigeamus. Ad hæc, aer cũ monetur, frigidior redditur: quod quidem in currendo maxime incidit.

13 Cur tempore matutino frigus acrius est, cùm tamen Sol propius adsit? An quòd plus tẽporis absentiæ Solis exultat, itaq; terra magis refrigerata est. An q; die instante ros, & pruina cadere solẽt, quæ frigida sunt. An hęc etiam ideo cadũt, quoniam calor, qui sursum se extulit, vi frigoris superatur, idq; non nisi Solis absentia euenit. Quocirca cũ longe distat, non cadunt: cũ propius, tum cadunt, atq; gelantur, q; locus vehementius refrigeratus est, propter Solis diuturniorem absentiam. An die instãte potius flatus incitãtur nocturni, qui gelidi admodum spirant. An nobis frigus acrius idcirco esse videatur, q; cibi concocti iam sunt. inaniores autem cùm sumus, frigus vtiq; acrius sentimus. argumentũ, quòd à vomitu maxime frigere solemus.

14 Cur vbi sternimus, vel minximus, plerũq; inhorremus? An quòd ratione vtraq; venis subtrahitur: quæ cùm redditæ sint inaniores,

aer

aer ingreditur frigidus, qui rigorẽ ciere põt.

15 Qua de causa qui vehementer frigẽt, si statim copioso igne concalefiant, vndoleſcunt: si paulatim vero tepefiant, sine magno dolore recreabuntur? An q; omnino cùm ex contrijs in contrarium proficiscitur, magna effici commutatio solet. vt in arbore, si quis paulatim deflectit, nihil est qd̃ stirps ipsa laboret. at si vehementius corripit, nec sensim abducit, frangatur necesse est. Ergo si simile à suo simili affici nihil potest: vt autem calor hominis frigentis intus se cõsistit, & colligit, sic humor, & rigor parti exteriori relinquũtur, contrariumq; sui contrarij corrumpens est: effici tur recte, vt si sensim, paulatimq; tepefiãt, calor prouocetur, & exeat, itaq; minus doleãt; sin subito recalescant, amplius adducatur, & astringatur, itaque dolendum acrius sit.

16 Cur refrigerati magis ab eodẽ calore vrimur, atque dolemus? Vtrum caro suæ causa densitatis calorem occurrentem sibi tenacius suscipit, ex quo plumbum calidius redditur, quàm lana. An calor vi penetrat, eo q; foramina nimio frigore congelauerunt.

17 Quam ob causam non rigent, qui irascuntur? An quòd ira & excandescentia timiditati contrarij affectus sunt. Est autẽ ira ex igne proficiscẽs. cùm enim intus copiã ignis retinemus, concalescimus: qd̃ maxime in pueritiæ ætate perspicere licet. pueri nanq; primum spiritus copiam retrahunt, deinde rubescũt. calor enim cùm intus affatim substat, atq; humificat, facit vt erubescant. nam si quis large aquam frigidam his infuderit, iram sedabit: sic enim calor extinguitur. Pauidi aũt, & perterriti contra: rigent enim, & frigidi, pallidiq; redduntur. calor nanq; eorum se summis de partibus seuocat ad imas.

18 Quamobrem quoties inhorrescimus, pili eriguntur? An q; in humore occlusi cõtinentur: humor enim à pili altitudine vincit. horror autem pulsu frigoris fieri solet. frigus vero calidum humorem congeler, naturæ ratio vult. ergo vbi commutatus, congelatusq; humor est, in quo pili inhærent, pilos ipsos mutari consentaneum est. Aut igitur in partem aduersam se transferent, aut in eadem manebunt, si rursus vincere humorem potuerint. at verisimile nõ est, vt humorem gelatũ, coactumq; pilus vincere suo ponduſculo possit. Ergo si pilus vndique gelido humore obsessus, nequò valeat inclinari, restat sanè vt erectus consistat. An quoniam calor pulsus frigore ad locum interiorem se colligit. vbi autem calor se à carne dimouit, caro plenius cogitur, coactaq;, pilos eminentius erigi cogit:

quo modo si cùm terræ festucam, aut aliud quodlibet infixeris, cõstruas, atque vndique terram colligas, efficies, vt magis erigi possit quod infixum est, q̃ si terra minus esse coactum siueris.

19 Quam ob causam qui rigent maxime, dormire non valeãt? An quoniam qui riget, spiritum magis retinet, quàm laxat: qui dormit, magis reddit, q̃ attrahit. facit igitur rigor, vt contra agatur, quàm cùm dormitur.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO NONA:

Eorũ, quæ ad *ubices, & cicatrices, & pelles pertinẽt: cuius quæstiones. XIIII.*

*fugillata, & cicatrices, & vibices pertinent:

1 Vr pelles recenter detractæ, maximeq; arietum, verberum vulneribus, & vicibus admotæ, & oua super contracta prohibent vlcera, ne consistant? An ratione vtraque humor colligi, intumereq; prohibetur. Pars enim collisa humorem trahit, intumescitq; propter feruorem: oua sua lẽtitia glutinant, atque ita intumescere non sinunt, vt etiam in ambustis glutine agitur. Conglutinare possunt pelles quoque, ob suam lentiam hærentes nimirum, simulq; suo calore concoquunt, inflammationemq; sedant. neque enim detrahere eas solemus, nisi diebus aliquot post. Etiã qui ex sale aceto'ue per frigidum censent, inflãmationẽ tollere volũt.

2 Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ, oculis albæ inducuntur? An quòd cicatrix colorem priori contrarium trahit, scilicet quemadmodum omnia, quæ ægrotarint: vlcera autem parte oculi nigra cõtrahi solẽt. verũtamen neq; in corpore statim nigrescũt, sed principio albę sunt: neq; in oculo semper nigræ, sed demum vel ex toto, vel magna ex parte redduntur.

3 Cur ferula oras siue ambitum plagæ rubidum, medium album facit? Vtrum q; sanguinem pellit ex medio, q; maxime ferit, quia in orbem se colligit, & rotunda est. An eadem de causa sanguinem deinde redire oporteret. Rubedo autem non nisi cõcursus sanguinis est, isq; in eum locum, qui ictus est.

4 Quare cùm membra à ferula vehemẽtius feriuntur, medium carnis album, oræ rubræ redduntur: ligno autem contra medium amplius rubet? An q; ferula suam ob lentitatem, vbi vehemẽter percussit, sanguinẽ relidẽtem per sũma dissipat. itaq; vnde sanguis defue-

rit, mox

rit, mox ea pars alba exiſtit: quò autē plenius fluxit, hic rubor ambit. Cūq; plaga intumuit, ſanguis cito ſuam ſedem repetere nō poteſt, quoniam & exiguus eſt, & relationē per acliue agat neceſſe eſt: non enim niſi copia magna referri poteſt contra naturam. At ictus, quos dura corpora inferant, affligunt, colliduntq; ponderis ſui ratione, ac robore. Afflictum itaq; medium cauū redditur, colliſum autem rarum exiſtit: colliſio nanq; diſſectio, & diſtractio leuis eſt. Quod cū cauum, colliſumq; reddat, ſanguis ad id ſummus de oris vndiq; fertur: nā & aptus ferri deorſum eſt, & laxa expeditius ſubit, q̄ ea cedunt facilius. Vbi autē ſanguis eò ipſe ſe collegit, efficitur meritò, vt medium rubore tingatur: oræ aūt, quas deſeruit, albedine decolorentur.

5 Cur nigræ cicatrices hominū ſunt, qui vitio lienis tenētur? An q̄ ſanguis eorum corruptus eſt, propter admiſtionem morboſi, dilutiq; ſanguinis, qui à liene procedit. Cicatrix igitur cute prætenui, ſummaq; conſiſtit. ſanguis vero ille, quia vt dilutus et calidus ſit, niger eſt, cicatricem nigram tranſpectus vtiq; oſtendit, & quidem ſæpius. Hac eadē de cauſa cicatrix nigrior fit: ſanguis etenim cutis imbecillitate frigeſcit, & calore euaporante atrior redditur. Senioribus etiā pari ratione cutis magis nigreſcit, & natiuę cicatrices atriores, q̄ iunioribus habentur. eſt enim quaſi vibicatū corpus eorum totū, non ob aliquā cutis tenuitatem, ſed q̄ calor defecerit.

6 Vtrum quæcunq; rei eiuſdem cauſam obtinent, vim habent eandem ad agendum, an non? verbi cauſa, cū vibices diſcutiūt & abigere, & à ridicula, & a faba cōmanducata, & à pulmone, & ab argilla, & ab alijs huiuſcemodi poſſint, ſingula ne vi eadem hoc efficiant, an diuerſa? An ęs ideo tollit, quoniā rubiginem præ ſe fert, quæ pro medicamento accipi poteſt. Faba vero, & pulmo, et argilla, eo q̄ ad ſe attrahunt, propter ſui corporis raritatem: cæteraq; prędicta alijs ex cauſis idem faciūt. An vltimum quidem in his oibus idem eſt. quod autem antecedit, hoc diſcrimini fore, nihil eſt, quod prohibeat.

7 Cur cæterę cicatrices nigræ, oculi albę conſiſtunt? An quòd cicatrices colorem contrahunt contrarium parti, in qua efficiuntur: at in parte oculi nigra fieri ſolent: ergo albæ efficiantur neceſſe eſt.

8 Cur ictus ferulę dolorem amplius mouet, q̄ aliquod durioru: ita enim deprehendetur, ſiquis cùm verberat, ratione cōſyderat: cùm tamen ictum durioris, vehemētiorem eſſe ratio potior exigit. acrius enim ferit, quod durius eſt. An quòd caro non ſolum cùm percutitur, ſed etiam cùm repercutit, dolet. Igitur à duris percuti tantum poteſt: cedit enim propter eorum duritiem. At vero à ferula vtrūq; ſanè accidit, vt & percutiatur, & repercutiat, propter ponderis leuitatem, cū ſ. non cedat, ſed renitatur, ita vt ictus poſſit duplicari.

9 Cur thapſia, & cyathus, quæ contraria plane inter ſe ſunt, pariter vibices poſſint diſcutere, hic principio, illa poſt? cyathus enim frigidus eſt, quod etiam poeta inquit Homerus: Et gelido dentes defixit in ære: thapſia vero calida, & vrens. An q̄ vt animo deficiētibus aqua, ſic cyathus vibicatis occurrit. Obuians enim refrigeratio calorē prohibet educi e ſanguine, qui per ictum ad ſumma cōfluere corporis, atq; concreſcere ſolet, vbi calor deceſſerit. fit enim, vt perinde ac ſi extra ſit, congelatur, cùm ſub cute eſt, propeq; abeſt, vt extra ſit. at vero cùm calori exitus negatur, nō concreſcit, ſed ſe rurſum diffundit, & ſedē vnde effluxit, repetit. Quod idem thapſia quoque præſtare poteſt, quippe quæ caloris ſui facultate prohibeat, ne ſanguis gelaſcat.

10 Cur ęneis quibuſdam admotis, vt cyathis, alijſq; generis eiuſdem, vibices reprimi, reſoluiq; pollunt? An quoniam æs natura frigida eſt: ergo calorem effluere vetat è ſanguine, quem ictus collegit. eo nāq; per ſumma corporis exhauſto, vibex exiſtit. itaque celeriter admouēdū eſt, antequā geleſcat. Et thapſia vero ex melle illita eadē de cauſa iuuat: quia. n. calida eſt, ſanguinem refrigeſcere prohibet.

11 Cur ſi eodem in loco ſæpius vlcus extiterit, cicatrix atra ducetur? An quacunq; parte vlcus ſe oſtenderit, hæc admodum debilitatur, eoq; magis, quo vlceratum ſępius ſit: debile autē omne frigeſcit, humoriſq; plenum eſt: quo fit, vt nigrum quoq; appareat. Et qui dē vlcera magna, & vetera cicatrice atra obducta videmus. Sæpe autem vlcus cœpiſſe non aliud eſt, niſi vlcus diu habuiſſe.

12 Cur vibicib⁹ cyathos admouere ſolemus? An quòd locus, quo icti fuerimus, refrigeratur, caloreq; inde omnis deceſſit. cyathus itaq; admotus facit ęris frigiditate, ne calor abeat.

13 Cur pili cicatricibus nequeūt exoriri? An quòd omnes meatus obcæcantur, & variāt, è quibus pili ſe promouere ſolent.

14 Cur ictus tumorem, liuoremq; ſuſcipiāt? An q̄ de loco percuſſo humores diſiecti in loca proxima ruunt, in quibus offendentes retorquentur. itaq; coniuncta, cōglutinataq; humorum copia, tumor per collectionē exurgit: & ſi quæ venulæ ruptæ ſint, confluuium id humoris ſubcruentum fiat neceſſe eſt.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMA:

Eorum, quæ ad res naturales pertinent: cuius quæſtiones. LXVII.

1 Vr in animantium genere alia tuſſiunt, alia non? verbi gratia, homo tuſſit, bos minime. Vtrū q̄ cæteris maxima ex parte excrementum aliorſum ſe vertit: homini aūt eò conuerti natura voluit. An q̄ homo maximum, humidiſſimūq; cerebrum continet. tuſſis aūt pituita diſtillāte fieri ſolet.

2 Cur homini tantūmodo ex omni animantium numero ſanguis è naribus defluit? An quoniam plurimum cerebri, idemq; humidiſſimum homo cōtinet: vnde venæ excrementis per ora eodem tendentia nimium repletę, profundere inde coguntur. Sanguis enim vitiatus quiſque integro tenuior redditur. talis autem eſt, qui ſe cerebri excrementis miſcuerit, & quaſi in ſaniem degenerat.

3 Cur alia ex animātibus ſub cutē, alia intra carnem, alia vtroq; modo pinguęſcere conſueuerunt? An quibus dēſa eſt caro, ijs inter cutem & carnem humor prætenuis cogitur: quòd is ſemp ſua natura eminet, atq; relidet; qui tandē concoctus pingue effici ſolet. Quę autem carne ſunt rariore, cutemq; gerūt obuiam, hæc opima intra carnem redduntur. Quæ vero vtroq; modo ſe habent, vtroque etiam pinguęſcunt.

4 Cur vitiliginem pueri, mulieresq; minus habent, q̄ viri, & in eo ipſo fœminino ſexu, quæ prouectæ ætate ſunt, magis habēt, q̄ minores? An q̄ vitiligo exitus ſpiritus eſt. Corpora autem puerorum contextu denſo, non facili expiratu conſtant. & mulierum minus expirant, q̄ virorum: ſpiritus nanq; in menſtrua ſe auertit fœminæ. denſitatem vero leuitas eiuſdem ſatis declarat. Quæ autem corpora ætate proceſſerint, aut conſenuerint, reſpiratiora euadūt: hæc. n. modo ædificij veteris ſtructurā ſuarum partium laxiorē iam habēt.

5 Cur homo tantū habeat vitiliginē? Vtrum q̄ tenuiſſimam is ex omnibus animalibus cutē habet, ſimulq; flatibus redundat. indicium vero, q̄ vitiligo partibus tenuiſſima cute obtectis, maxime, primūq; exiſtit. An & his ipſis de cauſis, et pręterea q̄ homo vnus ex omnium animantium numero caneſcit: quippe cùm in vitiligine pili canicie immutētur. itaque fieri non poteſt, vt vitiliginem habeant, quæ nunquam caneſcere ſoleant.

6 Cur capris, & ouibus lac plurimū demulgetur, quæ corpore non maximo ſunt: homini autem, & boui minus, ſcilicet ad corporis proportionem? Vtrū q̄ his copia in corpus abſumitur, cæteris in excrementum ſe confert: ouibus autem, & capris quātum excrementi acceſſerit, omne in lac tranſit. An quòd plura gignunt, q̄ quæ magno ſunt corpore: itaq; plus attrahunt excrementi, quoniam plura alendū ſit. An his grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redūdat: lac autem excremento conſiſtere certum eſt.

Cur animantium alia cùm aquam mutarint, colorem ſuum amittunt, ſimiliaq; loci illius domeſticis redduntur, vt caprę: alia vero nunquam amittunt, vt homo.

Ad ſummam cur alia mutantur, alia nō: vt coruus, qui ſemper incōmutabilis perſiſtit? An quorū natura vincere, perdomareq; humorem non poteſt, vt auium, quæ veſicam quoque nullam ob eam rem obtinent, hæc nuſquam mutari poſſunt.

9 Sed cur nō illa eadem, ſed quæ nata ex his ſunt, hæc mutent? An quòd recens nata ſuis parentibus ſunt infirmiora.

10 Cur mares corpore maiori ex toro penè ſunt, q̄ fœminæ? Vtrum q̄ mares calidiores fœminis ſunt: quæ res vim obtinet augendi. An q̄ mares præditi natura integra ſunt, fœminæ manca, oblæſaq; deficiunt. An quod mares longo temporis ſpacio perficiuntur, fœtiuæ breui.

11 Cur in animantium genere alia breui tempore pariūt, alia diu geſtant? An lōgius perſiſtunt, quibus lōgiora ſunt vitę ſpacia. ſunt autem partu tardiora, quæ longo tempore viuunt. Sed nō vniuerſaliter id eſt. equus enim vt tardius maxime q̄ homo parit, ſic viuere minus pōt. Cuius rei cauſam vuluę, ſiue veteri duritiēs habet. quomodo enim ager ſitiens haud cito ſuas ſtirpes enutrit, ſic durior vulua equarum in formando, nutricandoq; ſuo fœtu remoratur.

12 Cur proles cæterorum animantium magis, q̄ hominis ſuis parentibus ſimilem gerit naturā? An quòd homo vago, varioq; plurimum animo in coitu eſt. prout autē patet, materiaq; in conceptu affecti fuerūt, ita partus cuariant. Cætera vero animantia omnia, aut certe plurima, rei tantū ipſi intendunt, totaq; ſeſe veneri dedunt. Adde q̄ ob eam auiditatem minime repleri magna ex parte patiunt.

13 Cur alibi tam homines, q̄ equi oculis magna ex parte cæſijs ſunt? An cùm oculi tripli colorisgenere diſtinguant nigro, caprino, & cęſio, corporis totius colorem oculi quoq;

color

color consequtur: itaq; haud merito cęsius est.

14 Cur homines nana statura proueniunt? Vel potius quærendum in vniuersum, cur in animantium genere alia paruo, alia magno consistant corpore? Causa duplex sanè reddi potest: aut enim locus, aut alimētum id facit. locus, si angustus est: alimētum, si exiguum: quod etiam partu iam edito nōnulli efficere conantur, vt qui catellos in caueolis occlusos educant. Quibus itaq; causæ locus est, hi pomiliones reddūtur. Sunt enim latitudine quidem, profunditateq; pro magnitudine suorum parētum, breues tamen omnino. cuius rei causa est, q; recte lineæ in adūcas se flectūt: igitur quomodo tabernarum picturę, quāuis breues, ramen distētæ in latitudinem, profunditatemq; cernuntur: ita pomiliones quoque formari ex loci angustia incidit. At vero qui ob alimenti inopiam perfici non potuerint, hos membris quoq; puerilibus cōstare videmus. fitq; vt aliqui, quāuis breues admodum sint, modice tamen coagmentatas omnes sui corporis partes habeant, vt Melitenses catelli. Ratio enim, q; nō vt locus, sic natura suum efficere opus soleat.

15 Cur in animantiū genere alia maris ac fœminæ coitu creant, alia concretis quibusdam proueniunt, simulatq; primus eorum ortus extiterit? quemadmodum qui de natura docent, primum animantium ortum, mutationem, dimotioneq; mundi, vniuersiq; orbis ingente disserunt extitisse: & q; nunc, si rursum ortus eiusmodi futurus sit, tales motiones aliquas præcessisse oportebit. Principium enim rei cuiusq; maximum est, quippe q; rei dimidium sit. semen autem genitale principiū esse certum est. ergo minutorum animaliū quorunq; ortus nullo agi mutuo cōcubitu solet. causa, cur vt principio extiterunt, creari nūc etiam possint, seminis exiguitas est. rei nanq; minoris minus quoq; principium esse conuenit. Quamobrem huius etiam seculi mutationes semen animātium minutorum generi satis contrahere possunt, quod sæpius vsu euenit. tum enim maxime oriūtur, cùm mutationes temporum incesserūt. Maiorum autem genus mutationem quoque pro sui magnitudine desyderat ampliorem.

16 Cur animantium alia partu sunt numeroso, vt sus, canis, lepus: alia nō, vt homo, vt leo? An q; alia vuluas, siue vteros continent multos, totidemq; formandi loculamenta, quibus impleri percupiunt, quibusq; semen genitale diuidendum, inserēdumq; est: alia contra se habent.

17 Cur homo inter animantes oculorum minimum pro sua magnitudine habet interuallum? An q; omnium maxime naturali solertia homo constat. Sensus autē contuendi partem versus priorē natura posuit: id enim conspicere oportet, in quod nos ducit ratio mouendi. quanto autem oculorū plus discriminis sit, tanto magis conspectus vergent in latus: qui si ēm naturam sedem debeāt obtinere, q; minimum esse interuallo certe oportet. sic enim partem versus priorem ingredi maxime possumus. Ad hæc cæteris animātibus cùm careant manibus, despiciant prorsus in latera necesse est: itaq; plus eorū oculi distant inter sese, & maxime ouium, eo quòd maxime prono capite ingrediuntur.

18 Cur cæteris animantibus partim nūquam profusio seminis per somnum incidere assolet, partim raro? Vtrum q; nullū homine excepto resupinum cubare consueuit. nullum autem nisi resupinum semē profundere potest. An q; cętera nō pariter, vt homines somniāt. seminis autem per quietē illa profusio non nisi cum imaginatione fieri potest.

19 Cur animalium alia caput moueant, alia non moueant? An quòd quæ collo carent, ea caput mouere nequeunt: nonnulla autem carent collo.

20 Cur in animantium genere homo sternutare maxime solet? Vtrū quòd meatus obtinet ampliores, per quos spiritus, odorq; subeunt: his enim spiritu repletis sternuimus. Indicium vero datos esse meatus homini laxiores, q; is olfactu minime omnium valet. quo nanque arctiores meatus sunt, eo magis vim obtinēt olfaciēdi. Quòd si in ampliores plus humoris ingrediē, quo inflato sternutamentum fieri solet: tales autem genus hominum omnium maxime animantium obtinet: merito homo solus sternuere sæpissime cōsueuit.

21 An q; homo breuissimis naribus est, ita vt humor cōcalefactus celeriter commutari in spiritum possit, cùm cæteris refrigescat prælongitudine prius, quàm mutetur.

Cur nullius animalis lingua est pinguis? An quoniam pingue vnumquodq; densum est. Lingua autem rara sua natura propterea est, vt percipere possit genera saporum.

22 Cur fœminæ intento corpore mingūt, mares minime? An q; fœminarum vesica remotius, tum profunditate, tum longitudine sita est: iacet enim vulua earum interius sedem, atque vesicam. itaq; humor emittendus vim propter spaciū vuluæ desyderat pleniorem, quæ per spiritum corpore ipsi tēto acquiritur.

Cur sues hybernum pilum amittere nō solent, cùm cæteræ quadrupedes soleant: nam & canes,

& canes, & boues certe amittere assolēt. An q; sus calidissimus omnium est, partiq; calēti corporis eius pili adhærent: quippe cùm pingue tale esse necesse sit. Cęteris itaq;, vel quia humor refrigescit, pili defluunt: vel quia suus calor alimentum concoquere nō potest. Suibus vero non idem incidit, vel quia nihil humor interior affici pōt, vel quia bene alimentum concoquitur. nam & si quādo causa, cur defluant, sit, tamen pinguedo vetare potest. Oues, ac homines propter sui pili tum dēsitatem, tum copiam, non ita affici pulsu frigoris possunt: non. n. altius refrigerationi subire licet, vt possit vel humorem gelare, vel calorem concoquendo seuocare.

24 Cur ouibus expilatis mollior pilus subnascitur, homini durior? An quòd ouiū pili summæ cuti cohærent, euelliq; ob eam rem sine vllo possunt labore, cùm initium alimenti integrum maneat, quod carni iūctum est. meatibus itaq; patefactis, excremēta respirare melius possunt. vellus enim proprio carnis vescitur alimento: caro autē molli, dulciq; alitur pabulo. Hominum contra, q; altius pili inhærent, per vim, summoq; cum dolore euelluntur. constat id, quādoquidem sanguinem secum detrahūt. Corpore igitur saucio euenit, vt tādem cicatrix obducatur. vnde fit, vt vel finem pili amplius promēdi faciāt, qui euulsi fuerint, vel quādiu præterea, mere possint, duri extrudātur, eo q; omne valens alimentum carnis exhaustū est, nec nisi materia inutili, & superuacua pilus prouenit. Indiciū, q; hominum omnium plagam inhabitantiū meridianam pili duritiē præ se ferunt: quoniam calor exterior altius corpus subiens, alimentum cōcoctu facile absumat in vaporem. contra eorum, qui sub aquilonem incolunt, molles, lasciuiq; funduntur, quòd his sanguis, dulcisq; sapor per summam potius fluitat formā: quamobrē his color quoq; hilarior est.

25 Cur ouium pili eo duriores sunt, quo prolixiores: hominum cōtra molliores, quo prolixiores? An quòd ouium pili, qui quale diximus capiunt alimētum, vbi procul se ab suo deduxerunt initio, ieiunius vescuntur: & alimentum, quod ineſt vi caloris, facile pro sua incōcoctione euaporatur. itaq; siccati duriores redduntur: molle nāq; humidum est. Hominum vero pili minus alimēti, sed plus suo initio hauriunt. concoquitur aūt plenius, q; minus est. concoctum aūt pilū efficit molliorē: concocta etenim quęq; molliora inconcoctis redduntur. Indicium, q; oues recētes vellera molliora gerunt, q; vetulæ: copia nanque excremēti pilū & ouis, & hominis procreat.

Cur hirti homines, & aues veneris sunt auidiores? An q; natura humida, & calida sunt, qua quidem vtraq; qualitate opus ad coitum est: calor enim excernit, humor excernitur. Hæc eadem ratio est, cur etiam claudi homines sint salaciores. his. n. vt parū alimēti deorsum propter crurū vitiationē labitur, sic multum loca petit supiora, seq; in semē cōuertit.

27 Cur homini nulla iuba data à natura est? An quoniam barba data est: ergo quod excrementitium alimentum cæteris animantibus in cerutcem se confert, id homini maxillas adire solitum est.

28 Cur pedes animalia pares habeant? An q; fieri nō potest, vt aliquid moueatur, nisi parte aliqua sui consistat, dummodo non prosiliat. cùm igitur ex duobus illis, motu & statu cōficiingressum necesse sit, paritatis tam inde ratio patet. Bipes enim altero pede mouetur, altero stat. Et quadrupes quoque cùm duobus mouetur, reliquis duobus innititur. Pariq; modo de cæteris, quæ vel senis, vel etiam numerosioribus pedibus ingrediūtur, animaduertere licet.

29 Cur equis, & asinis pili è cicatrice promere sese possunt, hominibus autem nō possunt? An quòd cæteris animalibus tergus pars per se corporis est: hominis autem cutis veluti affectus carnis exultat, quippe quæ summa illius forma refrigente, solidiuscula existere videatur: quemadmodū crustæ in pulte superducūtur, quas vetulas appellamus. cùm itaq; illę nō nisi farina elixa sint, hominis quoque cutis nominata, non nisi caro putāda est. Vbi igitur hęc vel vulnus acceperit, vel attrita fuerit, incidit, vt hominis quidem caro cōdensetur. quamobrem summa corporis parte immutata, vulnus non eandem compagem capit, qua corpus iam inde ab ortu naturæ extitit. cùm itaque hæc immutata sit, nihil profecto absurdum fuerit, si ex ea non idem prætrea proficiscatur. Sicut in aretis quoq; appellatis licet percipere: nam illas etiam corporis summi corruptionem, immutationemq; esse nouimus. At iumentis attritis, vbi ad sanitatem redierunt, partes vitiatæ corporibus denuo eisdem replentur, quanquam debilioribus, q; à principio fuerint. Sed cùm etiam cutis eorum pars sit, confici pili, proueniréq; possunt: cute nanque pilos enasci certum est. sed candidi propterea oriuntur, quoniam vt secūda hęc cutis imbecillior, quàm prima est, sic pilus candidus ille imbecillimus exit.

Cur, in animalium cæterorum genere seuariæque gemini possunt, quanquam sexus sunt vtriusq;: in hominum aūt non possunt?

An quòd homini maxime partus geminatio contra ſuæ naturæ legem accidit: ſingulos. n. parere ſancitum eſt, tum in geminis ipſis matrem, ac fœminam creari natura omnino recuſat. Ergo quod maxime contra naturam eſt, id & imbecillum eſſe ratio poſtulat.

31 Cur equis, & aſinis pili è cicatricibus poſſunt euenire, hominibus autem nõ poſſunt? An ꝙ cicatrix vel ſuam ob denſitatẽ impedimento eſt, vel quia deprauat nutrimentũ hominibus. itaq; ex toto hominibus propter pili infirmitatẽ impedimento eſt: equis autem, ne pili exeant, nunquam eſt, ſed deprauat, facitq; ne prior integritas ſeruetur.

32 Cur pares pedes natura animantibus dedit? An cuiq; cũ mouetur, partem aliquã requieſcere neceſſe eſt. Quòd ſi pedes impares eſſent, ne hoc fieri poſſet, accideret: agit enim motus ſitu obuerſario pedum.

33 Cur animalia, vt minus tẽporis dormiũt, q̃ vigilent, ſic non continue, ſed viciſſim modo vigilando, modo dormiẽdo, ſomnum ſuum perficiunt? An ꝙ non ſimul omnis vacãs materia coquitur, ſed vbi pars aliqua eſt concocta, leuatũ iam animal expergiſcitur. Et vero ſæpius illi expergiſcuntur, quibus ea pars frigida eſt, quæ quidem excrementũ domat, & concoquit. ſit. n. vt celeriter, ſæpeq; ceſſetur: ceſſatio autẽ non niſi expergefactio eſt. Suauis quoq; res ea ipſa, quoniã requies eſt, non immerito eſſe videtur. ſed nihilo quidẽ plus temporis in munere naturalium actionũ conſumimus. nam etſi eſſe ſuauius eſt, q̃ non eſſe, non tamẽ plus temporis propterea edimus, quàm a cibo abſtinemus.

Cur animantiũ alia ſtatim parentès ſectantur, alia ſero, vt homo, vel vix, vel nunq̃? An ꝙ alia cito vim recipiunt cognoſcendi, alia ſero, & alia rei ſibi cõmodę ſenſum obtinent, alia carent. Quæ igitur hæc ambo ſenſum dico rei cõmodæ, ſuiq; corporis perfectionem ſortiunt̃, hæc parentẽ ſectari protinus queũt. Quę nõ vtrũq; illorũ habeãt; hæc id facere ipſum nequeũt: opus. n. eſt & viribus, & ſenſu.

35 Cur genus vitiliginis, quod leuca appellatur, quaſi albam dixeris, cæteris animantibus contrahi nequeat? Vtrum ꝙ hominibus morbo hæc eſt: cæteris autẽ animalibus tergora varia, piliq; eodem modo albedine efficiuntur. Attamen ambiget aliquis, quæretq;, cur non poſtea, ſed ſtatim ab ortu naturæ varietas illa exiſtere ſoleat. An ꝙ cæterorum animãtium tergora dura ſunt: homo autem è natura prætenui cute continet. Vitiligo autem ſpiritus ſecretio eſt, qui cæteris animantibus excerni tergore denſo prohibetur.

Cur vbi vitiligo, canities quoque eſt: recta procari autem non licet, vt ſemper vbi canities, ſit etiam vitiligo? An quòd pili omnes cute prouenient: canities autem putredo veluti quædam eſt. cùm itaque cutis morbo laborat, pilum etiam laborare inde neceſſe eſt: cùm autem pilus, cutem male affici neceſſe non eſt.

Cur animantium alia poſt partũ ſæuire ſolent, vt canis, vt ſus: alia nihil efferãtur, quod perſpicuum ſit, vt mulier, vt ouis? An quæ ſuperuacua redundant materia, hæc ſuam clementiam ſeruant. quantũ enim dolori eſſet, ſecretum in partu eſt. Quibus autem ſecretio non à vacãtibus, ſed integris fieri materijs ſolet, hæc exaſperantur, & ſæuiunt. Vnde fit, vt extenuatio quoq; iram ratione habitus moueat: vt etiam gallinæ furiunt, non cũ pepererint, ſed cùm incubant, ratione inediæ.

Cur ſpadonibus cętera in ſexũ fœmineum vitiata mutãtur, (vox enim tenuis, corpus imbecillum. denicq; ita homines cõmutantur; vt etiam cæterorum animantium quæcunq; caſtrata. nam & tauri, & verueces ſua cornua è contrario gerunt: ꝙ fœminę quoq; eorũ contra, quàm mares armantur cornibus: itaque alię maiora exciſi gerunt, alię minora:) magnitudo vero tãtummodo, ſpadonibus dico, ad ſexum virilem cõmutatur: maiores nãq; reddũtur: quæ quidem res maris ſua profecto eſt, quippe cũ fœminæ minores maribus eſſe ſoleant. An ne id quidem ad marẽ, ſed ad fœminam pertinet. haud enim omne magnitudinis genus, ſed longitudinis dũtaxat acquiritur, cũ mas profunditate etiam augeatur, & latitudine: ſic enim phici ipſe aſſolet. Ad hæc, vt fœmina ad marem, ſic fœminæ ipſius virgo ſe habet ad mulierem: altera enim generoſa ſam eſt, altera nondum eſt. In eam igitur ipſam fœminæ magnitudinem mutantur: creſcere nanq; in longitudinem corpus aſſolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri:

Virgo Diana dedit prælõgi corporis vſum. »

vtpote cùm rem, quam ſuã ob virginitatem haberet, largiri nimirum poſſet. Ergo nõ magnitudine in marem mutatur, cùm nõ in magnitudinis genus perfectę commutetur. ſpadones enim longitudine tantum in magnitudine proficiunt.

Cur ſpadones, vel omnino varicibus vacant, vel minus habẽt, quàm cæteri? An quoniam naturam ſuam dum caſtrarentur, in genus ſeminis infœcundum commutarint. Talis autem eſt puer, & mulier: quorum neutrum habere varices ſolitũ eſt, præterquam ſi mulier raro.

Cur

49 Cur homo omnium maxime animãtium oriri claudus poteſt? Vtrũ quòd cæterorum crura robuſtiora ſunt: oſſe nãq; & neruo tam quadrupedum, q̃ auium conſtant, hominum carne redundant. Itaq; facilius hæc ob ſuam mollitiem lædi poſſunt, cùm ſe in vtero mouent. An ꝙ ſolus ex omnium animantiũ genere varia generationis tẽpora obtinet: nam & ſeptimo, & octauo, & decimo menſe venire in lucem poteſt: cæteris tempus vnũ perficiendi ſine mora ſtatutum eſt: hominum generi tẽporis multũ, pro varia ratione imorandi cõſumi neceſſe eſt. Itaq; cũ fœtus mouent̃, extrema, ꝙ tenerrima ſunt, facile infringuntur, & eo magis, quo plus tẽporis interceſſit.

41 Cur ſpadones cruribus putridis, vlceroſiſq; ſunt? Vtrum ꝙ etiam mulieres crura habent eiuſmodi: ſpadones aũt effœminati omnino ſunt. An hoc accidit. Cauſam aũt mulieribus quoq; reddere illam debemus, ꝙ calor deorſum ſe vertit, quod etiam menſtrua declarãt. Vnde fit etiam, vt præ nimio humore, neque ſpadones, neq; mulieres pilis valeãt redũdare.

42 Cur nullũ animal, niſi homo, calculoſum fieri poteſt? An ꝙ iumenta, & quę vnguibus ſunt numeroſis, veſicæ meatus obtinent ampliores. Quæ autẽ non protinus, ſed poſt parere intra ſe animal cõſueuerũt, vt piſces nõnulli, ex his nullum veſicã habere nouimus: ſed humor ſubſidens ille totus in aluum conſtringitur, ſicut etiam in auibus fit: itaq; celeriter exit per ſedẽ. At homo veſicam habet, & ceruicẽ eius canali anguſto pro magnitudine porrectam. Ergo ꝙ membrum id adeſt, quantum terreni humoris ſeuocatur, in veſicam cõtruditur, ex quo vaſa quoq; vrinaria, id eſt matula, eo ipſo tinguntur. Loci autẽ calore efficitur, vt amplius cõcreſcere, atq; craſeſcere poſſit. Retinetur vero, augeturq; propter canalis anguſtiam. cùm enim terrena illa ſubſidentia prodire ex facili nequeãt, reuerſa cohærent inter ſeſe, calculumq; ita conficiũt.

43 Cur non iumenta, nõ boues, aut omnino quæ cornua gerunt, non aues ructare ſoleãt? An propter ventris ſiccitatẽ, celeriter. n. conſumitur, percolaturq; humor: qui dũ immoratur, inflaturq; ructationem mouere poteſt. Iumentis tamen ob colli ẽt prolixitatem flatus deorſum ſe vertit: quãobrem his crepitus ventris maxime incitatur. Auium, cornigerorumq; genera neutrum faciunt. Quinetiã ruminantibus ructare negatũ eſt, quoniam plures continent ventres, & quẽ reticulum appellamus: facultas etenim meandi tã ſuper, q̃ ſubter flatibus multifariã præſtatur. Itaq; humor conſumitur antę q̃ in flatum vertat: qui flatus moueat vel ructum, vel crepitum.

Cur in animantiũ genere quęcunq; domeſtica, eadem ẽt fera reperimus: quæcunq; aũt fera, nõ ẽtiq; eadẽ domeſtica natura creauit? etenim homines feri nõnunquã cernuntur et canes apud Indos, et equi alibi: ſed nõ leones, non pãtheras, non viperas, non alia cõplura domeſtica eſſe nouimus. An ꝙ res praua, & facilis ortu eſt, & mutari quoq; expedite in eã rem poteſt. Naturam. n. non quæ prima, ſed quæ vltima eſt, aſſequi ſtatim perdifficile eſt. Quapropter omnia ẽt domeſtica, principio fera potius, q̃ domeſtica eſſe ſolẽt. vt puer feracior profecto, q̃ vir: quippe qui ſolium edax, & iræ deditus ſit, quanquam infirmus. Ergo quomodo in ꝙperibus artis, ſic ẽt in naturę licet perſpicere. Nã in his quoq; prauę omnia facta ſunt, & plura ſunt praua, q̃ proba, vt lectus, veſtis, quoduis aliud. quodq; probũ eſt, id omne prauum ẽt comperiri poteſt: quod autem prauum, id non omne probũ quoque reperiẽs: vt ſi quis vetuſtiſſimorũ pictorum, fictorũq; opera cogitet: nondum. n. perite pingebatur, aut ex ære ducebatur, ſed pingui minerua omnia effigiabantur. Natura ẽt prauę omnia facit, & plura praua, q̃ proba: proba vero pauciora præſtare, non omnia põt. Atqui domeſticum omne melius eſt. ferum aũt, atq; ſylueſtre prauum natura, ſ. non quæ initia ortusq; cõtinet, ſed cui opinor factu difficile ſit, probum illud, vrbanũ, atq; domeſticũ. Contrarium vero aut nunquã, aut raro efficitur. Attamen vel tẽporum, locorũq; conditione, tẽperamentoq; vniuerſi quodã fieri poteſt, vt vrbana, & mitia reddantur omniũ animalium genera. Hoc idẽ in omni ẽt ſtirpium genere intelligere licet. quęcũq; n. vrbana ſunt, eadem ẽt comperiri ſylueſtria poſſunt: at quę ſylueſtria extitere, eadem omnia mãſuefieri nõ poſſunt. Non tñ deſunt, quę ſuis locis quibuſdã peculiariter ita ſe habeant, vt neglecta, feraq; prouenire, præſtãtiora poſſint, & mitiora, q̃ quæ alibi ſummo cum ſtudio colantur.

Cur hominum vmbilici ampliores, cęterorum aũtem animantiũ exigui incertiq; ſunt: An cæteris, quoniam temporis multum geſtentur, vmbilicus areſcit, inq; directum porrigitur, denicq; vlceribus intumeſcit: quamobrem nõnulli vmbilici deformes ſunt. at vero homo imperfectus prodit: itaq; humidus atq; ſanguinolentus ſequitur eius vmbilicus. Indicium vero, cætera perfecta, hominem imperfectum prodire, quòd illa ſtatim inde ab ortu naturę viuere ſua opera queunt: pueri curam deſyderant, nec ſeruari niſi alieno beneficio poſſunt.

46 Cur animantium alia ſemel coeunt, alia ſæpe: & alia anni tempore certo, alia nullo ſtatuto tempore, ſed prout inciderit? homini ſemper concubitus opportunus eſt, feris non ſæpe: & quidē ſues agreſtes ſemel concumbūt, domeſtici ſæpe? An propter pabulū, calorem, atq; laborem: quippe cū venus comes ſatietatis ſit: nam eadem alibi ſemel, alibi ſæpius pariunt, vt oues in Magneſia, et Aphrica pariūt bis. Cauſam vero tempus pariendi prolixius obtinet. vbi enim ſe impleuerūt, nō amplius concupiſcunt: quomodo nec cibum affectāt, quæ ſatiata ſunt. quæ aūt grauida iam eſſe incœperint, minus auida veneris euadūt, q̄m menſtruę purgationes nullæ p̄terea veniant.

47 Cur homines, qui raris dentibus ſunt, magna ex parte breuioris ſunt vitæ? An indiciū hoc eſt, dēſum os eſſe capitis: ergo cerebrum inualidum eſt, quia minus ſit reſpirationibus opportunū: itaq; celeriter putret, vt q̄ ſua natura humidū ſit. nam & cætera, cùm nō mouentur, neq; exhalant, facile corrumpuntur. Quo etiā fit, vt homo capite piloſo maxime ſit: & mas, q̄ fœmina diutius viuit, futurarum ſui capitis beneficio. An in cæteris quoque idem ſit cogitandum.

48 Cur qui manus cæſuram per totam obtinēt palmam, viuere diutius poſſint? An quoniam minus viuere poſſunt, quæ carent articulis, incompactaq; ſunt, quale genus omne aquatile eſt. Quòd ſi quæ articulata nō ſunt, vitam breuiorem agere ſolent, conſtat cōtra ſeſe habere, quę articulata. Cuius profecto generis illa etiam ſunt, quę cùm ſua natura omni articulo careant, tamen articulata nōnunquā quoad maxime licet, conſiſtunt. Manus autem pars interior penitus articulo vacat.

49 Cur animātium homini, vel vni, vel maxime oculi deprauātur? An q̄ homo, vel ſolus, vel maxime morbo comitiali capi in puerili ętate ſolet, cùm certe deprauari oibus accidit.

50 Cur animantium homo maxime fumo afficitur poteſt? An q̄ homo lachrymam maxime emittit: fumatio aūt non niſi cū lachryma eſt.

51 Cur equus equo, homo homini, atq; omnino cognata cognatis, ſibiq; ſimilibus gaudent, atq; cupiunt? Nō enim quia pulchrum videtur: cupiditas autem formā ſequitur elegātiorem. Nam ſi id eſſet, rem pulchram ſuauiorem eſſe oporteret. nunc autē contra potius euenit, vt quia iucūdum ſuaueq; eſt, ideo pulchrum eſſe videatur. Nec etiam omnibus res eadem voluptati eſt, nec pulchrum idē lætitiæ: alijs enim eſſe, aut bibere, alijs concumbere lætabilius eſt. Sed cauſa, cur vnūquodq; iunctum ſuo cognato maxime, ſuauiſſimeq; concumbat, in aliam cadit quæſtionem. Pulcherrimum vero id etiā eſſe, nondum aſſeri vere poteſt: ſed nobis q̄d ad cōcumbendum ſuauius eſt, pulchrū certe videtur: quoniam rei, quam cupimus, aſpectu quoq; nimirum delectemur. Et quidem in cæteris etiā cupiendi generibus res pariter ſeſe habet. cū enim ſiti detinemur, humorem ſuauius cernimus. Quod itaq; ad vſum aliquē pulchrum eſt, & q̄d idem maxime cupe ſoiemus, ſuauiſſimū id eſſe ipſum videtur. q̄d autē per ſe tale eſt, non p̄terea ſic eſſe videbitur. Argumētum, q̄ adoleſcentuli plericq; formoſi, aptiq; nobis eſſe videbūtur, cū ad concumbendi vſum reſpeximus. Nunquid igitur ita, vt etiam plus geſtiamus, q̄ ſi deformes quoſdā intueamur? Non hercle, niſi eorum auidi ſumus, quo potio quoq; videtur pulchrior. nam ſi ſiti detinemur, humorē multo ſuauius aſpiciemus.

52 Cur hominis prior pars piloſior, q̄ poſterior eſt: quadrupedū contra poſterior, quàm prior ſetoſior? An q̄ omne animal bipes partem priorem habet piloſiorem: nā aues quoque eodē modo, quo homines ſe habent. An partes infirmiores natura ſemp integere potius conſueuit: infirmum autem vnūquodq; loco ſui corporis aliquo eſt. Quadrupedum vero omniū partes poſteriores infirmiores loci cauſa ſunt, q̄ priores: affici nanq; à frigore, æſtuq; amplius poſſunt. Hominum priores infirmiores ſunt, incommodisq; illis eiſdem opportuniores.

53 Cur animantiū homo maxime ſoleat ſternutare? An q̄ etiā grauedine maxime homo tentatur. cuius rei cauſa eſt, q̄ calor, qui circa cor eſt, ſurſumq; ſua natura efferrur, cæteris animātibus in armos ſe effert. vnde per refractionē diſiectus, partim ceruicem caputq; petit, partim in ſpinā lumbosq; defertur: hęc. n. linea recta, iuxtaq; baſim ſita oia ſunt. Quòd cùm æque corpus penè totum recaleſcat, humores quoq; in ſele pariter digerit, planeq; partitur: humores. n. calorē ſequūtur. ex quo fit, vt neq; à grauedine admodū infeſtari, nēque ſternutare quadrupedes ſoleant. Sternutamētum. n. vel ſpiritus vniuerſi delatio eſt, humore ſ. plus aliquid exhalāte, vel crudi humoris conatus, excurſusq;: quocirca deſtillationes ſolēt præcedere, quæ quidē animantibus cæteris minime incidunt, eo q̄ caloris illa delatio ante, retroq; portionibus æqs ſe digerit. Homini vero, q̄ erecta bali ſe in ſublime modo ſtirpiū attollit, euenit, vt caloris elatio plurima, & vehementiſſima caput adeat: elatuſq; eò calor, meat⁹ cōcaletacit rarefacitq; capitis: q̄ tales ꝺemū effecti, nimirū capaciores

humorum,

humorum, q̄ meatus cordis inferiores reddūtur. Quoties itaque accidit, vt caput humeſcat, refrigereturq; extrinſecus amplius q̄ ſatis ſit, efficitur vt calor, qui & alimentū habet, & ſe in partem interiorem contrahit, nimirum creſcat: creſcēs ſeſe in caput, meatuſq; capitis efferat, quò humores prætenues, crudiq; ſectātes, implēt meatus, deſtillationesq; faciunt, & ſternutamenta ratione ſimili mouent. Nam inter initia deſtillādi calor humorem ſurſum præcedens, inflāsq; meatus, ſternutamenta expulſu ſpiritus, ductuq; humoris tenuis, acrisq; incitat. Vnde fit, vt poſt grauedinis ſternutamētum, pituitam aquæ ſimilem abſtergamus. Hæc cùm omnia ſeſe mouerint, humores coacti, craſſiq; ſubſidunt, & foramina capitis naſiq; interſepiunt. facta. n. tumidiora, diſtentioraq; caput dolore infeſtant. Argumentum, quòd nullus per eas ſpiritus foras mittitur. ex quo ſequitur, vt neq; ſternuere, neq; olfacere poſſint, qui grauedine detinentur. Sternutamenta autē, quæ ſine grauedine mouētur, has quidem eaſdem ob cauſas veniunt, ſed exiguis, leuibusq; initijs. Itaque vbi vi caloris collecti humores ſunt, facile ab eodem calore pro ſua exiguitate ſpiritus centes, in nares interrumpūt. Strepitum vero ſpiritus non minus violentia ſeſe efferendi, quàm ſua copia mouet. Cùm enim calor directo tramite ſe ad cerebrū vſq; extulerit, eiq; ipſi impegerit, ad nares reflectit, eo quoniā meatus illāc foras de cerebro pertēdant: quòd cùm illa foras reflectendi delatio ſpiritus nares verſus contra naturam agatur, vehemens vt fiat, nimirum euenit: itaq; ſtrepitum mouet. Cæterorum autem animātium aues maxime grauedinem ſentiūt, quòd formam corporis maxime ſimilem hominibus gerūt. verum minus quàm homines afficiuntur: quoniā caput magna ex parte deorſum tenēt, vt quæ victum abs terra petere ſoleāt.

54 Cur maris animalia maiora, vegetioraq; ſunt, quàm terræ? An quòd vis Solis conſumendo quæ terram ambiunt, copiam detrahit nutrimenti: quamobrem quæ abdita vitam agunt, vegetiora ſunt. His igitur omnibus incommodis cùm genus maritimum ſit immune, merito tum adoleſcere poteſt corpore ampliori, & vegetiori.

55 Cur cætera animalia cibū ſæpius ſiccum, quàm humidum capiāt, homo humidum ſæpius, q̄ ſiccum? An q̄ homo natura calidiſſima eſt, plus refrigerationis deſyderat.

56 Cur ſpadones calui effici nequeāt? An eo q̄ multum cerebri obtinēt: quod ſanè his contingit, quia rem venerem nō agunt: ſemen enim labi per ſpinam è cerebro videtur. Quā de cauſa boues quoq; caſtrati cornua gerere maiora putantur: necnon & mulieres, & pueri cur calui nō ſint, eadem ratio eſſe creditur.

57 Cur animantium alia, vbi primū in lucem edita ſunt, nutriri per ſeipſa poſſint, alia nequeāt? An ea poſſunt, quæ in genere, q̄d memoriæ capax eſt, breuius viuunt: quocirca ocyus quoq; morte eadem oia occumbunt.

58 Cur homo plus excrementi humidi egerit, quàm ſicci: equi & aſini plus ſicci, quam humidi? An quòd hæc animantium genera ſicco pabulo largiori vtuntur: homo humidis magis, quàm aridis veſci ſolet. ex cibo autem omni proficiſcitur excrementum, & ex copioſiori copioſius. Igitur alia humido potius, alia ſicco largiori vtuntur pabulo: quoniam alia ſicca natura ſunt, alia humida. Itaq; humidum potius capiunt quæ ſiccā conſtāt natura: huius nanque ſunt indigentia. contra ſiccū affectāt, quæ humida ſunt natura, vtpote quæ qualitatis eius inopia magis teneant.

59 Cur aues, & homines, et genus quodq; animantium forte, corpore ſunt duriori? An q̄ animoſita⁹ cum calore eſt: metus enim refrigeratio eſt. quorum igitur ſanguis amplius feruet, hæc & robuſtiora, & animoſiora ſunt: ſanguis autem alimento corporibus eſt. Et quæcunq; vero ex ſtirpibus terræ aqua tepida irrigaueris, omnia duriora euadent.

60 Cur monſtra paruæ quadrupedes pariūt: homo autem, grandesq; animantes omnes minus, vt equi, & aſini? An quòd paruę, vt canes, ſues, capræ, oues, longe ſunt fœcūdiores, quàm grādes: illarum enim aliæ omnino ſingulos pariunt, aliæ magna ex parte. Monſtra autem tum confici ſolent, cùm plura ſemina inter ſeſe cohæreſcunt confunduntur q̄, vel cùm prōdeunt ex mare, vel cùm ſe in fœmina permiſcent. Vnde aues etiam mōſtra edere poſſunt. oua nanq; vitello pariunt germinato. mōſtrum autem ex geminatis illis conſiſtit, quorum vitelli nulla interiecta mēbrana diſtinguuntur.

61 Cur hominum caput piloſius, q̄ reliquum corpus, nec ex proportione piloſum eſt: cętera rorum aut ē contra? An cætera vel in dentes exuperant præ nimia alimenti copia, vel in cornua, vel etiam in ſetā. Quæ igitur in cornua, capite minus ſetoſo hæc ſunt: abſumptū enim illam in rem eſt. Quæ aūt in dētes, plus quidem pili, q̄ cornigera obtinent, caprona rū enim nōnihil ſortiuntur, ſed minus q̄ aues. His enim illud etiam, q̄d homini genus intendi natura tribuit: ſed quod illis pro copia nutrimenti multis luxuriat locis, id in capite

homini abundat. nec enim nullum habet, nec adeo multum, vt pilorum vndique excrescat congeries,

62 Cur vnus omnium animantium homo canescit? An quòd pars animantium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus, vt bos: nonnulla deciduum non gerunt, tempus autem viuunt breue, vt oues, & quædam alia, quorum pilus vtpote non senescens canescere non potest. At homo nec deciduum gerit pilum, & longam degit ætatem: itaque tempore consenescit, atque inueteratur.

63 Cur vita breui, imbecillisq; viribus sunt, qui partem vmbilico subiectam maiorem, quàm superiorem habent pertinētem ad pectus? An quòd venter suam ob breuitatem frigidus est: itaq; vt vim paruam obtinet concoquendi, sic excrementis redundare aptissimus est. Morbis autem nimirum patent, qui tali ventre constiterint.

64 Quam ob causam animātium alia non solum coitu, sed etiam sponte naturæ procreantur, alia coitu duntaxat prouenīūt, vt homo, vt equus? An quòd etsi nō aliam ob causam, tamen quòd aliis gignendi tempus breue statutum est: itaque fieri non potest, vt tempus, quod vim obtinet generandi, amplificetur, prorogeturq; sed temporum vicissitudine, commutationeq;, vt procreentur, contingit. Aliis multo generatio ampliari solet: etenim vel anno, vel decem mensium spatio confici assolet. quapropter vel nullo pacto, vel ex coitu procreentur illa, necesse est.

65 Cur Æthiopum dentes candidi, & candidiores, quàm cęterorum, vngues autem non dentibus in candore respondeāt? An vngues ideo nigricant, quia cutis etiam nigra est, & nigrior quàm cæterorum: vngues autem ex cute prouenīunt.

66 Sed cur dentes cādeant, quę nam ratio sit? An quòd albescere illa solent, quibus vis Solis humorem detrahit, dūmodo nihil superinficiatur, quo modo etiam ceram albescere nouimus. At cutem superinficit calor, dētes minime, sed totus eorū humor in vaporem à calore conuertitur, atque exhalatur.

67 Cur animantiū alia præciso capite vel protinus moriuntur, vel paulo post, alia minime? An ita afficiantur quæ sanguine carent, exiguoq; cibo contenta sunt: quippe quæ neque continuo cibum desyderent, neque in humore calor eorum diffundatur: quibus rebus priuatum animal sanguine constans, viuere nequit, illa vero sine respiratione viuere multo diutius possunt. Causam cur ita, aliàs abunde reddidimus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO VNDECIMA:

Eorum, quæ ad uocis, soniq; rationem pertinent: cuius quæstiones .LXV.

1 VT sensuum auditus maxime ab ortu naturæ offendi potest? An q̄ auditus, & vox ab eodē initio proficisci videātur: atqui locutio ex facili posse depraua-
ri videtur, quę species vocis est, eadēq; perfici difficillime potest. Indicium huius est, q̄ posteaquā nati sumus, diu obmutescimus, deinde balbutire tandē incipimus: principio nāq; nullum proferre penitus verbū valemus. Cū itaq; facile peruerti locutio possit, idemq; initium audiēdi, loquēdiq; sit. (vox. n. quædam audiēdi quoq; primordiū est) sequit vt quasi per accidens, non per se omniū facillime sensuum auditus interimi possit. Argumentū autem, facile omnino loquendi principium destrui posse, vel ex cæteris animantibus erui licet. nullum enim loqui ex cæteris potest, sed homini tantum facultas hæc data est, & hic tamen sero (vt dictum est) loqui incipit.

2 Cur omnes surdi vocē reddere per nares assolēt? An q̄ prope adsunt, vt muti sint: muti autem per nares vocē extrudunt. eo nanq; spiritus illorum cōpellitur, quia ore cōpresso sunt. quod cōpressum ideo est, quoniam lingua his ad vocē reddēdā vlui nullatenus est.

3 Cur oēs, qui natura sunt calida, magnā vocem emittere solent? An q̄ multū in his aerē, feruidumq; inesse necesse est: vis enim caloris facile ad se & spiritū trahit, & aerem: eoq; amplius id agit, quo amplior est. Vox autem magna tum q̄ritur, cùm aeris multum agitatur: vtq; acuta, cùm celeriter, sic grauis, cùm tarde aer incitatur.

4 Cur omnes surdi per nares loquūtur? An q̄ surdi violētius spirāt, quippe qui prope adsunt, vt muti sint. meatus itaq; narium ductu spiritus laxior redditur: ex quo fit, vt nisi per nares loqui non possunt.

5 Cur melius audiri quęq; in nocte, q̄ die possunt? An q̄ requies otium noctu amplior est, quoniam calor abest. vnde trāquilliora quoque magna ex parte omnia sunt: Sol enim est, qui omnia mouet.

6 Cur voces è lōginquo acutiores esse videntur? itaq; cū hōminū procul admodū absentiū clamorē imitamur, vocē acute emittimus, & similē ijs qui suā vocē in sonū astringūt tenuiorē. Et strepitus quoq; resonandi acutior

venit,

venit, quem procul abesse palā est: non. n. nisi per refractionē existere pōt. Cùm igit in stre
pitus rōne, acutum qd velox sit, tardū autem quod graue, voces è longinquo delatas tardiores videri oporteret. quæ enim feruntur, eo tardius omnia mouentur, quo longius à suo discesserunt principio, tādemq; collabuntur, & decidunt. Vtrum igitur qui imitantur, voce exili simulāt, & sono tenui agere tentāt vocem, quæ se è longinquo defert: tenuis autem grauis non est. neq; exiguus, exilisq; vocis proferendæ vsus grauis est, sed acutus sit necesse est. An non modo qui imitātur, ea de causa ita simulant, verum etiam strepitus ipsi acutiores existūt. Causa vero cur ita sit, q̄ aer, qui defertur, strepitum excitat. & quēadmodum primum illud obstrepit, q̄ aerem mouerit: sic rursus aer subinde mouēdo agat, oportet, vt partim moueat, partim moueatur. quo fit, vt continuari strepitus possit, quippe cùm perpetuo mouenti mouens succedat, donec omnis conatus mouēdi emarcescat: quę quidē res in corporibus non nisi cadere est, cùm scilicet aer non amplius impellere vel telum, vel aerem potest. Vox enim continua redditur, cū aer aerem propellit: telum autē fertur, cū corpus ab aere mouetur. Hic igitur corpus idē deferē assidue vsq; ad eū finem, dum corruat. at ibi alius atq; alius aer perpetua vicissitudine profluit, præcedenteq; subsequēs minor est. itaq; velocius quidē mouetur, sed per minus subinde aeris: qua de causa voces acutiores è lōginquo tenuiores sentimus: est enim acutum, qd velocius est, vt ambigēdo superius proposuimus. Hæc eadē causa est, cur & pueri, & ægrotantes acute, viri autem, & bene valentes grauiter vocem emittant. Cur vero propinquis auribus vox grauior, acutior ue esse minime pateat, et omnino cur similis proiectis ponderibus non sit, causa, q̄ proiectum illud, cū vnum assidue sit, idem assidue fertur: strepitus autē aer propulsus ab aere est. itaq; fit, vt pondus vnum in locum cadere tantūmodo possit: vox aūt quoquouersus spargat sese, non secus ac si proiectum pondus, dū fertur, in partes frangat innumeras, atq; etiam se retrorsum dispertiat.

7 Cur domus nup illita magis resonat? An q̄ maior refringendi datur facultas propter leuitatē. Leuis autem ideo est, quoniam continens adhuc, rimisq; immunis penitus extat. Non tamen admodū humidam volo intelligi: nulla enim refractio de limo effici potest. Hęc profecto causa est, cur ēt opus omne tectorium magis resonet. Quinetiam aeris immobilitas fortasse aliqd facit: congestus enim vniuersusq; cùm * sit, occurrentem illum re torquere vehementius potest. *procedit

8 Quā ob causam si quis dolīū, & lagenas, & cætera id genus figulina inania obruat, operiatq;, domicilia resonare amplius possint: necnō si puteus, vel cisterna, vel aliqua fouea in domo sit, magis magisq; ita fiat, necesse est? An q̄ ratio resonandi non nisi refractio est, *sic. n. potissimum resonādi illa reciprocatio nascitur. Ergo puteus, & quælibet fouea angustiam obtinet, & aerē colligere potest. dolia, cæteraq; ficilia densitatē quoq; suæ ambientis formæ præ sese ferunt. Itaque vtraq; de causa illud euenit. concaua. n. omnia magis sonant, & æs quoq; ob eam rē sonitū præcipue omniū reddit. Nec vero absurdum, q̄ obruta illud faciant: vox enim non minus in ima se defert. denique quoquo versus, atque etiam in orbem ferri putandum est. *Cod Græ. hæc addit, comprehensum aerē cōgestum vnà cum sumq; esse oportet, ac occurrentē illum reuolui, a quo refrangat haberi.

9 Cur si vasa gs inania obruerit, faciet vt magis ædificium resonet? An q̄ vasa soliditate, perpetuitateq; sua melius & cōcipiūt, & continent aerem, simulq; accidit, vt ictus vehementior effici possit.

10 Cur aqua frigida de eodē profluens vase acutius, q̄ calida obstrepit? An q̄ delatio aquę frigidæ velocior est: grauior. n. frigida est. acutiorem autem strepitum reddit, quę velocior est. calor vero & raritate alleuat, & elatione. Proximum illud est, q̄ faces quoq; ardentes ictum faciunt imbecilliorem.

11 Cur homini qui vigilauerit, vox asperior redditur? An q̄ eius corpus ob cruditatē hui mescit, maximeq; loco superiori, vnde caput quoq; grauescit. Et cū fauces humore redundent, vocē asperiorē existere necesse est. aspe
ritas. n. ob inæqualitatē, grauitas propter obsepti onem exultat, retardius enim fertur.

12 Cur cibo ingesto mox tenor frangitur vocis? An q̄ mēbrum illud voci tributū crebro cibi occursu perclusum concalescit, concalescens humorem attrahit, qui ob allūpti cibi humefactionem & largior est, & paratior.

13 Quare qui flēt, vocē mittunt acutiorē, qui rident, grauiorē? An q̄ alteri suā ob debilitatem parū spiritus mouent, alteri vehementer intendunt: qd facit, vt spiritus velocius ferri possit. velox aūt omnis acutus est, quippe qui ab intento, plectus corpore, ferat velociter. contra qui ridet, resoluit, & debilitat, itaq; vocem grauius edit. Quanquā ægri acutā emittunt vocem, parum. n. aeris mouēt. At vero qui ridēt, non solum parum, sed etiam leuius mouēt. Ad hęc qui rident, spiritū calidiorem emittunt, qui flent frigidiorem. dolor enim refrigeratio pectoris est. Calor itaq; multum

aeris mouet,ita vt tarde feratur:frigor autem parum ciet. Idem vel in tibijs fieri nouimus. enimuero qui ſpiritu inflant calidiori, multo tardius agunt.

14 Cur pueri, cæteraq; recens nata animalia vocem reddunt acutiorem, q̃ quæ perfecta ætate ſunt, cùm tamen omne acumen vehementia ſit? An q̃ vox motio aeris eſt,& acutior quæ velocior:facilius autem,& velocius parum,quàm multum aeris mouetur. Moue tur autem quoties vel à frigore cogitur,vel à calore diſcernitur. Sed cùm inſpiratio frigida admiſſio ſit,interior nimirum aer tãtiſper cogitur,cùm ſpiritum capimus. cumq; expiratio caloris emiſſio ſit,aere ſanè à calore citato, vox effici poteſt: cũ enim ſpiritũ reddimus, non cùm capimus,vocem formamus. Cũ autem nouella calidiora ſint, q̃ vetuſta, ſuosq; meatus habeant arctiores, minus in ſe aeris poſſunt continere. cumq; calor qui moueat, amplior in his inſit,res aũt quę moueatur,minor ſubſtet, velocius vtraq; de cauſa aer moueri põt. at ſi velocius, vox certe acutior dabitur,ob ea ipſa,quæ ante retulimus.

15 Cur vocem qui flent,acutiorem emittunt, qui rident, grauiorem? An qui flent,intẽdendo,contrahendoq; os,vociferãtur:itaq; propere aer interior corpore intento mouetur. cumq; per os tranſeat anguſtum, ferri velocius poteſt. vtraq; igit̃ ratione fit, vt vox acuta edatur. Contra qui ridẽt, remiſſo ẽorpore, hiſcenteq; ore rident,cum igitur ob eam rem late,tardeq; profundant aerẽ,merito vocem emittunt grauiorem.

16 Cur vocẽ reddũt acutam, qui expertes ſeminis ſunt, vt pueri, mulieres, decrepiti, ſpadones: grauem autẽ viri, qui firmiſſima ſunt ætate? An ea cauſa eſt, qua linea, cæteraq; tenuia dimẽſionem vnam dũtaxat ſortiuntur: craſſa autem,plenaq; plures obtinent:itaque vox etiam tenuis vnam dimenſionem habuerit. vnum autẽ & efficere, & mouere facilius eſt,q̃ plura. Ergo cũ prædicta illa ſpiritum habeãt imbecillũ, non niſi parum aeris,moueri ab illo ſpiritu poteſt. Minimus autem eſt, qui dimenſione vnica conſtat,quem prædictis rationibus tenuem eſſe, vocemq; talem ab eo proficiſci neceſſum eſt: vox autem acuta,quę tenuis eſt. Igitur qui prolifico illo ſemine carent,vocẽ hinc merito reddunt acutiorẽ. Viri robuſti,quoniam ſpiritu valeant,multũ aeris incitare queunt: q̃d cùm multum ſit, lente mouetur,vocẽq; efficit grauiorẽ. motu.n. veloci,& tenui vocẽ reddi acutã iã conſtitit,quorum neutrũ,vt in viro poſſit exiſtere, accidit.

17 Cur voces noſtræ grauiores ſint tempore hyberno? An q̃ aer interior tunc, & exterior craſſior eſt: craſſior autem cũ ſit, tardius moueturitaq; vox grauior non imerito fit. Adde q̃ ſomnolentiores hyberno tempore ſumus, q̃ æſtiuo, plusq; temporis obdormire ſolemus:ſomnus autẽ facit, vt membris grauioribus ſimus. Quo igitur tẽpore plus dormimus, q̃ vigilamus(q̃ hybernum profecto eſt)hoc vocem effici grauiorem, q̃ qui è contrario agitur,ratio eſt. cùm enim tempus vigilandi quod interuenit,breue ſit, habitus corporis,qui inter dormiẽdum cõmittitur,pmanere vicq; ad ſomni repetitionẽ nimirum põt.

18 Cur ex potu, vomitu, atq; frigore vocem emittimus grauiorem? An faucibus interſeptis, quam rem pituita ſubſiſtendo cõmittit: quippe quę aliquid fluxionis in eas detrahat, alijs vomitus,aut potus,alijs præſentis tẽporis qualitas per obſtrictionem fauces reddit anguſtiores. itaq; delatio ſpiritus tardius agitur: quæ autem tarda delatio eſt, grauem hęc efficit vocem.

19 Cur vox grauior è propinquo magis, q̃ è longinquo ſentiri poteſt? An q̃ grauior plus quidem aeris mouet, ſed nequaquam in longitudinem. ergo à longe minus ſentitur, quoniam per minus ſpacium ſe deducit: è propinquo autem magis, quoniam plus aeris ſenſorium ferit audiẽdi. Acuta procul ideo audiri poteſt, quoniam tenuior eſt: tenue aũt omne augeri in longitudinẽ poteſt. Dixerim etiam, q̃ motio, quæ vocem reddat acutiorem, velocior eſt: quod fieri poteſt, ſi vt dẽſus, ſic anguſtus ſpiritus ſit, qui aerem mouet. nam & exiguus aer mobilior eſt, qppe qui ab anguſto moueri queat: denſus plures efficit ictus, qui ſtrepitum reddant. Licet hoc in muſicis perſpicere inſtrumentis. fides nãq; tenuiores cæteris eiſdẽ ſubſtantibus acutius conſonãt.

20 Cur vox acutior illis eſſe videt̃, qui lõgius abſunt? cùm tñ acuminis ratio ſita in eo ſit, vt velocius ferat̃, & quod lõgius fertur, moueri tardius ſoleat. An q̃ vocis acumẽ non ſolum in velocitate mouẽdi, ſed obſtrepẽdi ẽt nimia tenuitate conſiſtat. Qui autẽ longius abſunt, vocem tenuiorem excipiũt ob aeris, qui mouetur, exiguitatẽ. motus enim ita marceſcit: vtq; numerus emarceſcens in vnitatẽ relabi tur, ſic corpus in vnicã dimenſionẽ extenuatur, quæ tã in corpore, q̃ in voce tenuitas eſt.

21 Cur vocem acutã & exercitati reddunt, & debiles? An debiles, quia parũ aeris mouent: parum autem, q̃ multum velocius fertur. Exercitati vero aerẽ excitant vehementius: aer excitus vehemẽter velocius ferẽ: acutum autẽ in voce id eſt, quod velox in delatione.

Cur

22 Cur vox corrumpi his ſoleat, qui cibo ingeſto clamitarũt? itaq; omnes, qui vocẽ exercent, vt hiſtriones, ſaltatores, & cæteros generis eiuſdem, mane, ſeiunoq; ore exercitationem adire licet inſpicere. An vocem corrumpi non aliud eſt, quàm membrum, qua ſpiritꝰ tranſmeat, corrumpi. Quocirca rauci quoq; voce corrupta ſunt, non quòd ſpiritus vitiatus eſt, qui vocem afformat, ſed quòd exaſperata arteria eſt, quæ vehemente cõcalefactione exaſperari maxime ſolita eſt. Quamobrẽ neq; qui febriunt, neq; qui vehemẽter febrierunt, ſtatim cùm febris ceſſauerit, cantare queũt: ſunt enim aſperis nimio ex calore faucibus. Cibis autem ſpiritum & largum reddi, & feruidum conſentaneum eſt: qui talis autẽ eſt, exulceret arteriam tranſmeando, atq; exaſperet, ratio eſt. quod cùm inciderit, merito vox deſtrui poteſt.

23 Cur vox, cùm aer quidam formatus ſit, & qui cùm fertur, formam ſæpe illam amittat, echo, ideſt reſonantia fiat? cùm enim aer vehemẽtius in aliquod ſolidum offenderit, vox non diſſoluitur, ſed eandem expreſſe recipro cantem audimus. An quòd refractio eſt, non perfractio: ſic enim cum totum permanet, tũ partes ab eo duæ vniformes proficiſcuntur, quippe cùm per ſimilem angulum refractio exiſtere ſoleat: itaq; vox reſonandi ſimilis primæ efficitur.

24 Cur cæterorum animaliũ nouella, recẽſq; edita vocem mittunt acutiorem, quàm quæ perfecta ætate ſunt: vituli autem grauius mugiunt, quàm boues perfecti? An quòd infans quoq; in genere ſimilis fœminæ eiuſdem generis eſt. boum autem fœminæ grauius mugiunt, quàm mares, cùm cætera è contrario agant: at vituli ſimiliores fœminis quàm maribus ſunt: ergo vocem hi grauiorem emittere debent.

25 Quam ob cauſam paleis in orcheſtra ſparſis, chori vox minor ſentiatur? An propter aſperitatem: vox enim pauimento minus leui occurrens, vt minus vna, ita minor exiſtit, quippe quæ minus continua ſit: quomodo etiam lux amplior reſplendet in leuibus, eo quòd nihil impedimenti interuenit, quo interpelletur.

26 Cur ſal igni ingeſtus mouere crepitũ ſoleat? An quia ſal parum humoris intra ſe cõtinet, quod mox à calore ignis conuerſum in ſpiritum, violentoq; exiliens impetu ſalem rumpit: omne autem quod rumpitur, mouere crepitum ſolet.

27 Cur pueri nonnulli, antequã ætas veniat, qua vocabula ſuo tẽpore explanare poſſint, fari incipiãt, & vbi aliquid expreſſe dixerint, rurſus obmuteſcãt, atq; vt prius degãt, quouſque ſolitum tempus loquendi accedat? quæ quidem à pleriſq; portẽta eſſe putantur. iam aliquos etiam ſtatim cùm in lucem euenerũt, locutos eſſe proditum eſt. An magna quidẽ ex parte ſecundum naturam homines prodeunt, itaque illud paucis accidit, ſed naturæ ratione ſimul hæc cõtingere, ac perfici ſolẽt. quamobrem ſimul & audiũt, & vocem emittunt, ſimul & intelligunt facultate audiendi, & loquuntur, & explicant. Euenit tamen interdum ne hæc ſimul contingant, ſed vt alij prius intelligant, quàm membrum id abſoluatur, quo loqui poſſumus: alij contra, qui ſci licet quæ loquãtur, intelligere nequeãt. Quæ enim audierint, ſimulate eadem reddunt: ſed cùm tempus affuerit, vtroq; iam munere naturæ fungi incipiant. Quibus autẽ prius ſenſa auditus in anime valeant, quàm membrũ id abſoluatur, quo primo vocem mouemus, orationemq; condimus, ijs nonnunquã, vbi iam multa intellexerint, facultas quoq; membri illius, & abſolutio propere contingit, maxime quidẽ à ſomno. Cuiꝰ rei cauſa eſt, quòd ſomnus data requie tum corpora tota, tũ mẽbra ſingula facit ſegniora. Sed fieri poteſt, vt vel ob aliam huiuſcemodi mutationẽ idem eueniat. Complura autem ſunt, quæ vt efficere valeamus, breuiſſimi temporis adiumento opus eſt, & tamen eadem poſtmodum æque agere nequaquam poſſimus. Quoties itaq; membrum illud ita ſe habet, vt liberum abſolutumq; ſit, efficitur quod per auditum intelligentiam mouit, idem cùm pendet, fluitatq; in ſenſu, remanet, verbumq; reddat. Hinc nobis & carmina, & vocabula ſæpenumero nõ ex voluntate occurrunt: & quæ prius volũtate petita diximus, eadem poſtea non volũtarie dicimus: hinc etiam ſæpe quæ nouimus, ore explicare non quimus. ita fieri poteſt, vt pueri aliquid dicant, rurſusq; membrum, cui fandi data poteſtas eſt, redeat ad ſuam naturam, ac obmuteſcat, dum tempus corroborãdi, abſoluendiq; vltimum veniat.

28 Cur aliqua obſtrepunt, mouenturq; ſubito, vt arcæ, quæ nullo mouente, quod ſenſus mouerit, concitantur, & crepant, cùm tamen potẽtius eſſe debeat, quod mouet, quàm q̃d mouetur. quæ eadem quæſtio etiam de corruptione, ac ſenectute eſt: quippe cùm à re in ſenſibili omnia corrumpãtur, quæ à tempore pereunt. An ſimile guttis hoc eſt, & lapidibus, quos plantæ emergentes attollunt, atq; reijciunt. non enim quod vltimum actionis eſt, id vel attollit, vel mouet, ſed hæc vniuerſa

continuatio

continuatio efficit: qua quidem re insensibili accidit, vt motus ille sensibilis nascaꝰ. Sic etiã res cõtenta spacijs sensibilibus temporis mouetur, atq; in partes digeritur insensibiles: vniuersi tamen, et continui ratione exultat et motus, & obitus. Cõtinuum autem illud non in instanti temporis, sed in tempore, quod ab instanti determinatur, situm profecto est.

29 Qua de causa oscitantes minus audire possimus? An quòd multum spiritus effluentis inter oscitandum aures etiam intrinsecus subit, vt motio vel sensus pcipi possit, quam trudit ad aures, maximeq; post somnum: strepitus autem vel aer, vel aeris affectio est. Igitur cùm interior renititur exteriori illi occurrenti, efficitur, vt motus interioris strepitùs motum exterioris retorqueat, atq; offuscet.

30 Cur pueri magis, quàm viri lingua hęsitãt? An vt etiam manibus, pedibusq; pueri minꝰ valemus, & infantes ambulandi omnino facultate caremus, sic etiam linguæ parum cõpotes pueri sumus, & infantes verbum nullũ referre possumus, sed more brutorum animãtum vociferamur, videlicet causa imbecillitatis, quæ non solum hæsitatem linguę, sed etiã balbutiem, blæsitatemq; faciat: quippe cùm blæsitas sit literam quandam exprimere non posse, eamq; non quamlibet, sed certam: balbuties vel literã prætermittere, vel syllabam: hæsitas alteram alteri syllabam iungere propere non posse. Quæ quidem omnia imbecillitate eueniũt. lingua enim subministrare intelligentiæ non potest. Itidem etiam vinolenti, senescq; afficiuntur propter debilitatem: viris autem hæc minus vsu eueniunt.

31 Cur vox hominum tam metuẽtiũ, quàm trepidantium obtremiscere soleat? An quòd *cum angore certantiũ emigrãte calore cor cõquatitur. nam vtriq;, & trepidantibus, & metuẽtibus accidit, vt ita afficiantur. cùm cor autẽ conquatitur, ictus nequaquã effici vnus potest, sed plures proficiscãtur, vt è fidibus laxius intẽtis, necesse est.

32 Cur vocem homines trepidãtes grauem, metuentes acutam reddãt? An quòd metuẽtibus locus cordis refrigeraꝰ, cùm calor deorsum se defert, ita quòd parum aeris excitare possint: vires enim positæ in calore sunt. Trepidantibus autem calor loca petit superiora, vt etiam pudore affectis effert idem sese ad faciem: cuius indicium est, quòd plenius erubescũt. Resoluit igitur, multumq; aeris, quo loquimur, efficit: hic autem tarde propellit: tardum vero non nisi graue in voce est.

33 Cur nox ad audiendum aptior est, quàm dies? Vtrum (vt Anaxagoras ait) quòd aer interdiu stridet à Sole cõcalefactus, et obstrepit: noctu requiescit, vtpote cùm omnis calor abfuerit. tunc autem quęq; audiri melius possunt, cùm nullus strepitus est. An quòd per inanius facultas audiendi amplior, quàm plenius datur. Est autem aer interdiu densus, vt qui luce, radijsq; refertus sit: noctu autem rarior, quòd ex eo ignis, & radij decesserũt, quę corpora esse dixeris. An quòd corpora multifariam interdiu vim intelligendi dispertiuntur, in quę res varias deducunt: itaq; clara audiẽdi eripitur sensio. Et eo quòd omnia die magis quàm noctu agimus, ipsa quoq; intelligẽtia negocijs corporis impedita est. sensus autem vbi seiunctus ab intelligentia est, laborẽ velut insensibilem habet: vnde dictum, mẽs videt, mẽs audit. At vero noctu cũ noster intuitus omni sit munere liberatus, magisq; intelligentia requiescat, meatus aurium vel amplius patent, vel nihilominus quàm die, vt capax sonorum pariter est, sic melius eosdẽ sonos referre ad intelligentiam potest: quoniã nec ipsa intelligendi vis quippiã agat, nec ab aspectu tentetur, vt fieri interdiu solet.

Cur omnes, qui humore prolifico vacant, 34
vt pueri, mulieres, decrepiti, & spadones, vocem reddunt acutam, viri autem, qui firma ætate sunt, grauiorem? An propter membri imbecillitatẽ, quod mouere aerem solet. mouet enim exiguum aerem, quod imbecillum est: exiguus velocius fertur: quod velociter fertur, acutum est. An quòd primus meatus, qua vox permeare solet, omnibus semine vacuis pusillus est: itaq; exiguum proficiscì ab eo potest, quod aera moueat: exiguum vero cũ sit, velociter per amplas superiores fauces fertur. At viris ætate vigẽtibus hic amplior habetur, vt etiam qui ad testiculos pertinet: itaq; aer plurimus est, qui inde propellitur tardior: ergo cũ trãseat, merito grauior reddi ꝓt.

Cur homines lingua hæsitantes loqui ne- 35
queãt voce submissa? An quòd offensaculo quodam vox sistitur, retineturq;. Sed cùm non pares requirantur vires, aut similis motus, cũ quicquam nõ impedit motum, cumq; impedit, enitendum omnino est: vox aũt motus est, vocemq; altiorem solẽt emittere, qui pro viribus conantur: ergo cũ ad expellendum quod obstat, enitendum sit, altius eos lo qui necesse est, q linguæ hmõi vitio tenẽtur.

Cur ijdem illi trepidantes magis, quàm vi- 36
nolenti, hæreant lingua? An quoniam affectus hic similis generi stuporis, quam apoplexiam vocamus, parti interiori cuipiã tribuendus est, quam partem mouere nequeant impedientem propter suam refrigerationem. Vinum igitur, quod sua natura calidum est,

refrigerationem

refrigerationem tollit, trepidatio facit. Est. n. trepidatio metus quidam: metus autem refrigeratio est.

37 Cur strepitus extrinsecus magis intus audiẽ, quàm intrinsecus foris? An quòd intrinsecus cùm vasta, immensaq; adeat spacia, discerpitur, dissipaturq;, vt pars eiꝰ vel minime, vel minus sentiri possit. Extrinsecus vero cũ vox sese in locum arctiorẽ, stabilioremq; aerẽ conferat, vniuersa ingreditur: itaq; cùm maior sit, non immerito melius potest audiri.

38 Quam ob causam qui lingua hælitant, melancholico habitu constant? An quòd prope re sequi imaginationem, non nisi esse melancholicum est. Hæsitantes autem illi tales proculdubio sunt. impetus nanq; dicẽdi præruit, anteceditq; facultatem eorum, vtpote cũ animus visa sequatur. Balbis etiam idem accidit: hos etenim omnes membra voci accommodata tardiora habere certum est. Indicium vero, quòd tales vinolenti redduntur, cùm suas maxime imaginationes, non rõnẽ sequũtur.

39 Cur porrum prosit ad vocem sonorã? nã & perdici commodum eadem in re nouimꝰ. An quòd allium quoq; elixum delinit: & quidem porrum lentitiam quandã obtinet, quæ fauces detergere possit.

40 Cur cætera animalia vocem tum acutiorẽ emittũt, cùm validiora sunt: homo autem, cũ inualidior est? An quòd homo inualidus exiguum aera mouet, aer exiguus velociter permeat, velocitas strepitum reddit acutiorem.

41 Cur melius audimus cùm spiritum retinemus, quàm cùm reddimus? itaq; minus spirare in venatione præcipitur. Vtrum quòd per venarum elationem vis sentiendi locum petit superiorẽ. cùm enim dormimus, deorsum se defert, & crebrius tũc reddimus, quàm dormimus spiritum, minimeq; audire valemus. An etiam sanguis, cùm reddimus spiritũ, ascẽdit: itaq; pars superior impletur, cùm tamen per inane audiamus. An quòd et flatio strepitus quidem est: hic autem expirando eueniẽs vim obtundit audiendi.

42 Cur sal exiguus ocyus crepat, & exilit: vehementius autem & crepat, & exilit, qui plenior est? An quòd exiguus rũpi celerius potest: haud enim multum id est, quòd subeat ignis oportet, cùm sal ipse totus exiguus sit. Plenior autem ille lentius domatur, quòd plꝰ negocij est magnum disrupisse, quàm paruũ. crepat paruus parum, quia paruus inuehitur ictus; maior magis, quia magno agit ictu: crepitus autem ictus est. quod etiã robustius est, magis exilit, quoniam minus cedit.

43 Cur si salem eadem magnitudine, qua modico igni ingestꝰ crepet, nimio inieceris igni, vel nihil, vel minus crepabit? An quòd prius abigne corrumpitur, q̃ rumpi possit. combutitur enim humor, quòd consumptus est, crepat quòd discissus, disruptusq; est.

Cur oscitãtes minus audire valemus? An 44
quòd spiritum intercludimus, qui se ad aures trudat. indicium, quòd strepitus in auribꝰ nascitur, cum oscitamus. circunuentus autẽ, intercluisusq; illis spiritus facit, vt minus audiamus. Ad hæc vox oscitantibus quædam ostenditur, quæ vim audiendi interpellare potest: & comprimi vero aures necesse est, quoties corpus se distrahit, atq; intendit.

Cur vox, cũ apta sua natura sit in sublime 45
efferri, vt quæ aer quidem sit, nõ infernus fertur sum, sed superius deorsum melius audiri potest? An quòd vox aer quidã iunctus humori est, qui pondere humoris grauescens deorsum labitur, nõ sursum effertur: humoris nãque secundum naturam interest, vt deorsum ferat: itaq; abimis sentiri plenius potest. An hoc voci duntaxat animalium reddi debeat, hæc enim non sine humore profluit illud vero accidere nimirum vel in cæteris omnibus strependi generibus nouimus. Ergo vt vitus si superius deorsum pciderit, sursum versus reflectetur, sed si inferius sursum perrenderit, deorsum se flectet: sic vox, quæ sua natura cogitur sursum ferri, vbi aeri sibi aduerso occurrerit, cũ per vim nequeat eum propellere, qui & amplior & grauior est reflexa in partẽ aduersam deorsum se defert. itaq; aer, qui ore motus, percurrerit, retorqueꝰ, & ad ima collapsus sentiri inferius magis potest. Tale etiã est, quod in resonando fieri solet: vocis enim reflexus in partem contrariam agitur.

Cur vinolentis potius, quàm sobrijs fran- 46
gi vox soleat? An repletio facit, vt vox celeriter frangi possit. cuius rei argumẽtum, quòd neq; chori, neq; lũdiones statim à prãdio, sed [illegible] iciuni vocem exercere consueuere. cũ igitur vinolenti impleti sint, meritò voces eorũ potius frangi solent.

Cur vocem acutiorem longius audire pos- 47
sumus? An quòd vocis acumẽ velocitas est: moueri autem ocyus solent, quæ vehementius feruntur: quæ autem vehementius ferũtur, hæc longius fieri possunt.

Cur spiritu retento melius audire valemꝰ? 48
An quòd respiratio non nihil strepitus mouet. merito ergo tunc melius sentimus, cùm strepitus minus est: minus autem strepitus tum est, cùm spiritum retinemus.

Quamobrẽ lux quæ tenuior, & velocior, 49
& deductior est, corpora penetrare densa nõ

potest,

poteſt,ſtrepitus autem poteſt? An quòd lux directo itinere fertur: itaque ſi quid recte illi profluentiæ lucis obuium ſepiat,lucem pen tus diſcludi neceſſe eſt. At ſtrepitus quia ſpi ritus eſt,ferri non recte etiam poteſt:itaq; effi citur, vt ſtrepitum ſentire vndiq; liceat,nõ eũ tãtum,qui ſe recte noſtris auribus obtulerit.

50 Quare qui rident,vocem grauiorem emit tunt,qui flent acutiorem? An quòd corpore intento vox acuta depromitur:infirmum au tem quod acutum eſt. Quæ vtraq; in flentib⁹ ineſſe potius nouimus:ſunt enim & intẽtio ri corpore,& infirmiori.

51 Quamobrem cùm vox aer quidã forma tus ſit,& ſæpius diſſoluatur,cùm fertur:echo autem,id eſt reſonantia fiat,ícto eiuſmodi ae re in ſolidum quippiam:vox ipſa non diſſol uatur,ſed expreſſe eadem percipi poſſit? An quòd aer refringitur,ideoq; totum à toto ,pfi ciſcitur. Tum etiam affectus hic non niſi de re ſimili exiſtit:quippe cùm aer reflecti de ae re ſoleat in cauo,non de cauo.

52 Quamobrem cùm ſimul vocẽ multi emit tunt,vnusq; tantum quãtum ſinguli reddit, multorum vox illa neq; parẽ voci vnius of fert ſeſe, neq; longius pro ratione deducit? An quòd ſinguli proximum aerem propel lunt,non eundem,niſi paulò tenus: quod ſi mile euenit,vt ſi multi quidem proſciant la pidem,ſed ſingula,aut magna eorũ pars mit tat diuerſum. neq; enim ibi longius, aut pro ratione longe lapis vllus deueniet,neq; hic lõ gius cunctorum,quàm vnius vox poterit au diri:vox etenim tanta non vnius eſt,ſed mul torum. Recte igitur propinquo vox multa eſ ſe pro ratione videtur, quandoquidem lapi des quoq; illi multi ita videri, atq; idẽ aſſequi poſſunt. at è longinquo plus, quàm ſingulæ ſint,ſentiri non poteſt.

53 Cur trepidantes vocem reddimus grauio rem,metuentes autem acutiorem? quanquã etiam pudor genere metuendi cõtinetur. An multũ inter ſe affectus hi diſtant. quos enim puduit,erubeſcunt:trepidatio autem pudor quidam eſt. qui vero metuunt, pallent. Conſtat igitur calorem in metu partem ſuperiorẽ deferere,vt parum aeris præ ſua exilitate mo uere ſpiritus poſſit:velociter autem ferri po teſt,quod exiguum eſt:vocis vero velocitas non niſi acumen eſt. Iis contra, quos puduit, calor partem ſuperiorem,id eſt pectus pete re ſolet:cuius rei indicium erubeſcens facies afferẽ. ampliorem autem aerem ampliorpotẽ tia mouet. tardius vero omne fertur, quod amplius eſt, tarditasq; in vſu vocis non niſi grauitas eſt.

Quæ cauſa eſt,vt lingua hæſitantes aliqui 54
fiant? An membri,quo loquimur, refrigera tio cauſam habet,& tanquam ſtupens,et atto nitum membrum id eſt:itaq; vino, continen teq; oratione concalefacti,verba facilius poſ ſunt copulare.

Cur homo ſolus ex omnium animãtium 55
numero lingua hæſitans oritur? An quòd ſo lus compos ſermonis eſt,cætera vocem tan tum obtinent. Qui autem lingua,hæſitãt,vo cem quidem producunt,ſed verba copulare, ſermonemq; condere nequeunt.

Cur ſobrij tempore hyberno vocem acu 56
tius mittimus,violenti autem æſtiuo grauiusꝰ An vox acutior,que velocior eſt: velocior au tem,quæ corpore intento ſe promit. Sobrio rum vero,hyemeq; corpora magis conſtant, quàm vinolentorum,æſtateq;:calores enim, teporesq; corpora reſoluunt,atq; elaxant.

Cur homo ſolus omnium animãtium lin 57
gua hæſitans prouenire poteſt? Vtrum quòd etiam mutus ſolus exiſtit:linguæ autem hęſi tatio mutitas quædam eſt:nec mẽbrum, quo loquimur, abſolutum habetur. An q homo ſolus compos eſt ſermonis, cætera autem vo cem duntaxat ſortiuntur: linguæ autem hæſi tatio,vt nomen declarat, vnum non eſt, nec promptam,continentemq; parit orationem.

Cur homini vox ſerius perfici ſolet,quàm 58
cæteris,quibus data eſt vocis proferendæ fa cultas? An q vocis humanę genera,& diſcri mina quãplurima ſunt: cætera enim anima tia literas, vel nullas, vel paucas exprimere poſſunt. quod autem ſumme varium,pluri misq; diſtinguendum differentijs eſt,id tem pore longiſſimo perfici neceſſe eſt.

Cur cæteræ ſpeciei eiuſdem animantes vo 59
cem fundũt eandem: homines autem variã, & multiplicem agunt? An hominum etiam vox vna eſt,multa autem genera loquendi.

Sed cur communis hæc vna hominum va 60
ria eſt,cæterorum autem ſimplex? An homi nes multas ꝓferre literas poſſunt, cætera vel nullam,vel duas, aut tres exprimũt inſonas, quæ vocalibus iunctæ locutionem conficiũt. Oratio autem non voce,ſed vocis affectioni bus ſignificando abſoluitur: at vocis affectio nes literæ ſunt. Quinetiam pueri nõ ſecus,ac beſtiæ ſuas exprimunt appetitiones, vtpote qui nondum proferre literas poſſunt.

Cur aſpectus corpora penetrare ſolida nõ 61
poteſt,vox autem poteſt? An q aſpiciendi de latio ſimplex eſt, quæ per directum profluꝛe re ſoleat ad lineam:cuiꝰ rei indicium, Solis ra dius eſt, & q niſi è regione cernere non poſ ſumus:vox autẽ motu multiplici ferri poteſt,

quippe

quippe cùm vndiq; liceat audire. Quoties igi tur aſpectui directus ille impeditur progreſ ſus,eo ſcilicet,quòd res obiecta, meatuum in condita,ſiue indiſpoſita turba cõſtipatur,trã ſpicere nequit. at vox,quoniam quoquo ver ſus profertur,omnia proreptat,penetrat, trãſ lapſa audiri vndiq; poteſt. in humoribus ta men facultas tranſpiciendi oculis data eſt: vo ci autem nulla, vel minima, quanquam hu mor tenuior,quàm terra eſt:quoniam humo ris meatus parui,denſi, continuatiq; ſunt, vt minime aſpectus impediatur,quo minus tra mite directo ingredi poſſit. Hęc eadem cauſa eſt,cur etiam per vitrum,quod denſiſsimum eſt,tranſpicere liceat:per ferulam,quę rara,ſo lutaq; eſt,nõ liceat:in altero enim meatus re ſpondent inter ſeſe,in altera variãt. Nec quic quam iuuat amplos eſſe meatus, niſi recte ad lineam poſiti ſint. Vox autẽ minime in aqua ſentiri poteſt, quoniam minus aqua inanit, quàm vt aerem capere,vocemq; tranſmitte re poſſit:vox enim aer quidã eſt. Haud enim omne rarius permeari ſe patitur,niſi etiã mea tus ei reſpondeant,quod permeare conetur, & congruant,vt vis etiam colligendi,& con trahendi ſeſe deſit,niſi meatus capaces corpo rum ſint:quanquam quod rarum eſt, molle eſt,& tale,vt in ſeipſum coire poſſit. Verum nonnulla prę nimia ſuorum meatuum angu ſtia colligi impediuntur,vt vitrum:quippe vt flecti,contrahiq; non queat, quamuis rarius ferula eſt,ratione prædicta:vt etiam aqua,& quicquid aliud generis eiuſdem. Vnde illud quoq; palam fit,nõ quod rari⁹ raro, molliq;, vel eodem,vel proximo eſt,id magis in ſeip ſum colligi poſſe,& adduci:cauſa enim omni bus eadem reddenda eſt.

62 Cur vox quamuis minor reddatur adimẽ do,ſpeciem tamen ſeruat eandem? An quòd cum his ipſis miſcetur,quæ dempſeris. res au tem miſta non partim eſt,partim non eſt, ſed vſquequaq; talis eſt. eque igitur quibuſdam vndiq; detractis,eque contrahitur,vt neceſſe ſit ſimul & minorem eſſe,& ſimilem.

63 Quid eſt, quod linguam faciat hæſitare? Vtrum calor efficiat,vt procaciores ſint: vti que offendendo adhærent quaſi in ſalebris, quomodo affici iratos homines nouim⁹: in cenduntur enim, incitantur, anhelitant, qui ſpiritu redundãt:igitur prę nimio caloris fer uore. Anhelant autem,quoniam frequẽs ſpi ritus eſt,nec anticipat, quatenus ſe tempore reſpirãdi promere poſſit. An potius contra, vt loci,quo vocẽ mittimus, refrigeratio cauſ ſam det,tanquam membrum id attonitũ obſ ſtupeſcat:itaq; afficiatur,vt vel concalefacti à vino,aut perpetua oratione verba expediti⁹ poſſint copulare.

Cur tẽpore hyberno voces grauiores red 64
duntur? An quòd aer craſſior eſt:talis autem cùm ſit,motus tardior prouenit: itaque vox redditur grauior. An quòd aer perfectus len tius permeat,fauces autem interſepiri,& con ſtringi à frigore,pituitaq; deſtillãre cogũtur.

Cur pueri,mulieres,ſpadones,ſenesq; vo 65
cem reddant acutam? An quòd motus velo cior,qui acũtior eſt. & cùm genus idẽ ſit,mo tu facilius eſt,quod minus,quàm quod plus eſt. Quamobrem qui firma ætate ſunt, plus aeris trahere poſſunt:plus igitur illud tardius permeãs vocem efficit grauiorem. Pueris,& ſpadonibus contra res euenit, quoniam mi nus aeris capiunt. Senes autem ideo tremũt, quoniam vocem cõtinere nõ poſſunt,quo modo imbecillibus,ac pueris vſu venit, cùm lignum prolongum parte extrema ceperint. alterum enim extremum quatitur, quia ne queũt ſupeꝛare quod tenẽt,& vincere: quod idem & trepidantibus hominibus,& metuẽ tibus,& rigentibus cauſam vocis tremulæ af ferre credendum eſt. Cùm enim qui vocem ita emittit,cius calor pulſus ab affectibus illis intro ſe colligat maxima ex parte, reliquum quod exiguum exrat,vocem continere non poteſt:quapropter quatitur, atque intremit. Vnde artiũ liberalium profeſſores,qui ſe ſo litos trepidare nouerunt,principio agunt vo ce ſubmiſſa,dum reſideant,& ſtabiliantur:vo cem enim exiguam vincere, continereq; fa cilius poſſunt.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DVODECIMA:

Eorum, quæ ad res bene olidas pertinent:

cuius quæſtiones, XIII.

1 VT ſuffimenta oia minus è pro pinquo ſentire poſſimus? Vtrũ quòd odoris delibatio aere tem perata validior redditur,vt myr rha medicinalis ſuauior eſt. An *efluxio
contra agitur,vt ignis vi ſua cremandi tollit odorem,qui per ſuffitum effluat. & quidem apud carbones ipſos nihil redolent, longius vero purius,tenuiſſimumq; ferꝛi,quod oleat.

2 Cur odores tam ſuffimẽtorum,quàm flo rum minus ſuaues è proximo ſentiantur: Vtrum vnà cum odore terræ quoq; particu læ prodeunt,quæ præ ſuo pondere ante cur-

tum,

runt,quàm ad ſenſum odor deueniat:itaq; lõgius ille ſyncerum ſe offert. An neq; cũ principium proximum eſt,neq; cùm admodum ſemotum,odor abunde effluere poteſt. Nã ſi proximum,nõdum large emanat:ſi remotiſſimum,diſcerpitur.

3 Arbores reddi odoratas aiunt,in quas cœleſtis arcus decubuit. Vtrum verũ hoc ſit,an falſum? Et ſi verum,quam ob cauſam ita euenit? ergo nec omnes arbores,nec ſemper aliquas odorem ita acquirere palã eſt. Etenim ſæpe arcus cœleſtis conſtitit,& tamen arbores nihil odoris ſpirarunt,quod quidem ſenſum mouere poſſet:cumq; odor cõtrahitur, (accidit enim id aliquando,itaque narratur) non in quaq; materie contrahi poteſt. Cauſa vero per accidens ad arcum referenda eſt, preſertim ſi arc⁹ ipſe nulla natura ſit,ſed obtuitus refrangendi tãtum affectio. Prouenit autem odoris ille affectus,vt dictum iam eſt, non qualitercunq; ſe materies habeat:neque enim in viridi,neque in arida:ſed in vſta poſt aquam,quæ arcui ſuperuenerit,certam redi ſuauitatem odoris paſtores referunt, maximeq; vbi aſpalathus,aut etiam rhamnus eſt, & genus ex ijs aliquod,quorum flos ſuauiter olet. Ratio autem odoris eadẽ eſt, quã etiam de terra animaduertimus:hæc enim cùm feruet,atq; inuritur,quod ediderit, principio bene olet. Ehimuero quæ parce humido quendam in modum recaluerint,odorata reddun tur:humor enim concoqui calore nimirũ poteſt. Qua de cauſa totius quoq; orbis terrarũ, quæ ad Solem orientem ſpectãt, odoratiora exurgunt,quàm quæ ad aquilonem:& eorũ ipſorum,quæ ad ortum plus vergunt, quàm quæ ad meridiem,eo quòd loca Syriæ,& Arabiæ plenſora ſunt,atq; terrenoſiora, Aphricæ vero arenoſa,ſiticuloſaq;.nec enim humorẽ nimium ineſſe oportet (concoqui nanq; nimius nõ poteſt)nec nullum:ſic enim nullus vapor inde extringi poteſt,qd' vel in ea materie ſolet accidere,quæ & nuper combuſta ſit, & tale habeat genus,vt ſecũ odoris ferat ſuauitatem:quæ quidem res floribus declarari poteſt,odor enim in eos tranſmittitur. Sed fieri putãt in ijs,quibus cœleſtis arcus inſtiterit, quoniam nũquam id ſine aqua effici poteſt. Cùm enim materies immaduerit,caloreq; interiori concoxerit,reſpirare iam incipit,vaporemq; intra ſe conceptum emittit. Nec vero aquam nimiam acceſſiſſe oportet,eluit .n. atque extinguit calorem ab igne iniectum,quę nimia venerit. Quæ autem aquæ poſt arcum ſolent incidere,non multæ,ſed ſemper pene mediocres aduenium:& ſi plures cõſtiterint arcus,aqua non large,ſed ſæpe,& parce accedit. Quamobrem non immerito,cùm hoc ita fiat,qui rem inſignem præter arcum nullam aſpicerent,cauſam odoris illi attribuere.

Cur flores,& ſuffimenta ſuauius è longinquo olent,è propinquo autem herbã alia potius redolent,alia fumũ? An quia calor quidam natura odoris eſt,odoratáq; omnia calida ſunt:calidum autem quodq; leue eſt. itaq; cùm longius permeant, odorem deferunt ſuum ſecretiorem, vendicatumq; ab cæteris tum foliorum,tum ſumi, qui vapor aqueus eſt,odoribus,qui comitẽtur eum ipſum. An cùm in propinquo ſunt admiſta illa, cum ijs vnà redolent,quibus inhærent,atque ita odorem deprauant. 4

Cur omnia plenius olent, cùm mouẽtur? An quòd excita plus aeris ipſẽt,cũ quieſcẽtia: itaq; ocyus ad ſenſum noſtrũ odor trãſmittit. 5

Cur tẽpore hyberno minus olfacere poſſumus,minimeq; per gelu, & glaciem? An quòd aer à frigore immobilior redditur,itaq; motus non æque proficiſci à corpore odorato poteſt,ſcilicet propter difficilem delibationis mõtum,& aeris,quo inuehitur. 6

Cur acrius aromata olent cinere ſuffita, quàm igne,& plenius,ac diutius ſuum ſeruãt odorem,cùm cinere ſuffiuntur? An quòd in cinere minus concoqui odor poteſt,itaq; plenior eſt. ignis autem,quòd celeriter vires eorum domat,& concoquit, odorem commutat. Concoctio enim rei concoquendæ commutatio eſt,ſiue alteratio. 7

Cur roſæ ſuauius olent,quibus umbilicus aſper,quàm quibus leuis? An quòd ſuauius olent,quæ modum conſecuta ſunt ſuæ naturæ:roſa autem ſpinoſa natura eſt:ergo ſuauiſſime ideo olent,quòd magis ſecundum naturam conſtiterunt. 8

Cur odores è proximo minus ſuaues tam ſuffimentorum, quàm florum ſpirant? An quòd portio terrena vnà cũ odore ſe defert, quæ vt in proximo miſta vim hebetat, ſic in lõginquo prona deferẽ,ac decidit. Hinc etiã flores contuſi ſuum amittunt odorem. 9

Vtrum odoris natura fumus ſit,an aer,an vapor. hæc enim inter ſe differunt,qua alterũ ab igne,alterum & ſine igne effici poteſt. Et vtrum a ſenſu aliquid in res odoratas proficiſcatur,an ab illis in ſenſum,quòd aera proximum moueat. At ſi ab illis aliquid delibareẽ, minora certe ob eam rẽ reddi oporteret; nũc autem quæ odoratiſſima ſunt,hæc potiſſimũ eadem videmus edurare. 10

Cur aromata cinere ſuffita acrius olent, quàm igne? An quòd in cinerem minus cõ- 11

coqui

coqui odor poteſt,itaq; plenior eſt: multum ego partis quoq; terrenę reſpiratur,fumuſq; redditur. At ignis terrenum propere illud rapit:itaq; odor purior,ac ſyncerior ſine vllo fumo ad ſenſum deuenit. Vnde etiam fit, vt flores triti hebetius oleant:partem enim terrenam vt contritus mouere poteſt,ſic lentus calor abſumere non poteſt. 1

Cur omnia odorata, tã ſemina, quàm plãtę vrinam ciere poſſint? An quòd calida,et tenuia ſunt:tale autem quodque vrinam citat: celeriter enim calor inditus ille extenuat:nec odor ipſe aliqua corpulentia cõcretus eſt. Nã & quæ non bene olent,velut allia,vi ſui caloris vrinam mouent, vel potius vim reſoluendi,liquefaciendiq; obtinẽt. Calida vero ſemina,quæ bene olent,ideo ſunt,quòd odor omnino calore efficitur:fœtida ſanè inconcocta ſunt. Nec ſolum calida. verũ etiam plene eſſe concocta debent, quæ prouocatura vrinam ſint, vt vnà deſcendendo humores poſſint extenuare. 12

Cur vinum dilutum olere ocyus deſinit, quàm merum? An quòd dilutum imbecilli⁹ mero eſt:quòd autem imbecillius eſt, ocyus à quocunq; mutatur, quàm quod validius. Tum etiam vinum dilutum facilius affici poteſt,quàm merum: quòd autem affici facilius poteſt,id & recipi à quouis,et recipere quod-uis facilius poteſt:ita fit vt merum odorum, dilutum inodorum ſit. 13

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMATERTIA:

Eorum, quæ ad res male olidas pertinent: cuius quæſtiones. XII.



Vr fœtidior vrina redditur,quo diutius in corpore mãſerit,ſtercus autẽ minus? An quòd ſtercus, quo diutius retentum ſit, eo magis ſiccatur: quod autem ſiccius eſt,minus id putredini patet. vrina cõtra effici craſſior ſolet,recenſq; potioni ingeſtæ ſimilior eſt. 1

Cur eſculenta male olida minime his olere videntur,qui illa ederunt? An quòd olfactum peruium ad palatum habemus, idcirco ſenſus hic propere impletur;itaq; nec interiorem odorem æque amplius percipere poteſt. Principio enim omnes ſentire queũt: vbi autem tetigerunt,non inſuper poſſunt,quaſi iã res conſociata,natiuaq; reddatur,& exterior ſimilis ille oblatus deliteſcit obtẽtu interioris. 2

Cur flores cõtuſi deterius olẽt? An quòd pars terrena,quæ flori inhæret,odori permiſcens ſeſe,vim hebetat odorandi. 3

Cur animãtium nullum ſuauiter olet, excepta panthera? quæ etiam ipſa non niſi beſtijs ita olet: ferunt enim ſuauem illis olẽtiam ab hac reſpirari. Stirpium autem multę,& integræ bene olent,& corruptę,ac aridæ magis magisq; ſuauem reddunt odorem. Vtrum quòd mali odoris cauſa cruditas quædã excrementi eſt:quamobrem ſudores etiam aliqui,atque aliquando ita olent. Sed è morbo maxime vitiantur,quibus tales eſſe nõ ſolẽt: & flatus etiam, ructusq; crudorum fœdius olent. quam eandem cauſam de cæteris quoque proportione animaduertiſſe oportet: proportione inquam, quòd animalium carne vacantium generi æſtimãdum aliquid eſt, quod carnis vice habeatur: nam excrementũ crudum vel in hoc eſſe nouimus. Hoc igitur & viuis cauſæ fœdi halitus eſt, & mortuis,cũ putreſcit. Quam ob rem pingue,os,pilus fœdum nunquam reddunt odorem, ſcilicet illã ob cauſam,quòd pingue cõcoctum eſt, oſſa, & pili humore vacant. At genus plantarum nullum intra ſe contrahit excrementum. An etiam plantis aliquid ineſt: ſed quia ſicca & calida ſunt natura,humor eorum non fæculentus eſt,ſed concoqui expeditius poteſt. Conſtat hoc etiam plagis terræ,quæ vt feruentiores,ſic odoratiores ſunt, vt Syria, vt Arabia: & muneribus earundem regionum,quæ ſicca & calida nouimus hoc idem probari poteſt: nullam autem ſentire putredinem poſſunt,quæ huiuſmodi ſunt. At animalium genus tale nõ eſt:itaq; excrementa eius cruda, fœtidaq; ſunt,flatuſq; itidem olet. Peremptis quoq; animantibus humor putret,plantis minimè: quippe cùm humore plantarum genus haud quaquam redundet. 4

Quam ob cauſam res male olidæ grauius olent cùm calent,quàm cũ frigent: An quòd natura odoris vapor quidam, & oblatio eſt, quæ calore exiſtunt: motus etenim quidam ſunt. calor autẽ mouendi vim obtinet: frigus contra efficit,vt res conſiſtat,& contrahatur. Deorſum etiam refrigerata omnia feruntur: calor autem,odoresq; omnes ſurſum feruntur,tum quia ſiti in aere ſunt,tum quia ſenſorium eorum ſupra,non infra habetur: quippe cùm odor ad cerebrum penetrans mouere ſoleat ſenſionem. 5

Cur ſi quis allia ederit, vrinam redolẽtem allium reddet? cùm tamẽ alia pleraq; odoris vehementioris ingeſta,nihil in ſuam qualitatem vrinam poſſint conuertere. Vtrum, vt 6

quibuſdam

quibuſdam ſcholæ Heracliteæ placet, quòd ſicut in vniuerſo, ita etiam in corpore noſtro expiraſ, deinde vapor denuo concreſcit, vtq; ibi humor, ſic vrina hic eſt: exhalatio autẽ alimenti vbi reuertit, vnde prodierat, odorẽ eũdem non immerito recipit, quippe quæ illud reddat, in quod ſeſe commutarit. An ſi ita eſſet, cætera quoq; idem facere deberent, quæ vehementem ſpirant odorem: nunc autem nullum hoc poſſe efficere nouimus. Ad hæc vapor, qui poſtea concreſcit, non ad ſtatũ priſtinum redit. verbi cauſa, ſi vapor vini exhalarit, non poſtmodum in vinum concreſcit, ſed in aquam: ita falſum id etiam illi referunt. Ergo allium ſolum ex omnium numero, quę odorem ſimul & vehementem, & vrinæ mouentem reddunt, inflare vẽtrem inferiorem poteſt: cętera enim vel ſurſum mouere ſpiritum ſolent, vt radicula, vel vrinam citare non queunt. Allium vero tria nimirum hæc facit, vt & vrina augeatur, & ſpiritus exciteť, isq; deorſum, non ſurſum: quæ quidem ſitus veſicæ, teſticulorumq; ideo ſentit, quòd & in vicino eſt, & ſpiritui oportunior habetur, vt tẽtigo abunde declarat. Cõſtat igitur, vt excrementum alliį omnium maxime huiuſcemodi ad veſicam poſſit vnà cum ſpiritu deuenire, quòd permiſcens ſeſe odorem plene vrinæ committat.

7 Quam ob cauſam ora hominum, qui nihil ederint, ſed ieiunarint, grauius olẽt, (quod ieiunam graueolentiam appellant) eorũ autem qui aliquid ederint, non olent, cùm tamẽ eorum magis olere debeant? An quòd ventre inani, minusq; agitato aer factus calidior, ſpiritum, excrementaq; pituitoſa ſua immobilitate putrefacere poteſt. calidiorem aũt effici argumentum eſt, quòd vel ſitim parere ieiunium ſolet. At vbi ederimus, odor ciborũ grauem illam olentiam offuſcat, vt maior minorem: calor enim ciborum calorem præcedentem illũ exuperat, ita vt nihil affici poſſit.

8 Cur alæ omnium maxime partium noſtri corporis male olent? Vtrum quòd omnium minime reſpirare poſſunt: malus autẽ odor locis huiuſmodi contrahi maxime ſolet, quoniam putredo quiete interioris qualitatis cõſiſtit. An ideo quòd immobiles, inexcitataeq; habentur.

9 Cur homines, qui virus redolent hirci, fœdius oleant, cum ſe odorifice vnguentarint? An hoc i multis accidere ſolet, velut cùm acido dulce commiſtum eſt, dulcius totum exultat. Tũ etiã oẽs, poſtq; ſudarunt, grauius olẽt: vnguentum autem concalefaciendi vim habet, itaq; ſudorem poteſt prouocare.

10 Cur hominum incuruorum, gibborumq; halitus grauior, ac fœdior eſt? An quòd locus pulmoni accommodatus, concluſus, deflexusq; à ſua proceritate eſt: itaq; ſpiritum trãſmittere expedite nequit, ſed euenit, vt vapor, ac ſpiritus amplius intercluſus putreſcat.

11 Cur vnguentorum magna pars ſudori permiſta male olet, aliqua vero ſuauior redditur, aut nihil deterior? An quæ motu, tractuq; cõmutari ſolent, hæc deteriora redduntur: quæ autem eadem perſiſtere poſſunt, hæc ſuauius redolent. At ſunt quæ reſiſtere queunt, quomodo etiam florum, quibus odores conficimus, alij contuſi, vel concalefacti, vel excitati exoleſcunt, vt violæ albæ: alij ſibi ſimiles, vt roſæ. Et vnguentorum igitur, quæ ex floribus huiuſmodi ſunt, cõmutari vtiq; poſſunt: quæ non ſunt, nequeunt: vnde roſaceum commutari minime nouimus. Et quidem quo ſudores fœdius olent, eo grauius vnguentũ quoque redolere videtur, quoniam rei ſibi cõtrariæ ſe permiſcet: vt mel cum ſale non magis, ſed minus dulce ſentimus.

12 Cur omnia plenius olent, cùm mouẽtur? An quòd aera implent, itaq; odor citiꝰ ad ſenſum reducitur.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DECIMAQVARTA:

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinẽt: cuius quæſtiones. XVI.

1 
Vt efferis & moribus, & aſpectibus ſunt, qui in nimio vel æſtu, vel frigore colunt? An eadem cauſa eſt. optima enim tẽperies non corporis ſolum, verum etiam intelligentię hominis prodeſt: exceſſus autem omnes dimouent, & vt corporis, ita etiam mentis temperamẽtum puertũt.

2 Cur frumentum in Ponto frigori expoſitum diu reſeruari integrum poteſt? An propterea, quia humor alienus vnà cum calore euaneſcit, vt in vuis fieri nouimus: alia enim frigore, alia calore exhalant.

3 Cur potius in frigidiſſimis terris ardores febrium fiant? An quòd frigus calorem intus circumobſiſtit: cuius rei contrarium æſtiuo tempore agitur, partes nanq; internæ frigidiores redduntur: ardor autem febris eſt: ergo partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia interiores redundant.

4 Cur blæſis pedibus Aethiopes ſunt, & Aegyptij? An quemadmodum ligna, ita etiam corpora

corpora animantium deprauari à calore ſolent. quod etiam pili declarãt, quos illi criſpiores, quàm cæteri gerunt: criſpitudo nanq; veluti pilorum blæſitas eſt.

5 Cur temporibus auſtrinis inſtus fœminam potius generant? An quòd largior humor tardius craſſeſcit: auſtrinis humor temperamenti facit, vt ſemẽ reddatur humidius.

6 Cur locis paluſtribus vlcera capitis curari celeriter poſſunt, crurium autem tarde? An quòd humor eſt grauis, quia terrenus eſt: omne autem graue tendit deorſum: ergo vlcera ſuperiora concoctioni ſunt opportuniora, quoniam humor delapſus ad ima eſt: inferiora autem ipſa multo excremento, putrefactuq; facili redundant.

7 Cur qui loca edita, apertaq; colunt, tardius ſeneſcunt: qui autem caua, & paluſtria ocyus? An ſenectus quædam putredo eſt: putret autem, quod quieſcit. nullo modo, aut minus ita afficitur quod mouetur, vt aqua, profluens, & cõcluſa. igitur vt locis editis aer vndiq; afflante ſpiritu agitaſ, ita cauis manet immotus. Ad hæc locis apertis purus, ac diuerſus aſſidue propter agitationem aer habetur, paluſtribus impurꝰ, idemq; ſemp emarceſcit.

8 Cur timidi ſunt, qui loca feruida incolunt: fortes, qui gelida? An quòd natura contra, quàm loca, & tempora ſe habet: quoniam ſi ſe ſimilem ageret, cito periret. ſunt autem fortes, qui calida ſunt natura: timidi, qui exangues, refrigeratiq; ſunt. fit igitur, vt qui loca inhabitant calida, refrigerentur: qui frigida, concaleſcant. vtrique tamen corpore magno adoleſcũt, eo quòd qui frigida colũt, inſito calore abundant: qui calida, calore loci refouentur: quippe cùm in calidis, & à calore incrementum ſequatur: frigus autem vim aſtringendi, conſtipandiq; habeat. Cùm igitur alteri principium inter ſe vehemens augẽdi obtineant, alteri nullo extremo frigore impediant, merito vtriq; augeri poſſunt pleniꝰ. Homines noſtrę regionis augeri ideo minus poſſunt, quòd & principiũ illud in ſe imbecillius cõtinẽt, & frigore aliquãti ſper cõſtipant.

9 Cur diutius viuunt, qui locis calidis ſuam degunt ætatem? An quia natura ſunt ſiccore: firmius autem, diuturniusq;, quod ſiccius eſt: mors autem putredo quædam eſt. An quòd mors caloris interioris refrigeratio eſt. refrigerari autem omnia ſolent ambientis aeris qualitate, qui vt locis calidis calet, ſic frigidis friget: itaq; interiorem calorẽ ocyus, magisq; corrumpit.

10 Quam ob cauſam qui calida loca habitãt, viuere diutius poſſint? An quòd humorem, caloremq; amplius ſeruant, quarum rerum interitus mors eſt.

11 Cur locis paluſtribus effici ſomnolentiores ſolemus? An quòd magis in his ipſis retrigeramur: refrigeratio autẽ cùm requies quędam ſit, ſomnũ nobis conciliat, qui inter quieſcendum ſolet accidere.

12 Cur qui in nauibus degunt, quamuis in aqua, coloratiores tamen ſunt, quàm qui in paludibus? An loca commode aſpirata coloris præbere hilaritatem poſſunt. Pallidos autem humor efficit, cùm putreſcit: quod euenit immobilitatis cauſa ſolet. quamobrem ſub pallidi ſunt, qui loca paluſtria colunt.

13 Cur locis hybernis æſtus fieri vehementiores, quàm tepidis ſoleant? Vtrum propter nimium aeris humorẽ. enimuero caloris opera eiuſdẽ aqua reddi põt calidior, quàm aer: ergo aer quoq; humidior acrius, quàm tepidus ille recaleſcere poteſt. An nõ calidior aer locis huiuſcemodi eſt, ſed eſſe ob vehemẽtiã qualitatis contrariæ videtur: quomodo Sol cùm è nubẽ illuxit, calidior eſſe ob cõtactum vmbræ videtur.

14 Qua de cauſa qui meridiem verſus habitant, nigris oculis potius naſcũtur? An quòd vt oculi cæſij caloris interioris exuperantia redduntur, ſic eiuſdem abſentia nigri efficiuntur, vt Empedocli etiam placet. Ergo quẽadmodũ qui aquilonẽ verſus poſiti ſunt, oculis cæſijs ideo naſcuntur, quòd calor interior efluere à frigore exteriori vetaſ: ita qui ad meridiẽ vergunt, cõtinent quidem ſuum humorẽ propter aeris circunfuſi teporem obuium: ſed calorẽ continere non queunt, quòd nihil extrinſecuꝰ eſt, quod obſepiat, atq; arceat. itaq; humor, qui relinquitur, nigreſcit: lucis enim abſentia omnia obfuſcari, opacaq; ſolẽt. An reliqui corporis colorem oculorũ color imitatur. itaq; qui aquilonem verſus inhabitant, vt ipſi albo corpore ſunt, ſic oculos quoq; cæſios habent: hic etenim color prope albũ eſt: & q ad meridiem ſunt, vt ipſi nigri, ita etiam oculos nigros ſortiuntur.

15 Cur locis calidis hoies ſapientiores ſunt, quã frigidis? Vtrũ eadẽ de cauſa, qua etiam ſenes, quam iuuenes, ſapiẽtiores. etenim qui ſedes frigidas habẽt, frigore loci obſiſtẽte, lõge calidiores cẽſua ſint natura, reddunť. itaq; vinolentis admodum ſimiles eſſe videtur: nec ingenio valẽt, quo ꝓſpiciãt, rerumq; rationes inquirãt, ſed fortes fidẽtes, ſperantesq; ſunt. contra qui loca calida habitãt, ſobrij ꝓpterea ſunt, quia poſſunt ſatis refrigerari. Fit autem quaq; in rę, vt q metuũt magis, quàm q confidũt, velint ingrere: itaq; magis valeãt iuenire.

An quòd antiquius genus hoc hominũ eſt, cæteri enim eluuie perierunt, ita vt tanquam iuuenes ſint ad ſenes, qui loca habitant frigida, ad eos, qui calida colunt.

16 Cur timidi, qui loca habitãt calida: fortes, qui frigida? An quòd natura contra, quàm loca, & tempora ſe habet: quoniam ſi ſe ſimilem agere, periret breui. fortes autem ſunt, qui natura calida conſtant: timidi, qui frigidi ſunt. accidit ergo, vt qui calida colunt, refrigerari nimirum poſſint: cùm enim ſolutum rarumq; corpus eorum ſit, calor foras profluere poteſt. qui autem in frigidis ſedent, ſua concaleſcunt natura, quòd à frigore exteriori caro denſetur, cuius denſitate calor colligi intus poteſt.

ARISTOTELIS

PROBLEMATVM

SECTIO DECIMAQVINTA:

Eorũ, quæ ad res mathematicas ptinẽt, & ad cœleſtia:

cuius quæſtiones. XII.

1 

Vr linea de angulo ducta in angulum, ſola ex omnibus, quæ figuras rectis conſtantes lineis bipartito ſecant, diameter vocitata eſt? An quòd diameter, vt nomen deſignat duas in partes figurã æque dimetiendo digerit, nihilo deſtruens quod ſubiacet menſurandum. ergo quæ per commiſſuras, hoc eſt angulos diuidit, appellanda diameter eſt, quoniam hæc figuram non deſtruat, ſed diuidat: quomodo faciunt, qui vaſa militaria partiuntur. At quæ per lineas ſecat, figuram compoſitam deſtruit: angulis etenim conſtant, quę rectis lineis continentur.

2 Cur diameter appellata eſt? Vtrum quoniam ſola bipartito figurã diuidat. An quòd ſola figuram ſecat per partes, ſiue membra, quibus inflexa coarctatur, cùm cætera per latera diuidant.


3 Cur homines omnes, tam Barbari, quàm Græci, ad decem vſque enumerare conſueuere, non ad aliquem alium numerum, vt duo, tria, quatuor quinque, tum repetẽdo vnum quinq; duo quinque, ſicut vndecim, duodecim: nec vero vltra denarium numerum ceſſantes, inde replicare incipiunt? eſt enim numerus quiſque quod præcedit, ac vnum, aut duo, & deinceps quantitas aliqua: enumerãt enim ſtatuto termino denarij numeri. haud enim forte, caſu q; id facere ſemp, omnibusq; in rebus putari debent, cùm non fortuna, ſed naturalis res ſit, quæ ſemper, atq; vbiq; effici ſoleat. Vtrum quòd perfectus numerus denarius ſit: continet enim omnia numerandi genera, vt par, quadratum, quadrantale, longum, planum, primum, compoſitum. An quòd denarius fons, atque principium eſt, quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor conſtet. An quia corpora, quę feruntur, numero nouenario continentur. An quoniam decem proportionibus quatuor cubales numeri conſumantur, e quibus numeris vniuerſum conſtare Pythagoreis placet. An quòd omnes homines digitis decem lege naturali creantur: itaq; ſui numeri calculos quaſi adipiſcentes, hac eadem multitudine cætera quoque enumerant. Vna gens quædam Thracum ad quatuor numerandi ſeriem terminat, eo quòd ampli⁹ meminiſſe modo puerorũ non pot, neq; vſum habet rerũ multarũ.

Quamobrem cum Sol eodem cum vigore feratur, non pari tempore idem incrementum, decremẽtumq; vmbrarum exultet? An quòd anguli, quos radij ſub æquis circunferentię ſpatijs ad res conſpectas efficiũt, æquales inter ſe omnes conſiſtunt, quòd ſi illi æquales ſunt, eductos quoq; inde æquales eſſe neceſſe eſt, ſcilicet quos radij faciant in triangulo, qui radio primo, & re conſpecta, & vmbra continetur. At ſi anguli æquales inter ſe ſint, radium ab re conſpecta, & prolapſum longius maiorem eſſe propinquiorem neceſſe eſt: quod pro certo recipimus. Igitur totam circunferentiam in partes quaſuis æquas inter ſe digeramus: ſitq; res conſpectui obuia G. Cùm itaque Sol in G ingruens de A, vmbram in GL aliquam redder, radius in I prolabatur neceſſe eſt. Vbi vero ad B deuenit, radius inde proficiſcens intra GI, radium decidet: ac rurſus cùm idem ad C ſe contulerit, pari modo ſuum radium mittet. aliter efficiet profecto, vt linea recta rectam partibus duabus contingat. Cùm ergo AB circunferentia æqualis EC circunferentiæ ſit, anguli quoque illis ſubiecti apud D, æquales inter ſe conſtant, quippe qui ad centrum ſe colligant. qui autem in triangulo habẽtur, æquales illis D angulis prouenunt, vtpote qui ſe per verticem illis iungant. Ergo cùm totus angulus in æqua ſecetur, angulus DE maior, quàm EF angulo DG eſt. Pari modo cæteri anguli ſe habebunt, quos radij circunferentia profecti reddiderint. Simulq; etiam conſtat vmbram meridie minimam eſſe neceſſario, minimasq; tum effici acceſſiones: quippe cùm Sol meridie maxime è perpendiculo ſeſe nobis exhibeat. Actius

quoq;

quoque meridie accenditur, tum ob eam, quam modo diximus cauſam, tum etiam, quòd omnis ſpiritus ceſſat. tũc enim ſpiritus excitari ſolet, cùm Sol aerem terræ familiarem diſcernit. Quòd ſi Sol cùm medium cœlum preptat, minus id faciat, merito noctes mediæ, atq; meridies à ſpiritu ſilent.

Figura varias Solis umbras deſignans.




5 Cur Sol per quadrilatera profluens, nõ rectis lineis figuram deſcribit, ſed circulum formar, vt in cratibus patet? An quòd aſpectuũ procidentia turbine agitur: turbinis autẽ baſis in orbem ſe colligit: quamobrem quocunque radij Solis incurrerint, nimirum circulares apparent. An quòd Solis quoq; figuram rectis lineis contineri neceſſe eſt: ſiquidem radij recti prouenĩũt. Cùm enim recte in rectã incidunt figuram, rectis contentã lineis formant: quod certe in radijs accidit: ad rectam enim cratium ſeſe tradunt, aut ad quodlibet, per quod liceat translucere: ac ipſi recti proculdubio ſunt: itaq; procidere ad rectã debuerunt. Verum quia radij, qui de aſpectibus ad extima linearum rectarũ diſcinduntur, imbecilli admodũ ſunt, idcirco angulo cõcerni nõ poſſunt, ſed quantum recti in turbine ſit, hoc tantum rectam agere põt: reliquũ nõ poteſt, ſed conculcati aſpectus, indiſcretiq; latitant. nec mirũ, cùm multa videre nullo pacto poſſimus, quamuis noſtro attinguntur aſpectu, vt ea quæ tenebræ opacãt. proximũ eſt, cùm quadratũ ſpeciem multi anguli repreſentat, atq; etiam circuli, ſi amplius remoueatur. Cũ enim aſpectus procidentia turbinis ſpecie figuretur, quoties figura vlterius ſe poſita eſt, aſpectus, qui ſe in angulos ſpargũt, quoniã et imbecilli & pauci ſunt, rem aſſequi nequeũt: qui aũt mediam in partem concurrunt, hi nimirum perſiſtere poſſunt, vtpote vniuerſi, & validi. Ergo cùm figura, ppe poſita eſt, anguli quoque aſpici poſſunt, aucto interuallo non poſſunt. Quam ob rem circularis etiam linea remota recta eſſe videtur, & Luna rectis contineri die octauo videtur, ſi aſpectus non latitudinem, ſed lineam circundantem ineãt. Vt enim cùm circunferẽtia prope poſita eſt, quãto pars altera orbis, cq; altera propius ſit, atque ſtus diſcernere poteſt: ita cùm procul abeſt recte ſentire non poteſt, ſed ex æquo partium ſitu cernere ſibi videtur: itaque rectam etiam iudicat.

Cur Lunam, quæ in ſphæræ faciem con- 6
globatur, rectam, cùm ſemiplena eſt, cernimus? An quoniam eodem in plano aſpectus noſter verſatur, & circuli ambitus, quem Lunæ Sol ingruens facit: quod cùm agitur, Sol recta linea videtur. Cùm enim quod ſuũ aſpectum ſphærę admouerit, orbem videre neceſſe ſit: Luna autem ſphęrę faciem gerat, eamq; Sol aſpiciat: orbis, profecto id eſſe debet, quòd à Sole efficitur. Hic ergo cùm è regione ſe nobis prębet, totus videtur: itaque plenilunium iam apparet. cùm autem mutatur, & præterit, propter Solis diſceſſum, portio eius aſpici poteſt: itaq; fit, vt Luna altera parte recta videatur, cùm altera orbem colligat, quoniam hemiſphęrium aſpectui ex diuerſo poſitũ eſt, quod ſemicirculum repreſentarit. Semper enim aſpectui obuia Luna eſt: quoties tamen Sol radios admouerit ſuos, aſpici nequit. Repletur poſt diem octauũ de medio, quia paulatim euadens, orbem nobis exhibet propenſiorem. Cumq; ita circulus aſpectui ſe opponit, ſectionem turbinis imitatur, curuatur in cornua, iam Sole dimoto. Vbi enim circunferentia Solis ad puncta deuenerit vltima, per quam orbis æqua portione ſecari videtur, circunferentia ipſius orbis apparet. non enim inſuper ex aduerſo oculis eſt, ſed iam præterire incœpit. Quod cùm ita agatur, ac circulus, ſiue orbis per eadem ducatur puncta, curuari in cornua neceſſe eſt. pars enim aliqua orbis prioris aduerſi protinus aſpectui ſe obducit, vt de parte lucida abſcindi aliquid poſſit. Tũ etiam extrema in eodem perſiſtunt, vt curuari in cornua neceſſe ſit: ſed tñ plus minus ue, pro Solis dimotione. cùm enim Sol dimouet ſeſe, circulus quoque in eadem reuertitur puncta: quippe cùm fieri poſſit, vt infinito numero inclinetur: ſiquidem ſummi circuli per eadem puncta deſcribi facile infiniti poſſunt.

Cur Sol, & Luna plana eſſe videntur, cùm 7
tamen conglobari in ſphæram certum ſit? An vt plura, quorũ quod nã plus minus ue diſtet, incertum ſit, æque poſita eſſe videntur: ſic etiam quod partes obtinet, niſi color varius adſit, partes ex æquo omnes collocatas habere videri neceſſum eſt: quod autem ex æquo aſpectu obuiam ſit, idem æquabile, compoſitum, & planum neceſſe eſt.


8 Cur Sol oriens,atq; occidens vmbras effi
cit longas:efferens ſe,minores:obtinens cœ
li medium,minimas? An quòd oriens princi
pio vmbram terræ æque diſtantem reddit,ac
infinitam pene protrahit, deinde longam,at
que ita minorem ſubinde:quia linea,quæ re
cta de puncto ſuperiori elicitur, interius per
diminutiones aſſiduas cadit. Gnomon AB,
Sol,vbi C, & vbi D. Radius igitur ex C profi
ciſcens CF exterius procidet, quàm radius
DE. At vmbra BE Sole ſuperiori exiſtit, vm
bra autẽ BF inferiori. Ergo quo Sol ſuperior
fuerit,eo minor vmbra exultabit, minimaq;
tunc erit,cùm Sol ſup capita noſtra verſabit.

Figura,Solis umbras orientis,ac ſe efferentis delineans.



9 Cur vmbræ Lunę maiores,quã Solis ſint,
cùm eodem prouenianꝫ perpendiculo? An
quòd Sol ſuperior, quàm Luna ẽ:itaq; radiũ,
qui de ſuperiori prodierit, inferius cadere ne
ceſſe eſt. Gnomõ AD,Luna B, Sol C.Lunę ra
dius BF: ergo vmbra Lunę DF.ſequetur So
lis radiꝰ CE: ergo vmbrã DE fore neceſſe eſt.

Figura umbras Lunæ,Solisq; oſtendens.



10 Cur deficiente Sole, ſi quis per cribrum,
aut frondes veluti platani,vel alicuius ex cæ
teris latifolijs, aut digitis manuum inuicem
perplexis inſpiciat, ſplendores ſpecie Lunæ
nondum completæ incernat? An quòd quẽ
admodum cùm per angulatum foramen lux
nõ angulata,ſed orbiculata,turbinataq; pro
dit:cuius ratio,quòd gemino,directoq; com
mucronato turbine agit̃,id eſt,eo qui de Sole
ad foramẽ deuenit,& qui de foramine ad ter
ram:ſic etiam in Solis defectu figura, qua ra
dij veniũt,vt diximus, innoteſcit. Ergo cùm
pars orbi ſuperiori detrahit̃,quod ex aduerſo
ſuper terram eluxerit,ſpeciem illam lunatam
gerat neceſſe eſt:quippe cùm prout orbis de
tecit,ita radij profluere debeant:digitis tamẽ
& cribris,pro foraminum exiguitate res cer
tius explicatur,quàm cùm per foramina am
pliora tranſmittitur.Luna autem idem perci
pi non poteſt,neque deficiente,neque increſ
cente, neq; decreſcente: quia eius extrema
non plene ſplendent,ſed medio potiſſimum
lucet.Lunatam autem illam, minutamq; fa
ciem,medio aſtringi exiguo manifeſtum eſt.

11 * Cur Sol nunquam cælo in medio gemi
natur,nec ſupra ſe faciem illam oſtendit ſecũ
dam, ſed ex lateribus tantum? An quòd tum
geminari Sol poteſt,cùm Solem verſus aſpe
ctus refrangitur. Aeris autem concreſcentis
illa ſoliditas,cui aſpectus incurrens refrangi
tur,neque prope Solem,neque procul effici
poteſt. nam ſi prope ſit,reſoluetur à Sole: ſi
procul, aſpectus refrangi non poterit.cùm
enim longe de paruo ſpeculo remeet, imbe
cillus reddetur:quamobrem area quoq; fieri
nõ poteſt è regione.Quòd ſi ſupra,& in pro
pinquo inchoatur, à Solis feruore diſſolui
tur:ſin procul,aſpectus minor euadet: ſed ſi
in latere,tum nimirum ſeruari integer pote
rit,dummodo ſpeculum ita diſtet,vt nec So
lis feruore abſumi poſſit,& aſpectus vniuer
ſus recurrat. Nam ſi in terra ſparſus feratur,
deuenire ad Solem non poteſt.ſub Sole etiã
fieri non poteſt,quia ſi prope terram extite
rit,conſumitur feruore:ſi autem ſupra, cœlo
in medio aſpectus diſtrahetur, & euaneſcet.
denicq; nec è latere quidem effici illud poteſt:
cùm Sol cœli vmbilicum perreptat. quoniã
ſi aſpectus admodum feratur in terram, exi
guus ad ſpeculum veniet: itaq; refractus om
nino imbecillus recedet.

12 Cur Solis vmbræ extremum tremere vi
deatur? Haud enim quia Sol tertur,idcirco id
contremiſcit.nam fieri non poteſt, vt Sol in
partes moueatur contrarias: tremorem au
tem fieri ita manifeſtum eſt. Ad hæc mutatio
vmbræ incerta eſt,quomodo etiam Solis ip
ſius progreſſio latet. An ideo moueri vide
tur,quòd corpuſcula contenta in aere agitan
tur,quæ vulgo ramenta nominantur, conſpi
cua in Solis radijs,qui tranſmeant per fene
ſtras:hæc enim moueri ſolent etiam ſine vllo
ſpiritu.Ergo cùm viciſſim, modo de vmbra
in lucem,modo de luce in vmbram moueam
tur aſſidue, terminus quoque lucis,ac vm
bræ communis continuo moueri videtur.
partim enim veluti vmbram, partim lucem
ſua ipſa mutatione efficiunt: itaq; moueri
vmbra videtur, cùm non hæc, ſed illa hunc
in modum ſoleant agitari.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DECIMASEXTA:

Eorum, quæ ad res inanimatas pertinẽt:

cuius quæſtiones. XIII.

1 VR baſis bullarũ candida aquæ
iſidit:et ſi Soli expoſita eſt,nul
lã efficit vmbrã: ſed reliquum
quidẽ vmbellæ corpus vmbrã
facit,baſis aũt ſola nõ facit, ſed
circũ à Sole vndiq; cingitur? Et quod lõge mi
rabilius eſt,nec ſi lignũ p aquã in Sole appo
ſueris,vmbra ligni cõtinua exultabit,ſed iux
ta baſim bullę à Solis luce ſecabitur. Quòd ſi
vmbra eſt,quod à Sole non aſpicitur, ſequeẽ
porrò,vt moles bullæ circum tota aſpici poſ
ſit,quod nunquã fieri poſſe in opticis, id eſt,
aſpectuũ rationibus demõſtratur:quippe cũ
ne minimum quidem à maximo totum cir
cumaſpici poſſit.

2 Cur bullæ ſpecie hemiſphærij exurgere ſo
lent? An quòd tanquam de centro in aera ſur
ſum æqualiter circũundiq; adnitunt:quo qui
dẽ modo hemiſphęrium exurgat neceſſe eſt.
Portio autẽ ſphęrę inferior aquę planitie ab
ſcinditur,in qua ſcilicet centrum ſitum eſt.

3 Cur in magnitudinibus,quę profunditate
ſunt inęquali,accidit,vt ſi partẽ moueas leuio
rẽ,circunferatur quod iacitur: vt in talis fieri
opplumbatis videmus,ſi quis partem leuio
rẽ ad ſe vertens proijciat? An quòd fieri non
põt,vt grauius æque ac leuius feratur,cùm eiſ
dẽ viribus iactũ eſt:ſed cùm totũ quidẽ moue
ri neceſſe ſit,fieri vero non poſſit, vt æque oĩ
ex parte moueatur,ſequitur prorſus,vt ſi pa
rili celeritate ferant̃,eandẽ lineã peragãt. ſin
aũt alterum altero feratur celerius,circulo fer
ri neceſſe ſit, cùm hoc ſolo in genere figuræ
efficiatur,vt puncta eadem ſubalterna lineas
inæquales poſſint eodem tẽpore permeare.

4 Cur ea quę in terrã cadunt,atq; reſiliũt,an
gulos ad planitiem reddant ſimiles vtraq; ex
parte puncti,quo planũ tetigerint? An quòd
omnia ſua natura ad rectam lineam ferũtur.
Quæ igitur in locũ æqualem deciderant, vbi
ex perpendiculo,diametroq; ſeſe plano im
pegerint,pares angulos ideo faciunt ſuo re
ſultu,quod æqua diameter diuidit. Quæ autẽ
in latera corruerunt,quoniã nõ perpendicu
lo,ſed puncto ſuperiori locũ feriãt, accidit,vt
repulſa à loco dicto contrariã in partem ſe cõ
ferant:rotũda quidẽ, quòd delapſa protinus
in aduerſum ſui appulſus ſeſe euoluunt, ſiue
quieſcat eorũ mediũ,ſeu locum ſoleat permu
tare:rectis vero cõpacta lineis,quòd perpen
diculũ eorũ in partem priorem adductum re
torquetur:vt his accidit,*quibus aut pars in
ferior raditur,aut colei violãtur. hi nanq; om
nes aduerſam in partẽ, retrorſumq; corruũt:
quoniam eorum perpendiculũ æquatur,pen
det,atq; priorẽ in partem expellitur:cõtrariũ
enim in his retro,deorſumq; eſſe accidit.cùm
aũt deorſum ferantur,grauiora eſſe fatẽdum
eſt. Quòd igitur his caſus idem reſultantibus
lãtus euenit,ergo in angulum rectum neutra
eorũ reſultant,eo quòd perpẽdiculum pon
dere bipartito diuidit corpora,quæ feruntur.
Fieri autem nõ poteſt, vt plura perpendicula
idem ad planũ exiſtant,quibus illa ſecentur:
quod ſcilicet ita accideret,ſi perpendiculũ,dũ
reſiliunt,oriretur,vbi rem delatam planũ of
fendit,diuidendumq; rurſus ſecundo perpẽ
diculo foret.quocirca primo illo perpendicu
lo,quo ferebat̃,ſecare neceſſe eſt. Sed cùm,
aduerſam quidem in partem feratur,rectum
vero in angulũ non feratur,reliquũ eſt, vt a
cutus reddatur angulus parte altera puncti,
quod plano incurrerit. Aduerſorũ enim in
ter ſeſe angulorũ terminus rectus angulꝰ eſt.

*quibꝰ cru
ta abradun
tur, & colei
ſubtiuunt.

Qꝰ ſit latus
Lunæ.

Cur cylinder propulſus tertur in directũ,
ſuiſq; terminãtibus orbibus lineas rectas de
ſcribit:turbo vero ſuo manente mucrone cir
cunfertur, atq; in ſuo terminante orbe orbẽ
deſcribit? An quod circum vterq; fertur. Ve
rum cylinder rectas lineas plano ducit,turbo
orbes deſcribit:eo quòd inæquales orbes tur
binis inter ſe ſunt,ferriq; velocius poteſt, qui
amplior circa idem centrum conuertitur.qui
cùm ſimul omnes poſiti in turbine orbes inæ
quali ferãtur ſpatio,euenit vt extimi, qui vel
uuntur, plurimum loci & lineę tempore eo
dem decurrant. Vnde fit etiam, vt circũ om
nes agãtur:quippe cùm omnes eadem recta
linea deſcribantur,quæ cùm conuertitur, nõ
omnia ſita in ea puncta æqualem producere
lineam eodem tempore poſſunt,cùm æqua
lem non niſi ex directo agere ſoleant. Cylin
dri vero,quòd oẽs orbes pares inter ſe ſunt,
centrumq; idem ambiunt, euenit, vt ſimul
ſuis omnibus punctis planum contingendo
parili celeritate voluantur,cùm nulla inęqua
litate cylinder euariet,& rurſus in planum ſi
mul omnes deueniant, vbi ſuam quiſque
conuerſionem abſoluerit. Vnde lineas quo
que ductas per directum in plana, pares in
ter ſe eſſe neceſſe eſt.ſua nãq; tactione orbes
æqui,pariterq; volubiles illas duxerc. Atqui
rectas confici patuit,quas linea eadem dete
rens ſeſe in directum peregerit. Cauſa hęc eſt,

cur cylinder recto deferri tramite possit. Nil enim refert, vtrum qua linea prima cylinder planum tetigit, hanc firmo cylindro protrahas, an volubili circũagas. semp enim vt equa linea, similisq; illis in cylindro contentis planum attinget, siue protrahatur cylinder, siue prouoluatur,

6 Cur sectio chartarum, siue papyri, si quis æque à basi plana, rectaq; dimetiendo abscinderit, recta euoluetur: sin autem inclinarit, cõ torta existet? An euenit, vt cùm orbes sectu-
10 ræ alterius eodem in plano pòsiti sint, declinans illa cæsura non æque opposita sit, sed partim minus: itaq; cùm euoluerís, orbes quidem, qui plano eodem continentur, suumq; initium in plano habent eodem, lineam explicabunt, quã suo ipsi conficiunt ordine: quippe cùm ea ipsa extenta linea non nisi profecta ex orbibus sit, qui plano eodem continẽtur: itaq; vel rectam eam quoq; esse necesse
20 est, quæ eodem in plano se porrigat. At obliquæ illius sectur̃ linea, quoniam primæ non æque appositæ est, sed partim plus distãs, partim minus, vtpote cùm ipsa quoq; sectura ita se habeat, hinc eodẽ esse in plano nequit. itaq; nec recta hæc esse põt: etenim fieri nõ põt, vt rectæ lineę pars alia in alio plano collocetur.

7 Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto videatur? An quòd omnia numerã diuisa recipiunt: quanq; magnitudinis ratio-
30 ne minora, quàm vnum illud, existunt. Magnum enim, eo quòd continuum, quãtumq; quoddam est, magnum dicim⁹: numerus vero partiũ omnis omni suę magnitudinis numero maior est. Quamobrem vt partibus divisis maius appareat totum, consentaneum est. cùm enim partes, totumq; idem sint, totũ naturam potius magnitudinis præ se fert, vt constans, & continuum. partes vero naturã numeri magis sortiuntur.

40 8 Quæ in vase eueniunt, quod clepsydram vocamus, omnino quidem referri ad causam debent, quam Anaxagoras explicat. Aer. n. qui in ea excipitur, causæ est, ne aqua ingredi possit, fistula scilicet obturata. Non tamẽ simplici, absolutaq; ratiõe aer causam habere putandus est. nam si quis eam fistula apprehensa transuersam immergat, humorem admitti, nihil est, quod prohibeat: quamobrem nõ satis author ille exposuit, quemadmodũm aer
50 causam daret. Ergo causam aera quidem tenere fatendum est: sed hic siue impellitur, siue per se ipse fertur, nec quicq; cogitur, ferri per directũ solitus est, vt etiam cætera elemẽta. Itaq; clepsydra transuerse immersa, aer qui è directo situs est, pulsus ab humore libere effluit p ea foramina, quæ demersis in aqua foraminibus opposita sunt, eoq; cedẽte humor subiens implet. At si erecta in aquã descẽdat, aer impotens sese efferendi per arduũ, quoniã conseptæ sunt partes superiores, circa prima foramina arcetur, quippe q; supprimi in se, contrahiq; non possit. Argumẽtum vero, aquã arceri posse ab aere immoto, quòd in ipsa clepsydra deprehensum est. nã si aluum ei⁹ aqua repletam ad fistulam obturatã inuerteris, humor per fistulam in os minime defluere poterit: quippe cùm ore patefacto nõ protinus, sed paulo post de fistula profluat, vt qui nõ in ipso ore fistulæ cõtineatur, sed postmodũ in hoc per fistulã veniat, postq; patefactũ iam est. Plena autẽ, erectaq; clepsydra, fistula patefacta protinus per colũ, id est, foramina inferiora effluit, quia illud attingit, extremã vero fistulã non contingit. Clepsydrã igitur humor ingredi ob prædictã causam nequit. Egreditur autẽ fistula patefacta, eo quòd aer contentus in fistula, sursum deorsumq; agitatus, humoris contenti in clepsydra motũ excitat pleniorẽ: cumq; deorsum pellatur, eodemq; ipse etiã sua natura propensior sit, merito effluit vim inferẽs aeri, qui clepsydrã extrinsecus circunfundit, excitus quidẽ, & cõpar potentia aeri superius impellenti, sed reni xu infirmior: quoniã per angustã fistulam influens, ille ocyus ac vehementius labitur, vrgetq; humorẽ. Causa vero, cur obturata fistula humor effluere nõ possit, quòd humor dũ clepsydram subit, aera omnem per vim ab ea expellit. Cuius rei indiciũ spiritus, ructusq; murmurans dant, quos ingrediẽte humore, nimirum intus excitari sentimus. Cùm igitur humor subiẽs vehementer aera cogit, sese ad clepsydræ fistulã trudit, ac modo lignei cunei, aut ærei disiectu oppressus, astrictusq; hęret sine vllo alio vinculo, quousq; alia vi expellatur, quo modo præruptos clauos expellimus: quod sane aperta fistula incidit ratiõe, quam superius exposuimus. Aut igit̃ ita effici põt, vt humor effluere nequeat, aut quòd aer exiens inflat̃, emergitq; impetu violento, vt strepit⁹ indicat, humor idcirco à spiritu sursum attrahit̃, quẽadmodũ multis in rebus accidere certũ est. Attractus autẽ humor, sibiq; cõtinuus oi ex pte cõstans manet, oppressus ab aere, donec pulsus ab eodẽ recedat. cumq; initiũ ita retineat̃ humoris, reliquus & ois humor vnitus, atq; cõtiuuus ex suo pendeat initio necesse est. Nec vero temere ita agit̃, quãdoquidẽ eiusdẽ interest rei, et dimouere quicquam suo de loco, & idem in eo continere, ad quẽ mouerit: idq; diutius facere, si vel potentia quod tenet, quodq; tenetur, simili inter se contendunt, vel quod tenet, potentius est, vt in re, de qua agitur, accidit, Spiritus enim potentior, quàm aqua est.

9 Cur partes tam stirpium, quam animãtiũ, quæ nullis instrumentarijs officijs deputatę sunt, in orbem sese omnes colligãt? Stirpium quidem caudex, & rami formari in orbem solent, & animantium crura, femora, pectus, lacerti ad hanc eandem speciem enitũtur: trian-
10 gulum vero, aut multiangulum nullum neq; ex toto, neq; parte aliqua est. An, vt Architas author est, quoniam in motu naturali æqua proportio ineſt: moueri nanq; proportione omnia censet. hanc autem solam in sese æqualiter solui, atq; reuerti, vt orbes, rotundaq; afformare possit, cùm constiterit.

19 Cur extrema formari in orbem soleãt? An quòd natura res optimas, & pulcherrimas creat, quoad fieri potest. Figura autem ea pul-
20 cherrima est, quæ eadem vndiq; est, sibiq; ipsa simillima constat.


11 Cur si circulus proijciat̃, primam lineã recta ducet, deinde cochleam, siue clauiculam aget, dum decidat? An principio rectã ideo agit, quòd æqualiter ab aere hinc inde dirigitur. Cùm igitur pari momento vtroq; de latere pergat, lineam quoq; effici talem necesse est, quæ locum æqualiter hinc atque inde possit diuidere. talis autẽ recta est. At vbi in par-
30 tem alterutram vergere ob inæqualitatẽ circunfusi aeris cœpit, non amplius æqualem illam parte interiore, exteriore q; ducit, sed circularem, necessitate scilicet aeris diuersi, & incompositi.

12 Cur in magnitudinibus, quæ profundo sunt inæquali, accidit, vt si partem moueris leuiorem, circunferatur quod iaciturꝰ quemadmodum in talis fieri opplumbatis videmus, quo-
40 ties quis partem leuiorem ad se vertens proijciat. An quòd fieri non potest, vt quod grauius est, æque cum leuiori feratur, cùm proiectum eisdem à viribus est: quod cum moueri necesse sit, & tamen fieri non possit, vt æque omni ex parte, directoq; tramite moueatur, circũferri necesse est, dum se introuertit: quẽ-
50 admodum si quid medio eius immobile suo pondere penitus esset, alterum profecto extremum vltra in partem moueret priorem, alterum intra ad eũ tẽderet, qui dimisit. Sed quoniam, cùm totum moueri possit, pondus suo medio gerit, illud idẽ sequat̃ necesse est.

13 Quamobrem corpora quæ feruntur, vbi alicui occurrerunt, resilire partem in contrariam solent, quàm suapte natura ferri cogantur, nec nisi ad similes angulos resultare solent? An quòd nõ solum eo feruntur impetu, quo pro sua parte ipsa ferri aptissima sunt, verumetiam illo, qui à mittẽte proficiscitur. Suus igitur cessat cuiq; impetus, cùm suũ ad locum peruenerint: omnia nanq; requiescere solent, vbi eam in sedem sese contulerunt, quam suapte natura desyderãt. Sed externo illo, quem habent, impetu necessitas orit amplius mouendi: quod cùm in partem priorẽ effici nequeat, quia re prohibetur obiecta, vel in latus, vel in rectum agi necesse est. Omnia autem in angulos resiliunt similes, quoniam eodem ferri cogantur, quo motus ducat, quẽ is dedit qui miserit: eo autẽ vt angulo vel acuto vel recto ferãtur, omnino incidit. Cùm ergo quòd retorserit veter, quo minus directe motus agatur, pariter & rem quæ fertur, & eius impetum nimirum, phibere potest. Vt igitur in speculis extremum lineæ rectæ, quo se aspectus coniecerit, idem refrangitur: ita in ijs quæ feruntur, fieri ex aduerso solet, quippe cùm angulo tanto retorqueantur, quanto vertex cõstiterit. Ita enim intelligendum est, vt transferri simul & angulus, & delatio debeat: quo facto in angulos resultare similes, esse necesse palam est.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DECIMASEPTIMA:

Eorum, quæ ad res animatas pertinent: cuius quæstiones .111.



1 VRhomines, qui corpore cõstant immodico, maiores tunc esse videãtur, cùm appositi modicis inspiciũtur? An quòd res modica vnum est, & moderatio vnum quammaxime. vnum aũt quod est, id indiuiduum esse postulat, indiuiduum autem minus: res vero immodica multa pro sui diſeriminis ratione ostendit. Quamobrem vt cùm per sese magnitudines inspiciuntur quales nã sint, latere facilius possint: ita cùm collatæ in propinquo spectantur, latere non possunt. Ergo vnũ esse apparet, quod indiuiduũ est, spectatusq; eius vnus modici ratiõe exultat: immodicum porro, vt quòd plura sit, suspectionem plurium suggerit. Et maius propterea esse videtur, quòd vnum cùm sit, plura esse videat. naturã enì & magnitudinis habet pp continentiã, & numeri propter partiũ inæqualitatẽ. itaq; cùm vtrũq; obtineat incrementũ, merito magis tum esse apparet, cùm spectatur ad id, quod simplex est, atq; vnum.

1 Cur animantia omnia,& ea,quorum ſtirpes terra continentur,creſcere potius in longitudinem ſoleant? An quòd ter longitudo augetur,bis latitudo,ſemel profunditas. longitudo enim principio fit,primoq; principio exiſtit:itaq; primo ſola,ſecundo cum latitudine, tertio cum profunditate augetur. latitudo autem bis, videlicet per ſe,& vnà cum altitudine creſcit.

3 Quo nam modo prius, & poſterius capi debeant? Vtrum quemadmodum qui tempore Troiano vixerunt, nobis priores ſunt, & his ipſis priores, qui ſuperiores: atq; ad hunc modum in infinitum,vt qui ſuperiores ſunt,iidem priores habeãtur. An ſi quod initium,& medium,et finis ſint vniuerſi,& cùm quis ſenescẽs ad finem peruenerit, rurſus ad initium reuertatur,prioraq; ſint,quę propius ab initio abſunt, quid vetat nos ab initio minus diſtare? At ſi minus diſtamus,eſſe quoq; priores poſſum⁹,vt ſi cœli, ſyderisq; cuiuſq; delatio quædam agitur circularis: qui non etiam rerum caducarum ortus ſit talis,atque interitus,vt eadem rurſus oriãtur,ac pereãt? veluti etiam vulgo dicitur, circulum res eſſe humanas. Igitur homines numero quidẽ eoſdem ſemper eſſe cenſere,furor eſt: ſpecie vero ſeruari eoſdem,probari melius poteſt. Itaque vel priores nos eſſe poſſumus, talemq; aliquis ſtatuet ſeriem,vt eodem ſit repetẽdũ, vnde ortus extiterit,cogitandumq; ordinem continuum,ac ſemper eodem conſtantem tenore. Homines enim idcirco pure Alcmęon inquit, quod ſuum initium fini coniungere non poſſunt. Scite perhercle, ſi quis non arctius recenſeat, ſed formula quadam eius verba accipiat. An ſi circulus ſit, circulus autem vnà & principio,et fine careat,priores neque nos illis,neq; illi nobis eſſe propinquitate iniri poſſunt.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DECIMAOCTAVA:

Eorum, quæ ad literarum ſtudia pertinent: cuius quæſtiones .x.

1 Vr alios ſi legere cœperit,ſomnus occupat,etiã nolẽtes: alios vigilare volẽtes liber ſuſceptꝰ reddere peruigiles poteſt? An in quibus motꝰ ſpiritales ſunt, ſcilicet ob frigiditatem vel naturæ,vel materiæ melancholicæ,qua excrementum ſpiritale cruduꝫ cauſa frigiditatis conſiſtit,his,cùm intelligẽtia mouetur,inſiſtensq; alicui intelligere nequit,repellitur motus alter,qui refrigerandi vim habet: itaq; potius dormire incipiunt. At vbi aliqua in re ſuam intelligentiã firmarunt,quod lectio facere ſolet, nimirum à motu ſpiritali illo mouentur, cùm nihil ſit, quod eũ repellat: itaq; dormire non poſſunt. Quorum autem ſecundum naturam habitus eſt,eorum virtus intelligendi cùm aliqua in re cõſiſtit,nec varie ſe diſpergit,cętera quoque ſita eo in loco hærent, quorum requies ſomnus eſt. Vbi autem mens conſtiterit, & quaſi fatigata ſuccubuerit, caput aggrauat, vtpote quæ ſita in eo ſit, ſomnumq; inducit. at cùm ſecũdum naturam animus noſter agitatur,nullo tum ſomno premitur: tum enim maxime viuit. vigilantia autem,quàm ſomnꝰ cauſa potius eſt,cur viuere valeamus.

2 Cur contentioſa diſputatio ingenia exercere poſſit? An quòd in eo diſputandi genere accidit,vt crebro quis aut vincat,aut vincatur: protinus ergo contentioſus hinc homo redditur,quando vel vincendo per lætitiam magis magisq; adducitur, vt in contendẽdo perleueret: vel victus enititur, vt quod amiſit,recuperet. Quod idem vel in cæteris certandi generibus euenit. Quamobrem ſępe inter pugnandum,quãquam quis inferior eſt, tamen ceſſare minime patitur.

3 Cur homines in orando exemplis,& fabulis potius gaudent,quàm cõmentis? An gaudent,quia & diſcunt,& celeriter diſcũt. arqui per exempla,& fabulas facilius diſcitur: ſunt enim quæ explorata habeantur,& particularia ſint. Ratio autem commentandi demonſtratio ex vniuerſalibus eſt,quę minus quàm partes nouimus. Ad hæc ijs credere magis ſolemus,quę plurimum teſtimonio cõfirmãtur. exempla autem,& fabellæ teſtimoniorũ ſpeciem gerũt: fides autẽ perfacilis eſt, quàm teſtimonium fecerit Additur,quòd veriſimile quiſq; libentius diſcit: exemplum autem,et fabellæ rem non niſi ſimilem docent.

4 Cur oratorẽ,imperatorẽ,& mercatorẽ calidũ appellare ſolemꝰ: tibicinẽ, hiſtrionẽ hoc appellare nomine nõ ſolemus? An quòd horũ facultas ſine cupiditate eſt: nititur enim tã tũmodo ad oblectationem: illorũ autẽ conatus oĩs ad plus acquirẽdum ſibi cõtendit. bonus enim orator,& iperator,& mercator eſt, qui plus ſibi acquirere poteſt: calliditas autẽ in acquirendo maxime ſita eſt.

5 Cur hominẽ philoſophũ differre ab oratore putemus? An quòd alter quidnã iuſtitia ſit cogitat,alter qui iniuſtus ſit aliquid ſpectat,et alter qualis nam tyrannicus tenor ſit,alter tyrannum quempiam eſſe animaduertit.

Cur

6 Cur in ijs ſtudijs, quæ aliqui ſibi delegerint,quãquam interdũ prauis,libentius tamẽ quàm in honeſtioribus verſantur? verbi gratia præſtigiatorem, aut mimũ, aut tibicinem ſe potius eſſe,q; aſtronomum, aut oratorem velit, qui hæc ſibi delegerit? An volunt quidem nonnulli res honeſtiſſimas tractare, ſed quoniam minus ſibi cõfidunt poſſe efficere, ideo non ita agunt. An vero rem, in qua ſeſe quiſq; poſſe præſtare arbitratur, eam deligit ſibi: quam autem deligit, eidem operam dat, illi obſequens partem diei maximam, vt ſe ipſe vincat, ſeq; ſit præſtantior. Quin etiã quæ principio aliqui ſibi delegerint, quibusq; inſueuerint, in ijs ne iudicare quidem poſſunt, quidnam melius ſit: animus enim eorũ corruptus iam eſt propter prauas delectiones.

7 Cur alios ſi legere cœperint, ſomnus occupat,vel nolentes: alios vigilare volentes liber ſuſceptus reddere puigiles poteſt? An in quibus motus ſunt ſpiritales, ob frigiditatem vel naturę, vel humoris, multiplicique humore excrementum ſpiritale cauſa frigiditatis conſiſtit, ijs cùm intelligentia mouetur, inſiſtensq; alicui intelligere nequit, expellitur motus alter: itaq; potius dormire incipiunt, cùm non multum ſua intelligentia mutentur: motus enim ſpiritalis ille ſuperatꝰ, & vincitur. At vbi aliqua in re ſuam intelligentiam firmarint, quod lectio facere ſolet; nimirum à motu illo ſpiritali mouentur, cũ nihil ſit, quod illum repellat: itaq; dormire non poſſunt. Quorũ autem habitus ſecundum naturam eſt, eorum virtus intelligendi cum aliqua in re vna conſiſtit, nec varie ſe diſpergit, cætera quoq; ſita eodem in loco hærent, quorum requies ſomnus eſt. vbi enim pars vna, quæ potiſſima ſit, inſtiterit, cæteræ quoq; partes inſiſtere ſolẽt: perinde ac in copijs, quæ verſæ in fugam fuerint, agitur. Natura enim ſurſum efferẽ, quod leue eſt, deorſum autẽ defertur, quod graue eſt. Cùm igitur anima ſecundum naturã mouetur, nõ dormit, ita enim ſe habet. at vbi conſtiterit, & quaſi fatigata ſuccubuerit, mẽs immutatur, & vapores craſſiores ſurſum ſeſe eferentes ad caput, faciũt ſomnum. Lectio vero, phibere ſomnum videri ſanè poteſt: quod non propterea eſt, quia tãtiſper intelligimus, (anima enim tunc magis definitur) ſed quia mutatur. & ideo inſomnia euenit. nam intellectiones illæ vigiles ſunt; quibus anima quę rat & dubitet, non illæ, quibus aſſidue contempletur, cùm illæ faciant indefinitionem, hæ non faciant.

8 Cur in diſputationibus contẽtio ſit, nugatio nunquam incidat? An q apparens ſyllogiſmus, id eſt ratiocinatio eſt, ratiocinatio autem in paucis continetur. quinetiam ſi prolixius agatur, interpoſito tempore paralogiſmus, id eſt peruerſa ratiocinatio interea deprehendetur, & reuocare quod dederit, aduerſarius poterit.

9 Quamobrem libentius eas hiſtorias audimus, quæ rem vtilem exponunt, q; quæ plures? An q rebus magis attendimus notioribus, easq; libentius audimus. notius autẽ eſt, quod definitum. vnum itaq; finitum eſt, plura autem infinito participant.

10 Cur nos rerum narratio oblectat, quæ nec nimium veteres ſunt, nec admodum nouæ? An q rebus diffidere procul abſentibus ſolemus, quibus vero diffidimus nũquam ijs oblectamur. at quę noua admodum ſunt, adhuc quaſi ſentimus: itaque de his cùm cupimus, minime oblectari poſſumus.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO DECIMANONA:

Eorum, quæ ad concentum pertinent: cuius quæſtiones .l.

1 Vr tam in laborando, quàm in fruendo ſolatio tibiam adhibere ſolemus? An vt laborantes minus angamur, fruentes magis oblectemur.

2 Cur idem voce eadem lõgius ſentiri cum alijs cantans, aut vociferans, q; ſolus poteſt? An quia viribus vniuerſis agere quippiam, vel premere, vel impellere non tantuplũ eſt, quãtus ſingularum numerus eſt: ſed quemadmodum linea bipedalis non duplum, ſed quadruplum quiddam deſcribit, ſic compoſita omnia plus valent, q; eadem diuiſa. Ergo cùm vniuerſo agitur ore, vocis potentia conſtans, vnaq; redditur, ſimulq; aera propellit, vt pdire multiplex valeat: quippe cùm vox, quæ à multis pficiſcitur, multiplex ſit, quàm quæ à ſingulis.

3 Cur maxime in cantando parhypatẽ, vocẽ rũpi non minus ſoleat, q; in nete, ſupremisq;, quanquam cum interuallo ampliori? An q eius cantus & perdifficilis eſt, & cantandi primordium obtinet. Difficilis autẽ propter intẽtionẽ, preſſurãq; vocis eſt, quibus in rebus nimirum virget: corrumpi autẽ quæq; maxime ſolent, quoties labore acrius opprimunt.

4 Sed cur hac difficile, hypate facile cãtatur, cùm non niſi diieſi diſcrepant? An q hypate remiſſior eſt, atq; etiam leuius à cõſtitutione

aſcenditur,

aſcẽditur. hęc eadem cauſa eſt, quam ob rem ad vnam cantari videantur, quæ ad hanc, paranetenq; cantantur: agendum eſt enim cum intentione, conditioneq; aptiſſima moribus, pro voluntate, & inſtituto. At cõſonantia, vt exiſtat, quę nam cauſa ſit?

5 Cur ſuauius cantilenam, quam nouimus, audire ſolemus, q̃ eam, quam ignoramus? Vtrum quia cũ quod cantatur, agnoſcimus, tunc melius patet, quia veluti calcem, quod ſpectat, aſſequitur: id autem cõtemplatu ſuaue eſt. An q̃ diſcere lætabile eſt: cuius ratio eſt vel in capiẽda doctrina, vel in vtẽda, agno ſcendaq; verſatur. Addo etiã, quòd res ſolita ſuauior, q̃ inſolita auribus accidit.

6 Cur immutatio, & varietas in cantãdo tragicum ſit? An ratione inæqualitatis hoc euenit. afficit nanq; triſtitia, quod inæquale eſt, accõmodaturq; magnitudini calamitatis, aut mœroris: contra quod æquale, atq; continẽs eſt, minus id flebile auribus accidit.

7 Cur veteres cùm ſeptem fidibus concẽtus diſponerent, hypaten, nõ neten relinquebãt? An falſo id dicitur: earum enim vtranq; ſeruarunt, ſed triten adimere ſolebant. An nõ, ſed quia grauior ſonum poteſt acutioris, idcirco neten reliquerunt: ergo hypate magis antiphonum, quàm nete reddebat: nam vt acutum vim deſyderat pleniorem, ſic graue exprimi facilius poteſt.

8 Cur grauis ſonum valeat acute? An quia maius quod graue eſt: quippe tum vt graue obtuſo, ſic acutum acuto angulo ſimile habeatur.

9 Cur ſolitarias cãtilenas ſuauius audire ſolemus, ſi ad tibiam, aut ad lyram vnam cãtantur, cùm tamen ad fides, canticumq; idẽ modo vtroq; peragatur. nam ſi idem ita amplius ſit, plus ad plures tibias, atq; etiã ſuauius eſſe oportet. An quoniam euidẽtius in aſſequendo quod ſpectatur eſt, cũ ad vnam vel lyram, vel tibiam cãtatur: ad plures vero ſuauitas ſeruari non poteſt, cùm cantilena offuſcetur, totaq; pene deleatur.

10 Cur ſi vox hominis ſuauior eſt, nõ eius, qui ſine termone cãtat, ſuauior prouenit, verbi gratia teretãtis? ſed tibia, lyra ue ſuauius ſonat? An ne illa quidem, quæ vocabulis articulata emittitur, æque ſuauis eſt, niſi per ſimulationem formetur. Cæterum opere ipſo efficitur, vt gratior ſit: vox enim hominis ſuauior conſtat. oris autem inſtrumẽta pulſandi vim obtinent plenioremi: quãobrem ſuauius cantatur, quàm teretatur.

11 Cur vox, aut ſonus deſinens acutior ſit? An quia minus, vt quæ facta imbecillior ſit.

Quamobrẽ quæ grauior è fidibus eſt, huic ſemper actus modulandi cõmittitur? nam ſi proxima quoq; a media tenuit medra pulſanda ſit, nihilominus reddi medium poteſt. at ſi media ſubiungenda eſt, per proximam à media idem reddi non poteſt. An quia magnum, quod graue eſt, itaq; validum eſſe neceſſe eſt: & ineſt, profecto in magno quod parum eſt: & quidem duæ nete in hypate efficiuntur, ſi intercipiatur.

12 * nã ſi proxima quoq; a media tenuit medra pulſanda ſit, nihilominus reddi medium poteſt. at ſi media, cum vtranq; oporteat, tenuit nõ redditur. An

13 Cur in conſonantia diapaſon graue quidem acuti antiphonum accipi poteſt, grauis vero acutum non poteſt? An maxime quòd in vtroque modulus vtriuſque contẽtus eſt: ſed ſi minus, certe in graui acutum eſt, maius enim hoc eſt.

14 Cur antiphonum diapaſon conſonantiæ ita latitat, vt vniſonum eſſe videatur, velut in punico, aut atropo? quæ nanq; poſita in acutis ſunt, non vniſona, ſed ex proportione ſibi diapaſon concinentia reſpõdent. An modus proportionis facit, vt ſonus quaſi idẽ eſſe appareat: proportio enim in ſonis æqualitas eſt: æquale autem omne ad vnitatem referẽdum eſt. Hoc idem in fiſtulis etiam euenit, vt falli aures poſſint.

15 Cur genus cãtilenæ, quod lex appellatum eſt, non per antiſtrophos olim agebatur, cùm tamen cæteris chorearum cãticis antiſtrophi vſus non deeſſet? An quòd olim leges à magiſtris certandiq; peritis agebantur, qui cùm iam egregie ſimulare, valenterq; pertendere poſſent, cantum & prolixum, & varium conficiebant. itaq; vt verba, ita etiam moduli, numeriq; varie ſubinde ſimulationem inſequebantur: imitari nanq; modulamine potius, q̃ vocabulis neceſſe eſt. Quãobrem dithyrambi etiam, poſteaquã ſimulari cœperunt, antiſtrophis amplius non vtuntur, quanquã plurimũ ante vterẽtur. Cuius rei cauſa eſt, quòd olim homines liberi atq; ingenui ad choream adire ſolebãt: itaq; multos eſſe, qui fungi cantu certatorio poſſent, erat difficile: quapropter illis in more fuerat, vt modulos enharmonios cantarent. Vnus enim crebro cantilenam mutare, variamq; cõtexere facilius poteſt, q̃ multi: & qui certat, facilius q̃ qui mores cõſeruat: quocirca ſimplicius illi modulari deberant. Antiſtrophus autem ſimplex eſt, quippe qui numerus ſit, vnitateq; menſuretur. Hæc eadem cauſa eſt, cur in ſcena nullus, in chorea plurimus antiſtrophi vſus ſit. Hiſtrio nãq; ſimul & certator, & ſimulator eſt: chorus autem minus imitatur.

16 Qua de cauſa diſſonantiũ copulatio, quod antiphonũ noiamus, ſuauior, q̃ conſonũ eſt?

An

An quòd expreſſius ita conſonantia percipi poteſt, q̃ cum voce conſona addita cantatur: alteram enim vocem idem ſonare neceſſe eſt, itaque duas ad vnam reſonare, quæ tertiam offuſcare facile poſſint.

17 μαγαδίζειν magadare, vel forſã magadiſſare, p magadiũ vti. Quid magadis, vide apũ Caſium. Cur ſola diapaſon conſonantia cantẽtur? hanc enim magadare, nec vllam aliam cõſuerũt. An q̃ hæc ſola ex fidibus inter ſeſe obſonis cõſtat: atqui in obſonis etiam ſi alteram canis, identidẽ efficis. voces enim ambarum vna quodammodo illa continet. Ergo in hoc conſonandi genere cùm vel vna canitur, conſonantia tota perfici poteſt: & cùm ambę, aut cũ altera canitur, altera tibia ſonat, vna quaſi de duabus exultat. atq; ita efficit, vt ſola hæc cantilenam patiatur, eo ſcilicet, quòd obſona vocem obtinent nerui eiuſdem.

18 Sed cur ſolis obſonis datum hoc eſt? An quòd ſolæ pari interuallo diſtant à media: itaque medietas ſimilitudinem quandam ſonorum efficit, vt ſenſus auriũ ambas, et eandem, & extremas eſſe dijudicare videatur.

19 Cur in diapente, & diateſſaron conſonantijs nunquam antiphonis cãtatur? An quòd non eadem conſonandi ratio in ijs eſt, quæ in diapaſon concinentia: quippe cùm in illa grauis eundem ad proportionem modum obtineat, quem acuta acuminis: itaq; fit, vt & eadem quaſi & diuerſa vox oriatur. at vero in diapente, atq; diateſſaron concinentijs nõ ita eſt: quãobrem ſonus vocis oppoſitæ perpendi non poteſt, quoniam idem non eſt.

20 Cur ſi quis cæteris omnibus neruis cõcinatis, medio vero inconcinno pulſet inſtrumentum, nõ ſolum cũ ad medij ſonum deuenerit, ſed etiam cæteris modulandi partibus anget aures, modumq; incõpoſitum diſſipatumq; elicíet: ſed ſi lichano, aut quem ſonum alium mouerit, tum diſcrimen dũtaxat apparebit, cũ eum pulſarit, quem mouerit? An ratione hoc euenit optima, quandoquidẽ omnia egregia modulandi genera medio neruo ſæpe vtũtur, omnesq; probi fidicines crebro ad medium veniunt, & ſi diſceſſerint, mox redeunt eodem, nec vllum aliũ toties repetunt. Ergo quemadmodum ademptis ex oratione quibuſdam coniunctionibus, vt τε & τοι, oratio minus græca relinquitur: alijs vero quibuſdam detractis, nihilo inſuauior accidit, eo q̃ alijs ſæpe in dicendo vti neceſſe eſt, alijs minime: ſic etiam medius veluti coniunctio eſt ſonorum, maximeq; elegantiorum, quoniam eius ſonus aſſumi ſæpiſſime ſoleat.

21 Qua de cauſa qui grauius cantant, ſi abſonant, deprehendi facilius poſſunt, q̃ qui cantant acutius. nec vero ſecus in numeris accidit, euidentiores enim, qui peccant in grauiori. Vtrum q̃ plus tẽporis graue obtinet: plus autem plenius à ſenſu aurium percipi poteſt. An q̃ in tẽpore ampliori agitur, hinc ẽt plus ſenſus adhibetur: velox autem, & acutum facile ſuam ob velocitatem laceſcit.

22 Quam ob cauſam multi cũ cantant, melius numeros ſeruãt, q̃ pauci? An q̃ multi melius vnum, ſuumq; ducem aſpiciunt, tardiusq; incipiunt: itaq; facilius aſſequi idem poſſunt, quippe cùm in accelerando eueniat, vt plus erroris committatur.

23 Cur nete duplo acutior eſt hypate? An primum, q̃ cùm neruus parte ſui dimidia pulſatur, & totus diapaſon cõcinẽtia exultat: quod vel in fiſtulis eque perſpicere licet: vox enim, quæ per medium foramẽ emergit, diapaſon reſonat cũ ea, quæ per totam fiſtulam promitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapaſon conſonãtiã nouimus. nam & qui tibias perforant, ita diſponere ſolent: & qui fiſtulas apte concinnant, extrema tantum cera marginant foraminis principalis, neten vero ad dimidium implent. Et in triquetris nerui, quorum alter longitudine dupla, alter ſubdupla eſt, æque intenti diapaſon conſonantiam reddunt. Genus autem cõcinendi, quod diapente nominatur, ſeſquialtera conſtat. quod vero diateſſaron vocamus, interuallo ſeſquitertio continetur.

24 Cur ſi quis neten pulſatam apprehẽderit, hypate ſola reſonare videbitur? An quòd tinnitus, qui ex hac, pficiſci ſolet, ſono illius maxime conciliatur, & congruit, vtpote qui conſonus ſit. ergo quia ſuo conſimili concreſcit, ſolus appareat: cæteri vero incerti ſuam ob exiguitatem occultantur.

25 Cur neruum medium in concentibus appellamus, cũ inter octo nullum medium ſit? An quòd olim concẽtus ſeptem neruis conſtabant, ſeptem autem medium obtinent.

26 Cur in acutum magna ex parte vox aberrare conſueuit? Vtrum quòd facilius acutum quàm graue cantatur. An quòd acutum graui deterius eſt: peccare autem non aliud eſt, q̃ rem agere deteriorem.

27 Cur inter omnia, quæ ſenſum patiũtur, ſolum id mores obtinet, quod obuiam auribus eſſe poteſt? Nam etſi quid ſine ſermone modulamur, mores tamen præ ſe ipſa modulatio fert, quos non color, non odor, non ſapor gerere poteſt. An q̃ motum ſolum hoc obtinet, non dico quẽ ſtrepitus reddit, (talis enim vel cæteris adeſt: quippe cùm etiam color noſtrum mouere aſpectum poſſit) ſed cũ intelligi volo, quẽ genus id ſtrepitus ſubſequẽtem ſentimus.

ſentimus. hic enim ſimilitudinem gerit, tum in numeris, tum in ſonorũ ordine acutorum & grauium non in miſtione, quod eſſe in cæteris ſenſibilibus non poteſt. Atqui motum eiuſmodi ſibi actio vendicat, quæ morum index proculdubio eſt.

28 Cur leges pleræq; cantilenæ appellentur? An q̃ homines prius q̃ literas ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarẽt: quod etiam noſtra ætate Agathyrſis in morem eſt. Ergo primas quoq; poſteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine, quo omnes ſuperiores vocabantur.

29 Cur numeri muſici, & modi q̃ voces ſunt, moribus ſimiles ſeſe exhibent: ſapores vero, aut colores, aut odores nullam eiuſmodi ſimilitudinem gerũt? An q̃ numeri muſici, & moduli motibus continentur, quo modo etiam actiones. At omnis efficiẽtia moralis res eſt, moresq; condere poteſt: ſapores vero, aut colores hoc idem æque conficere non queunt.

30 Cur neq; ſubdorium, neq; ſubphrygiũ genus in Tragœdijs chorieum habeatur? An quoniam antiſtropho carent, vtpote quę ſcenica ſint, imitationiq; accommodata.

31 Cur Phrynicus, ceteriq; eius ętatis muſici, modulandi potius ſcientiam exercebãt? An q̃ tum in Tragœdijs carminis vſus modulaminum longe amplior erat.

32 Cur diapaſon conſonãtiam dicimus non ratione numeri diaocto, vt diateſſarõ, vt diapente? An q̃ priſcis non pluribus vti neruis q̃ fuit in morẽ: deinde Terpãder tertia exempta, neten adiunxit, ac eius tẽporibus diapaſon hæc appellata eſt cõſonãtia, non diaocto, quippe quæ ſeptem, non octo conſtaret.

33 Quamobrem aptius de acuto in graue canitur, q̃ de graui in acutum? Vtrum quòd ita fit, vt à ſuo inchoeẽ principio. neruus enim, qui medius & dux eſt, acutiſſimus primi tetrachordi habetur: illo autẽ modo nõ à principio, ſed à fine exordireẽ. An q̃ graue generoſius, ſonantiusq; ab acuto oriri poteſt.

34 Cur bis diapente, aut bis diateſſaron cõſonantia componi non poteſt, bis autem diapaſon poteſt? An q̃ non bis diapente, neq; bis diateſſaron inſtrui poteſt, ſed diateſſaron, ac diapente proportiones apte in vnam diapaſon continentiam copulantur.

35 Cur diapaſon conſonantia omnium pulcherrima eſt? An q̃ integris terminis huius proportiones continẽtur: cæterarum autem non integris. Cum enim nete dupla ad hypaten ſit, quocũq; in genere nęte duo tenuerit, hypate vnum habebit: & vbi hypate duo, nęte quatuor reſonabit, ac ita deinceps. At vero eadem nete medię ſeſquialtera eſt. proportio nanq; ſeſquialtera, qua conſonãtia diapente concluditur, non integris numeris poſita eſt: maior enim minorem intra ſe cõtinet totum, & partem eius dimidiam: quamobrem nõ integri cum integris comparãtur, ſed partes ſuperſunt. Conſonãtia quoq; diateſſaron proportione ſeſquitertia continetur, quæ terminis conſtat, quorum maior minorem intra ſe totum cõtinet, & inſuper tertiã eius partem. An q̃ ex ambabus conſtitit perfectiſſima eſt. & quoniam modulandi menſurã hæc tenet, merito omnium elegantiſſima conſtat.

Cur ſi neruus medius ex ſuo intẽrionis modo dimotus ſit, ceteri quoq; omnes ſonos incõpoſitos reddent: ſed ſi integre illo manẽte, aliquis ex cæteris ſit dimotus, ſolus hic aberrabit, qui modo ſuo caruerit? An q̃ ratio concinendi neruis omnibus apta intentione continetur, quæ non niſi per habitudinem quandam ad medium accõmodanda omnibus eſt, ordoq; ratione illius diſponi ſingulis debet. ergo ſublata continendi, concinendiq; cauſa, concentus æque cuſtodiri præterea non poteſt. cùm tamen neruo medio ſibi conſtante vnus ex cæteris aliquis diſcreparit, merito illius pars dũtaxat deeſt: cæteri nanq; omnes modum ſuæ concinentiæ ſeruant integrum.

Quare cùm vocis acumen effici momento poſſit exiguo, grauitas autem non niſi magno proueniat? vt enim graue ob multitudinem graue eſt, ita acutum ob velocitatẽ acutum exiſtit. Cur inquã, ſi ita eſt, maius negotium canticum ceciniſſe acutum, q̃ graue ſit: & quidem pauci reperiũtur, qui ſuperna cantare valeant? Leges quoq; acutæ, & arduę difficile idcirco cantantur, quia intẽtæ vehementius ſunt: quãquam minus negocij ſit mouiſſe quod exiguum, q̃ quod multũ eſt. itaq; vel in aere hoc idem accidere oporteret. An vocem è natura mittere acutam, non idem eſt, quod acutum cantare: ſed mittunt quidẽ acutam vocem omnia, quæ natura ſunt imbecilla, eo ſcilicet q̃ aeris parum, non multum ciere poſſunt: parum autem aeris velociter fertur. Vnde hectici, id eſt qui cõſumpto corporis habitu emarcuerint, acutam proferunt vocem. at vero acutum, niſi viribus valeant, cantare non poſſunt. Cuius certe indicium, q̃ velociter ferri ſolet, quod vehemẽter fertur: ita bonarum virium index acutum eſt, cũ ſuperna cantare admodũ difficile ſit; grauia autem locum tenent inferiorem.

Cur numeris, modulis, canticis deniq; omnibus concinẽdi generibus oblectari omnes cõſueuere? An q̃ motibus naturalibus oblectari datum à natura omnibus eſt. Indicium, q̃ pueri adeo nuper ęditi his ipſis moueri, oblectariq; poſſunt: modis tamẽ adiectitijs canticorum vt delectemur, efficere aſſueſcẽdi ratio poteſt. Sed enim numeri propterea mulcent, quia ratum, ordinatũq; computãdi numerum habent, mouẽtq; nos pro ſua æquabili ſerie ordinate. Motus enim familiarior naturæ eſt ordinatus, q̃ inordinatus: itaq; ſecundum naturam hic magis eſſe probatur. Argumentum, q̃ cùm ordinate & laboramus, & bibimus, & comedimus, naturam, viresq; noſtras & ſeruamus, & augemus. Contra, inordinate cùm agimus, deprauamus naturã, atq; de ſuo ſtatu dimouemus: morbos enim naturalis ordinis corporũ eſſe motiones nullũ dubium eſt. Conſonantia vero demulcere ideo poteſt, q̃ miſtio, ſiue tẽperatio contrariorum eſt iũctorum apte inter ſeſe, portionemq; inuicem cuſtodientium. Portio igitur ordo eſt, quẽ modo natura ſuauẽ eſſe propoſuimus. Et tẽperatum quoq; omne ſuauius, q̃ intemperatum eſt: præſertim ſi cùm ſenſibile ſit, pariter vim habeat vtriuſq; extremi, quẽadmodum conſonantia ex portionibus temperatur. Et proportio ipſa amborũ extremorum potentiam æque in conſonantia tenet.

39 Cur ſuauius antiphonũ æquiſono eſt? An q̃ obſonum quoq; conſonum diapaſon eſt, quippe cùm ex aduleſcentibus, viriſq; conſtat, qui ita diſtant inter ſe tonis, vt nete, & hypate. At omnis conſonãtia ſono ſimplici ſuauior eſt. cur autẽ ita, dictũ iam eſt. atq; omniũ ſuauiſſime diapaſon pſonat: ęquiſonum aũt illud ſimplici contineri ſono conſpectum eſt.

40 Cur ſola in diapaſon conſonãtia magadari ſolitum eſt? An quia vt pedes carminũ portionem, aut paris ad par, aut dupli ad ſubduplum, aut aliquam aliam inter ſe obtinent: ita ſoni, quibus cõſonãtia cõtinetur, motus portionem inter ſe aliquam ſeruant, & rationem clauſulæ. Cæterarum igitur conſonantiarum alterius termini imperfecti ſunt, cũ finiant ad partem: quamobrem fieri non poteſt, vt pari ſint facultate. Cumq; diſpares ſint, diſcrimen auribus accidit, quomodo in choreis, cùm ad finem deuentum eſt, differentia ex ampliore voce aliquorum exultat. Adde q̃ hypate accidit, vt exitum ſoni circuitalis habet cum nęta: vltimus enim à nete ictus aeris factus hypate eſt: q̃ cùm finiant in idem, quamuis non idem fecerint, euenit vt opus abſolui vnum cõmuneq; poſſit, nõ ſecus ac illis accidit, qui ſub poſtremam cãtilenam pulſent. Nam etſi cætera operis non adhibita tibia peregerunt, tamẽ quod in idem deſierint, eo ipſo fine magis delectant, q̃ diſcrimine angunt, quo ante finem diſcreparint. Cũ igitur in diapaſon conſonãtia exdiuerſis, quod commune exuliet, ſuauiſſimum ſit, magadare autem ex contrarijs vocibus conſiſtat, hinc magadare conſonantia diapaſon conſueuerunt.

Cur ſuauius cantum audimus, quem ſcimus, q̃ quem ignoramus? Vtrum quoniam cùm cantilenã agnoſcimus, melius patet, qui veluti calcem, quod ſpectat, aſſequitur. hoc autem cõtemplationem facit ſuauiorem. An incidit, vt auditor vnà cum eo afficiatur, qui notam illam exprimit cãtilenam, quippe qui aliquid ſuccinat, ſociumq; ſeſe præbeat cantanti. Solet autẽ quiſq; hilari, ſecuroq; animo cãtare, niſi aliqua coactus neceſſitate id faciat.

Cur nõ bis diapente, aut bis diateſſarõ reddi conſonantia poteſt, vt bis diapaſon coaptari ſolet? An q̃ diapente conſonantia poſita in proportione ſeſquialtera eſt, diateſſaron vero in ſeſquitertia. Quòd ſi tres ſeſqualteri, aut ſeſquitertij numeri ordine diſponantur, extremi nullam inuicem portionem habebũt. neq; enim ſuperparticulares, neq; multiplices eſſe poterunt. At diapaſon continentia, quoniam duplari proportione conſiſtit, hac geminata quadruplam inuicem proportionem extremi tenebunt. itaq; cùm conſonantia ſonorum inuicem proportionẽ obtinentium ſit, proportionẽq; inuicem ſoni habeãt, quibus diapaſon interuallum continetur: penitus vero careãt, qui diateſſaron, aut diapẽte habitudinę copulãtur: idcirco ſoni bis diapaſon eſſe conſoni poſſunt, cæteri nõ poſſunt, ob eam, quam reddidimus cauſam.

Cur ſi quis neten cũ pulſauerit, apprehendat, ſola hypate ſubſonare videat? An q̃ nete cùm deſinit, elangueſcitq;, in hypatẽ tranſit. Indicium, quòd poſt hypatẽ protinus neten canere aptiſſime licet: etenim quaſi neten præ ſe ipſa ferat, ſimilitudo ex ea petiẽ. Cùm autem echo quoq; ipſa cantus quidã eſſe probetur, (eſt enim vocis nete iam deſinentis ictio) tinnitusq; ipſe ſono reſpõdeat hypate, merito ob ſuam affinitatem nete mouere hypatẽ poſſe videtur. Nete enim, vbi ſe moueat apprehenſa, certo nouimus. at hypaten cũ videamus inapprehenſam, & tamẽ eius ſonum percipiamus, ipſam ſonare credimus: quod in multis accidere ſolet, in quibus ſcilicet neque ſenſu, neq; cogitatione perpendere veritatem poſſumns. Ad hæc ſi nete ictu intente accidat, vt iugũ moueatur, nihil ſanè mirum fuerit: eius autem motu neruos omnes commoueri, ſonumq; reddere aliquem ꝓbabile eſt. Sonus igitur nete alienus ab cæteris eſt,

& cùm desinit,& cùm incipit: cum hypate vero cùm desinit,idem existit. Quòd si eius propriæ motioni adiūctus ipse totus esse illius videatur,absurdum haud quicquam haberi debet. Amplior autē,quàm sonus reliquorum neruorum promiscuus hic exultat;quoniam illi quidem à nete quasi impulsi, submisse vel lente & leuiter ac molliter sonant: nete autem ipsa fidium omnium vehemētissima suà tota potentia sonum reddit. itaq; secundaria eiusdē actio merito supior esse,q̄ cæterarū potest, p̄sertim cū leuissimo motu ipsa moueat.

44 Cur suauius cantilenam audimus,cùm ad tibiam,quàm cum ad lyram cātatur? An omne suaue,quod mistum cum suauiori est, suauius redditur; atqui tibia, quàm lyra suauior est: ergo cantilena quoq; mista cum tibia, q̄ lyra suauior fit,quoniam quod mistū est,non misto est suauius, modo quis sensum amborum percipiat. Vinum enim aceto mulso suauius est,quoniam quæ natura permiscet, longe amplius temperantur, quàm quæ à nobis miscētur. vinum quippe ex acido, ac dulci sapore mistum est. Probari hoc idem potest vel malis punicis,quæ vinolenta appellamus. Ergo cantilena,& tibia misceri sibimet admodū suam ob similitudinem possunt: spiritu namque vtraq; conficitur. Sonus autem lyrę, quoniam nō spiritu fit, aut minus sensibili, quàm tibiarum, minus voci immiscere se potest: q̄ cùm ad sensum discrimen pariant, non immer to minus demulcent, quomodo dictum de saporibus est. Adde quòd tibia sonitu, cognationeq; sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyræ cùm tenuis, vociq; cōmisceri minus idoneus sit, ipse per sese patēs, suumq; genus syncerum custodiens, omnes cantilenæ errores posita quasi regula patefacit. Cū vero multa perperam in cantando agantur, quod promiscuū ex erratis, rectēq; actis proueuit, deterius esse necesse est.

45 Cur neruum medium inter septem vocamus, cū inter octo nullum medium sit? An q̄ olim concentus neruis septem cōstabat, quorum medium est. Eorum item, quæ inter extrema continentur, solum mediū principium quoddam est. quod enim in medio situm est eorum, quę in aliquo interuallo ad vtrunque vergunt, extremum hoc principium, & medium est. Cū autem extrema concentus nete, & hypate sint, hisq; interiaceant reliqui soni, quorū medius nominatus, solus principium alterius tetrachordi est, iure medij nomen habuerat. principium enim idem esse duntaxat patuit, quod medium est eorum, quæ inter aliqua clauduntur extrema.

46 Cur melius multi cùm cantant, seruare numeros possint, quàm pauci? An quòd multi magis vnum, ducemq; respiciunt, tardiusq; incipiunt: itaq; facilius assequi idem possunt: plus enim erroris solet cōmitti in celeritate. Accidit autem, vt suo duci multi, quàm pauci sint attentiores. Segregās vero sese, nemo eorum exuperata multitudine clarere potuerit, quāquam inter paucos facilius proculdubio poterit. quamobrem inter sese ipsi per se potius, quàm cum principe certant.

47 Cur vox in partem acutam cantus magna ex parte degenerat? An quòd acutum facilius, quàm graue cantatur. acutum igitur crebrius cantant: dumq; id faciunt, errorem crebrius committunt.

48 Cur veteres cū neruis septem concentus disponerent, hypaten, non neten reliquerūt? An non hypaten, sed eam, quæ paramese nostra tempestate vocatur, toniq; interuallū reliquerunt. vltima vero densi in acutum promedia vsi sunt, quamobrem mediam quoq; eam appellarunt. An q̄ superioris tetrachordi finis principium erat inferioris, & medium tono proportionem extremorum tenebat.

49 Cur Tragœdiarum choris neq; subdorio, neq; subphrygio cantādi genere vti mos est? An quòd modulum præstare concentus hi nequeūt, quo certe choris magnopere opus est. Mores vero subphrygium obtinet vsui rerum deputatos. quam ob rē in Geryone excursus, & arma eo ipso concētu agunt. Subdorium vero magnificum constans, graueq; est: quocirca omnium maxime concentuum citharæ accommodandum. Sed hæc ambo, vt choris minime congruunt, sic scenis esse familiariora probantur: etenim scena heroum facta, dictaq; simulat. Veterum autem solos duces fuisse heroas constat: populi homines sunt, q̄bus chori consistunt. Quapropter choro competunt mores, moduliq; tranquilli, & flebiles: hæc enim humana potius sunt, quæ minus cæteri concentus præstare queunt: minimeq; ipse subphrygius: hic enim animos lymphatis similes reddit, cogitq; debacchari. At vero mixolydius nimirum illa præstare potest: itaque eo ipso affici possumus. Sūtautem patibiliores, qui inualidiores: quāobrem id genus choro tribuim⁹. subdorio vero, atq; subphrygio agimus, quod choro non conuenit. Est enim chorus cliens quidam, curatorq; ocios⁹: quippe qui beneuolentiā duntaxat his exhibeat, quibus adest.

50 Cur sono grauiori mollior modulatio contineatur? An quòd modulus sua quidem natura mollis est, & quietus, sed admisti numori

ratione

ratione asperior redditur, & mouētior. Cùm igitur grauis sonus mollis, quietusq; sit, acutus contra mouēs, & irritans, prorsus eorum quoq;, qui eundem modulum habent, mollior esse debet, qui grauior eodem modulo continetur. Modulum nanque mollem esse eorum dictum iam est.

51 Cur parium, similiumq; doliorum, si alterum inane, alterum dimidiatum sit, echo diapason consonātia resultabit? An quòd echo dupla dimidiati ad inanis existit. Quid enim in istis potius, q̄ in fistulis res euarietē morum nanq; eūdem acutiorem putamus, quem velociorem. Amplioribus vero aer tardius occurrit, vt duplis duplo, & cæteris ad proportionē. Vtris quoque duplus diapason ad subduplum consonat.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VICESIMA:

Eorum, quæ ad siurpium genus, & oleracea pertinent: cuius quæstiones .XXXVI.

1 VT aquam salsam apium recipit, portum recusat? An quòd alterius radix imbecilla, alterius valida est. impatibilius autem, quod validius.

2 Cur in puerbio est, Mentam belli tēpore neq; edito, neq; ferito? An quia mēta refrigerare corpora potest, vt corruptione cōstat seminis genitalis: id autē ipsum aduersum omnino est ad fortitudinem, atq; animositatem, quamuis genere sit idem.

3 Cur aliqua fructu vacent, cùm florem habeant, vt cucumer, cucurbita, malus punica? An his fructus non deest, sed ipsa pro fructibus habenī, quibus flos insidet. fructus enim id est, quod florem gerit. cucumeri autē florem inhærere perspicuum est.

4 Cur eorum, quę terra gignit, alia cocta, alia cruda sunt cibo idonea? An q̄bus succus esculentus non, ptinus est, tjs decoctis dūlcior redditur à calore: quibus autem sapor vel protinus gratus consistit, hæc etiā cruda esitantur.

5 Cur alia elixa, alia assa melius edi possint? An q̄ humidiora nō eatenus humectari, siccora non amplius exiccari oportet: elixa autem humidiora, molliora q̄ omnia redduntur: quæ vero minus humida sunt, hæc igne confecta sicciora prorsus euadunt.

6 Cur alia esculenta, alia inesculenta experia mur? An causę succus est. quod enim & ignis expers succum cōtinet immitem, & igne con

fectum nihilo minus redditur, hoc cibo ineptum penitus est: quòd autem succo esculento quidem, sed vehementiusculo constat, hoc pro condimento recipimus. quod.n. exiguo corpore vim magnam obtinet, id naturā condire potest ampliorum esculentorum.

7 Quam ob causam siurpium aliæ ad semen vsq; viuere tātummodo possint, deinde cùm semen tulerunt, exarescant, vt genus herbæ, & quæ olera nominamus: aliæ nō, sed sæpius fructificare solitæ sint. Ipsarum etiam viuentium ad semen vsq; ferēdum cū magna pars annua sit, genus aprj, quod ab equo hipposelinum appellatum est, quasi equapium dixeris, anno postero fructum affert, cumq; attulit, exarescit: cur ita? An omnia eatenus vigēt ætate, quatenus semine quoq; valeant: nam & homines ad annum trigesimum vsq; proficiunt, aut copia, aut cralitudine. vbi autem semen ferre non amplius possunt, modo siurpium obarescunt, atq; senescunt: quanquam alia ocyus, alia serius occidunt, idq; portione. Sed quam ob causam alijs longum vitæ spatium, alijs breue datum est, porrò alterius interest disputationis declarare. sed cùm omnibus finis, ac terminus sit perfectio seminis, quibus vita breui tempore continetur. hæc semel, aut certe non sæpe: quæ autem esse longæua natura voluit, hæc sæpe fructificare necesse est. Quam ob rē quæ imbecillima sunt, ferre non plus valeāt, q̄ semel, tum exarescāt necesse est: ac eorum ipsorū alia anno primo simul & semen reddere, & vitam explere naturæ rō sancit: alia postero, vt equapiū. Quæ vero prævalida surgunt, hæc annis plusculis post fructificare incipiunt, diuq; vitā agere possunt, fructificare sæpius, vt arbores.

8 Cur si quis apiū radice tenus circunfodiat, partiq; imæ panicum vndiq; ingerat, deinde terram accumulet, itaq; irriget, radices mira magnitudine adolescēt? An q̄ natura panici fungosa, & calida pabulū attrahit, cōceptūq; non sursum transmittī patitur. Sed inter radicem contentū calore sibi indito cōcoquit, vt radicis amplissimū seq; incremētū necesse sit.

9 Cur si quis cucumeres, aut cucurbitas protinus partulas conditerit in terram, maiores multo efficiet? An q̄ spiritus & Sol exiccando incrementum impediunt, molemq; tū minorem, tum crispiorem reddūt: quemadmodum & arbores, quæ loca vento, Solq; exposita tenent, quæq; in cauis manent & rigui: alteræ enim magnæ, fungosæq; fiunt, alteræ paruæ, & spissæ. Ast vero inter terram occulta, quoniam contra afficiātur, contra cuadāt, necesse est. Quinetiā quæ vasis includimus,

Vt cucumeres

vt cucumeres in ferulis cauis, aut tegulis, & mala punica, aut quæuis mala in ollis, ampla reddunt, & fungosa. cõtra quę detecta sunt, parua, solidaq; augescũt nullo ambiẽte operculo, quod alimoniã faciat largiorẽ. id.n. obiectũ facit, ne pabulũ, aut euanescat, aut arescat.

10 Cur plãtarum acrium semina acriora sunt, q̃ radices, & folia? An φ semine omnia oriuntur, inq; cæteras oẽs partes ex eo veluti fonte quodam (vt quidam aiũt) sapores, & odores deriuari necesse est: nam etiã odores omnium vnà cũ seminibus esse suaues incipiũt. Quòd si acritudo cæteris ex semine proficisci solita est, semẽ ipsum maxime esse tale ratio exigit.

11 Cur tenues radiculæ acriores sunt? An φ ampliores illæ spatio temporis longiori plenius concoctæ mitescunt.

12 Cur capparis locis prouenire cultis haud facile potest? multi nanq; tentarunt & radice translata, & semine sparso, cùm apud nõnullos cõmodior capparis sit, q̃ rosa: sed tamẽ efficere nihil potuerunt. Quid ergo causæ sit, vt cultis nesciat hospitari, inculta & auia persequatur, & maxime sepulchris adhæreat? Igitur de hoc, cæterisq; generis eiusdem accepisse illud oportet, φ non omnia eadem ex materia cõsistere solẽt, aut augeri: sed sunt quæ ex aliorum corruptione, & principio consistant, & post augeantur, vt pedunculi, & pili corrupto alimẽto, aut qua labe alia corporis prodeunt. Ergo vt in corpore nõnulla excremento proueniunt alimenti, quod certe crudítas est, & vbi naturæ vires supare nõ queũt, abscedunt quidem in vesicam, & aluum, quę in prõptu maxime sunt: aliqua vero animal producunt, itaq; in senectute, & morbis hæc augentur: sic in terra alia concocto alimento & consistunt, & augentur, alia excrementis, aduersaq; concretione oriuntur. Culturæ autem officij est, vt cõcoquat, reddatq; efficax alimentum, quo genus mite, vrbanumq; fructuum consistit. Quæ igitur mitigatione, informationeq; huiuscemodi creantur, hæc vrbani vocabulo significamus, eo φ solertia hominis educata quasi, eruditaq; meliora euadant. Quæ autem cura adhibita mitescere nequeunt, aut etiam aduerso habitu loci sui generis prodeunt, hęc syluestria sunt, & rustica, cultisq; viuere nolunt. Cultus enim dum ea melioribus instituere moribus contendit, deprauat, atq; peruertit: quippe cũ à sua natura descisc̃ere nequeant. quæ orta sunt ex corruptiõe: quo in gñe capparis quoq; ꝓfecto est.

13 Cur si quis radicularum folia tempore hyberno, cũ maxime vigẽt, abscinderit, & terram pedibus cõplanarit, cõculcaritq;, vt imbrem nullũ admittere possit, radiculæ ipsæ per æstatem amplitudine mira increscent? An ꝓpterea, quia ne corrumpantur, causa conculcãdi soliditas est, quæ humorem putrefacere prohibet: alimẽtum vero, qd aliter ad germẽ sursum transmitteretur, radix sibi ipsa totum dispensat: itaq; vel amplior fiat necesse est, vel suo de latere radices alias mittat geminãs modo ceparum. has enim multiplices effici nouimus, si quis annuas non euellat, sed tempore hyberno relinquat. At cùm vim istã procreandi, vt lateri ceparum natura dedit, sic radicularum negarit, necesse profecto est ipsas illas crascescere nimiam ob copiam alimenti.

Cur si quis cucurbitas, aut cucumeres apud puteum sitos in ipsum dimiserit puteũ tempestiuos, beneq; operit, virides per annum totũ seruabit? An φ vapor aquæ refrigerans efficit ne afficcentur, seruatq; virides, & vegetiores: & obturatio illa, & spiritus satis alere possunt, quæ iam in plenum creuerunt: permanendi vero facultas propterea datur, φ relictis radicibus suppetit alimẽtum. Nã si quis, cùm fructificarunt, detractis sarmentis, præcisaq; planta terram aggerarit, cõculcaritq; circum radices, cucumeres faciet præcoques, vtpote cũ radix valeat cõseruari. haud enim cucumet annuam sortitur naturam, sed viuere vlterius potest. Ferẽt autem isti fructum maturius, q̃ qui semine prodierunt: quoniam radix bona pars scilicet operis præcondita iam naturæ habẽt, quod illis seminatis prius confici necesse est. Terræ autẽ aggregatio, & constipatio teporem inducit, quo radix & seruari, & germen mittere celerius queat. vnde ẽt fit, vt si quis per hyemem cucumeris semẽ in quãllis situm aqua irriget tepida, & modo soli exponat, modo collocet apud ignem, præcoques admodũ cucumeres faciat, si tẽpore cõgruo ad ipsum cũ quallis in terrã demittet.

Cur non meridie, sed mane, noctu'ue irrigare cõsueuerunt? Vtrum ne Solis feruor humorem absumat. An quòd si aqua calida sit, necabit quæ irrigantur.

Cur omne odoratum genus, tã seminum, q̃ stirpium, mouere vrinam potest? An quia calidum est, cõcoctuq; facile: cuius sanè generis sunt, quæ vrinam ciere valent. calor nanq; interior cito extenuat, nec aliqua corpulẽtia odor cõtinetur. Nam & ea, quæ minime odorata sunt, vt allia, caloris sui ratione vim mouendi vrinam habent, vel potius colliquandi. Seminum autem genus omne odoratum, calidum esse proculdubio nouimus: odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At vero quæ male olẽt, haud quaquam apta

concoctioni

ἐν Ταλαρίσκοις, in quallis, fo cathulis

concoctioni sunt. Esse autem non calida solum, sed etiam concoctu facilia debent, quæ sint prouocatura vrinã, videlicet vnà descendendo humores extenuent.

17 Cur ocyus olus excaulescat, quod semine vetustiori, vt trimo, aut bimo prodierit, q̃ qd nouo? An φ sicut in animantium genere semen id celerius affert, quod viget, ita ẽt seminum, quæ vetusta admodum sunt, vim suam omnem exhalarunt: quæ recentissima, imbecilliora propterea sunt, φ excrementũ adhuc procreationi minime conuenientis continent: quæ media tẽpore, hæc humore inutili omni exacto, validissima esse probantur. celerius igitur semen profundunt. id autẽ ipsum non nisi excaulescere est, quippe cùm semen ex caule proueniat.

18 Quã ob causam ruta insita in ficũ, pulcherrima, plurimaq;, proueniat: inseritur vero inter corticem, limoq; obducto fouetur. An φ tutæ radix fomentũ teporẽq; desyderat: itaq; cinere quoq; circũdata iuuatur? ficus aũt calida est, quod eius succus omnium acerrimus docet, & fumus, quẽ multum emittit: habet igitur calorẽ, atq; humorem talẽ, qualem ẽt cinis. Quãobrẽ si ille iuuare possit, ficus porrò copiã, ac vigorẽ eo magis præstabit, quo humor cineris quidem non perpetuo affluit: fici vero irrequieto confluuio manat, vtpote cũ arboris succus consumi ex toto nõ possit.

19 Cur stirpium nonnullę caulem semp edãt inanẽ? An illis, quarũ natura imbecillior est, has rarũ, inanẽq; emittere caulẽ necesse est.

20 Cur in terra Attica fructus cæteri dulcissimi fiunt, thymum vero acerrimum est, cùm id etiam ipsum fructus quidem existat? An φ ager ille tenuis, siccusq; est: quã ob rem non multũ humoris continet, quæ in eo nascuntur. Ergo quæ dulcia sua cõstant natura, hęc ob humoris contenti mediocritatem, vbi Sol partem consumpsit maximam, facile reliqua concoquuntur: etenim multũ concoqui negocium magnũ est, mediocre expeditius cõficit potest. Vnde fit, vt fructus, qui lege suæ naturæ dulces creantur, dulciores euadant: qui sicci è natura, minimeq; dulces, pueniunt, suam ob inopiam tantum humoris retinent, quantum suo conueniat generi, quod dulce nequaquam est. Sol autem quantum dulcissimum sit, & leuissimum eximit. itaq; acerrimi relinquuntur, qui humore superuacuo carẽt, quem fructus cæteri obtinent.

21 Cur pulegiũ, & lirium, & cepe suspẽsa florent solstitij tempore? An inelt crudũ in his alimentum, quod vt hyeme concoqui ex frigore nequit, sic solstitio ex călore cõcoquens

*ἀφας

auget. Vtrum quia influxu carẽt assiduo, breui marcescunt. etenim quæ nullum alẽdi initium, nullum influxum assiduum habent, intereunt, exiccanturq;. Qua de causa accidit apud Scythas, vt frumentum diu in terra maneat, propter copiam niuis: & vbi emerserit, celeriter crescat.

Cur cepe vnum tam acriter mordere oculos potest? vnde nomẽ quoq; à Græcis cromyon impositũ putant, perinde quasi pupillam cõprimi cogeret. Origanus vero nihil huiuscemodi facit, nec aliud quippiã ex cæteris, quãquam acre: neq; enim nasturtium, quod mordacius est, oblatum oculis efficit ęque vt lachrymæ profluunt: at cepe & cùm oculis admouetur, & cũ comeditur, lachrymas mouet. An φ acriũ genus discrimine euariat numeroso, quo sua cuiq; vis consistit, rataq; habetur. Nasturtiũ ergo, quia calidius est, relicare quod colliquauerit, amplius potest: nam extrudere lachrymam cũ editur, põt: admotum tamẽ ad oculos, nihil propterea mouet, quia nullũ mittit vaporem: est.n. id & siccius, & calidius. Origanus, cæteraq; id genus calida sunt leniter, & sicca: qd lachrymas aũt mouicat, mordax id esse debet, & humidũ, & lẽtum. Quas ob res oleũ quoq; lachrymã excutit, quãuis leniter mordeat: subiens enim, irreptansq; suã ob lentitiam, atq; tenuitatem dolorem mouet, ac proinde humorẽ tabificat. At cepe vim eiusmodi sanè habet, vt quod & humore & vapore sit calido, tenui, & lẽto: itaq; oculis admotum, eo φ vapor eiusmodi est, humoreq; tenuis cõmeat, lachrymas mouet: cumq; editur, itidem transmissa respiratione facere potest. Allioũ calidũ quidem est, & acre, & humoris aliqd cõtinens: sed lẽtum nõ est: itaq; lachrymam mouere non potest.

Quam ob causam myrta collisa in manu dulciora sentimus, quàm integra? An quemadmodum racemorum acini vindemiati dulciores sunt, quàm non vindemiati. etenim musto, quod natura suaue est, excerpti acini quasi condiũtur: quippe qui vel extrinsecus mustum resudent: at qui in racemo cohærent, vtique inconditiores cõstant. Ergo myrta quoque natura dulcia, intusq; suam dulcedinem acinorum in modum vuæ continentia, vbi manu compressa conflictataq; sunt, diffusa intestina dulcedine, parte quoque exteriore inopplentur: itaque dulciora non immerito sentiuntur.

Cur myrta enucleatiora sunt, quæ minora, & palmulæ nucleo penè vacant, quæ minutæ adoleuerunt, & vuarum acini, qui passim constiterunt, exigui vinacea vel nulla

continent, vel pauciora, minoraq; An quia minus perfecta sunt, quæ minora, idcirco semen continent indiscretum, cui perinde, vt finis nucleus deputatus est. quam ob rem & minora sunt, vtpote furculi quidē agnati exteriores, partusq; imperfecti, et minus dulcia, quàm quæ iustum continent nucleum: sunt enim minus cōcocta. Concoctio autem non nisi perfectio est.

25 Quā ob causam fructuum alij partem radici proximam habent amariorem, vt cucumeres, alij postremā superiorem, vt glandes? An q; alijs pars ista radici pxima crudo vescitur alimento, quoniam escæ conflictuum per radicē frequētat: alijs quia sicci è natura sunt, postrema pars succo dulci, concoctoq; inde absumpto iam plenius siccatur, amarescitq; modo salis. Redditur enim vnūquodq; amarum, cùm amplius exiccatur: vt oliuæ, vt glandes inueteratæ efficiuntur amaræ.

26 Cur aliqua germinare non terra contēta, sed abscissa, aut euulsa, vel recondita possint, vt caules liliorum, vt allia, vt cepæ? An quòd omnes alimentū intra se continēt, nec certo, definitoq; loco omnes oriuntur. Crescere autem vnumquodq; potest, non eo q; in se continet alimētum, sed q; decoctum iam, & digestum illud pabulum est. Continent igitur vel antehac alimentum, sed augeri tum dūtaxat incipiunt, cùm tempus ad id adest, cuius opera res illa effici potest: velut etiā oua crocodilorum tēpus tute operiri sibi cōmodum nouimus: incrementum tamen continuari nō licet, quoniam aliud non suppetat alimētum.

27 Cur allia, & cepæ, quo sicciora serantur, eo meliora possint euadere: cætera autē deteriora? An q; omnia istiusmodi maxime plena humoris conficiuntur: itaq; terræ cōmissa siccio ra tēperamēto cōmodo germinare incipiēt. Adde q; minus putrent, cū sicciora seruntur.

28 Cur allia, & cepæ solæ ex plantis recondita germinare possint? An q; humore, alimentoq; sunt refertæ. Copia igit alimenti est, quæ germen efficere queat. idq; cōstat argumento tum squillarum, tum etiam bulborum, qui idem facere possunt. Crescere autem quodq; solet, cùm tempus venerit.

29 Quam ob causam quæ aqua frigida irrigamus, dulciora, q; quæ tepida, euadant? An q; sic intercluſum calidū salsius est, vt calidius, quod salsius: dulce autem ita contrarium, vt frigidum est, & alimento oleribus humor est, vnde saporum genera oriuntur.

30 Cur allia cū excaulescunt, plenius q; recēs edita olent? An q; recētia humoris multum adhuc extranei continēt, quo fit vt vim suam integram habere nequeant. cùm autem decocta iam sunt, secreto humore illo inutili, tum suum odorē syncere adipiscuntur, qui scilicet acer est. Quin etiā cæteri nuper editi fructus dilutiores sunt, & cepas recētiores ob eā causam minus acres sentimus.

Cur fructus myrtorum non conditarum magis q; folia defluant, cōditarum autem reseruatarūq; alga, vt fit, folia defluant, fructus adhæreant? An ita euenit non conditis: quoniam natura sancitum est, vt fructus peracta decoctione flaccescant, ac decidant, quæ quidem decoctio repositis agit non potest, sed ea tenus tantum efficitur, vt algę vapor prohibeat, ne humor fructus immutetur: folia contra cùm siccent, decidunt. Algæ autem, vt sal sa exiccandi vim habent. Ergo non idem fo lijs accidit arbori adhærentibus, & conditis, modo quo dictum est.

Quā ob causam cucumeres, cognomento pepones, optimi paluſtribus planis, id est humidis fieri soleāt, vt apud Orchomenū, & in Aegypto: aquarū etenim vberem terrā esse Aegyptum putamus. Cur ergo cucumeres, qui humidi sunt, & ob id hortēles, ac rigui minime laudati, locis paluſtribus, quæ madida sunt, egregie fiāt? Vtrū q; ob terræ duritiā altius coguntur descēdere: solū nāq; limosum, ac planū maxime indurescit. qui aūt altius innituntur, meliores euadunt. An q; terrā siccam esse oportet, quoniā cucumeres natura humidi sunt: ita. n. sequetur, vt per retractū in medium veniant. Paluſtris vero si plana altaq; sit, alimentum nec exiguum præbet propter soli altitudinē, locumq; ipsum: neq; nimium, quoniam solum reficcari necesse est.

Quā ob causam ruta, & nonnulla pigmenta odora sudorum faciant fœditatē? An quorū in odore grauitas est atq; acritudo, ea cum excrementitijs mista humoribus deprauare odores possunt.

Qua de causa rutā fascinationis remediū esse aiunt? An ꝓpterea, quia tū effascinari sē credunt, cū aut voraciter edunt, aut incōmoditatum aliquarū tenentur suspitione, aut cibum habēt suspectum quē capiūt. itaq; cùm de mēsa eadem qui priuate sibi assumūt, participē intuentē quempiam faciūt, affanturq; cū impertiant, ne me fascines: ergo cibū cum perturbatione sumēt, nec quid bibēt, aut edēt sine turbatione & flatu, qui vnà hauriatur, & ingeraē. Quam ob rē flatu ipso vel cū extrudēdus effertur, cibus quoq; vnà elatus ejicitur: vel cū intercluſus per humorē tenet, tormina mouētur, & cruciatus. Igit ruta prędita vi sua et potestate calefactoria, vas qđ recipit cibos,

pit cibos, elaxat, & reliquū corpus itidem affricit: ex quo fit, vt flatus ille intercluſus transmitti, atq; secedere possit.

35 Quęnam causa sit, vt organus musto iniecta vinū dulce efficiat? duas enim in amphorā iniecisse heminas satis est. An q; tollit quātum in musto est aquabundum, & fęculentum, sua siccitate in seipsa recipiens, quibus scilicet saporē confici austerum censemus: argumento, quòd vina, si quid aquę habeant sibi illibatū, minus mollia redduntur: atq; & si diutius stare in fęce sinantur, itidē fiet: & cùm vinum dulce molimur, vuas multum temporis Soli exponimus, vt Sol quantum sit dilutum auferat, & reliquū decoquat. hoc autem idem facere vel organus potest, quippe quæ sit & sicca, & calida.

36 Cur nigræ myrti fronde sunt frequentiore, q; albæ? An q; nigrę generis sunt syluestrioris: cuius indiciū, quòd locis rusticis istę proueniunt, minimeq; ex cultu mutantur: humida autem omnia fronde crebriore condūtur. Quòd. n. minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimētum se vertit.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VICESIMAPRIMA:

Eorum, quæ ad farinam, & massam, cæteraq; id genus pertinent: cuius quæstiones .XXVI.

1 VR ptisana et farina triticea oleo instillato reddi possint cādidiora, cū rufum oleū sit? An q; spumare solet, dum cū humore miscetur, quod non nisi albescere est. Miltio vero versatu agitatuq; fit, & cum corpulentis humor committi melius potest: quod sanè in ijs accidit, quæ aqua decoquit, atque ita candidiora efficiuntur.

2 Cur cibus triticeus maxime corporibus nostris cōpetentior, atq; vescentior est, q; ordeaceus? An q; hic mediocrē habet lētitiā, quā cibus habeat, oportet: qppe qui adhærere, conglutinariq; corpori debeat, quæ res non nisi lentore effici potest, Ordeū vero rigidius est: itaque massa eius longe pertrita validius alit, quàm parum attractata.

3 *Lucidius* Cur farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimum cāndidius est? An alterū vt durius circunfrangitur, idq; agitur, cū plurimum temporis molitur: alterū vt mollius atq; tenuius quamprimum exprimitur. candidius autem in vtrisq;, quod interius est.

Cur panes frigidi albiores cernuntur, q; calidi? An eadem quodāmodo causa est, cur inueteratum quoq; oleū candidius sit, q; recēs. causa nanq; nigroris humor est: hic autem in hisce vtrisq;, vt recentibus vberius continetur, sic tempore prouectis parcius in superficie resident, ꝑpter euaporationē. Euaporatur prorsus oleū vel tēpore, vel Sole: panis aūt calore ide egrediēte per refrigerationē. humor itaq; frigidis iam euanuit, calidis adhuc inest.

Cur panes non saliti plus pōderent, q; salīti, modo cætera oia pari habeantur mensura? contrariū nanq; verisimilius dixeris, cùm sal adiiciat, & grauior sit, q; aqua. An quia sal exiccare potest, ex quo incorrupta seruātur, quæ confecta sale reponimus. absumitur. n. à sale, reficcaturq; humor, qui ex calore putrescit. & in pane igitur humor à sale consumitur, extraq; afflatur. quocirca panes pridie factile uiores, quàm calidi sunt, vtpote frigidiores: contra ijs qui sale vacant, humor largior insidens efficit grauiores.

Cur panes frigidi humefacti, si inuicē tangant, non cohęreant, calidi cohæreant? An q; frigidi lentorem suū cum vapore vna emiserunt, quo exacto conglutinari non amplius queunt: humor. n. quo maduere, rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continent: ex quo fit, vt cū madefactis vapor emigrat, calor ob suam tenuitatem respirectur, & euanescat. Glutinosum autem illud cum calore egrediens, secq; cum humore permiscens, facit vt inter se panes cohærcant.

Cur farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimum candidius prodeat? An q; ordeum, vt rigidius, protinus obfrāgi, diffundiq; aptum est: quod maxime fit, cùm diu contunditur. triticum mollius est, atque ob eā rem parte exteriore leuiter diducta, interior, quæ candidior est, expressa, primum contunditur. est autem in vtrisq; candidius, quod interius est.

Cur massa ordeacea, quo plenius tractet, teraturq;, eo minus aluum subducere, læuigareq; pōt: triticea contra, quo plenius, eo magis? An q; triticea maiorē in modum contrita minuitur: lentū etenim quodq; affici ita solet: tum ignis humorē panis vndiq; eximit, itaq; rigidiusculum humore sublato relinquit. denicq; quāto plenius contrectaē, & teritur, tāto rigidior redditur: partes. n. singulas deminui adeo agitatas; extenuariq; necesse est. rigidus autem omne cōcoqui facilius potest. Ordeacea contra, quo amplius prestatur, & terit, eo lentior, & tenacior humore imbibito euadit. Tenax aūt omne, ac lentum diuidi sanè haud facile potest: qua quidem diuidendi facultate

 fit,

fit, vt ægre cõcoquatur. quod.n. concoctionem recepturum est, digeri in minima debet.

9 Cur massa ordei contrita minor, tritici amplior reddi põt? An ꝙ ordei farina massata, contritaq; compescitur atq; considet, s. glutinamento humoris, quia rara, & crassiuscula est: tritícea, quoniam spissa admodum est, colleuat atq; extollitur. spissa etenim omnia subacta, pertritaq; incalescunt, & incalescẽdo inflantur ac extolluntur: quomodo etiam caro perfricata extollitur.

10 Sed cur massa tritícea in igne amplior, q̃ ordeacea reddatur? An ꝙ humorẽ triticea continet indiscretum, qui cùm calefactus egredi nequeat, s. ex pertritionis cõpressu, mox spiritus de eo concalefacto humore nascitur: largior autem humor largiorem pariat spíritum necesse est.

11 Quam ob causam cũ mel tenacius, quàm aqua sit, farina mulso subacta rigidior reddatur, vbi decocta est, q̃ aqua subacta? An quòd aqua feruore ignis cogitur, atq; consistit: mel contrahit quidem, sed non sine afficcatione: itaq; rem facit rigidiorem. causa nãq; rigoris in siccitate est.

12 Cur biscoctus panis refrigeratus minus dritiẽ præ se ferat? An ꝙ triticum dulcẽ quendam ac lentum succum in se continet, qui veluti anima eius est. indiciũ, quòd cùm siccet, omnino exinanitur: cũ autẽ vaporis aliquid sentit, mox erumpit, & coalescit. Ergo cũ humor hic in farina quoq; tritici sit, maximeq; in ea quæ purissima est, efficit, vt in massa ex ipsa farina confecta idem seruetur. argumentum, ꝙ decocta in pultẽ redditur lentior. Vbi igitur panis primo igni cõmissus est, portio rigidi & leuis cũ humore euaporatur, & quantum in farina turtureũ maxime est, totũ deuritur. mox plane educto cũ denuo massa retritaꝰ, prelsaturq;, pars farinæ tenuissima, & humoris lentissima, quæ solæ supersunt, miscentur amplius sibi, tũ quia tales amplius euaserunt, tum ꝙ propter ignitionem. fit enim mistura eorum tincturæ consimilis, ita vt massa post trita similis farinæ illi elixæ efficiat: quippe quæ pertrita iam prima, relictaq; parte farinæ tenuissima, & humoris lentissima, glutinosa, & resiccabilis redditur, vbi ignem præsensit. nã & disiungi facile quod lẽtum est nequit, & humorem nullũ per seipsum emittit, quod spissum est. Hac igitur eadem re panis quoque biscoctus ob causas prædictas efficitur. itaq; minus durescit, cùm semper inter se humiditatem contineat.

13 Cur nonnullis de genere cibi, tum humidi, tum sicci, multũ temporis sine fastidio vti possimus, vt cibo, quem triticea ex farina, ordeaceaue cõficimus, & vinis austeris, et aquatis, alijs vero quãuis suauioribus, non tamẽ sine fastidio toties vti possimus? An ꝙ eorũ, quæ in cibo assumimus, alia validius alunt, suntq; ad inũdandũ aptiora: itaq; vel vbi cibo priore consumpto vacui sumus, inest præterea facultas multa in corpore, quæ ad priorem corporis confectionem decocta est, sic ad finem, & ad succedentẽ coquẽdi vicem cruda animaduertit. Cuius sanè generis pars plurima suauium est. quæ enim pinguia & dulcia & optima sunt, ea nobis gustu suauissima sunt, eademq; omnia valide nutriũt, & decoqui posse sunt, solentq; inundare, quocunq; inter se ipsa discrimine distãt. Vnde efficitur, si quis sese implerit, vt facultas eorum diutius immoretur, nec breui sensus deficiat. non enim solum pleno ventriculo satietas oritur, sed digesta quoq; alimonia cæteras in partes idẽtidem vsu euenit. An non id solum ipsum causę est, verum etiam ꝙ nonnulla per quam modice naturæ y sui sunt, nobisq; familiarissime conueniunt. Hæc enim omnia, quia ſm naturam sunt, idcirco melius à corpore q̃ dulcia recipiuntur, vt quæ præter naturæ rationem facile respuuntur. Alia vero alijs temperationibus congruũt: vt mel apibus ſm naturam sic suppetit, vt eo vesci tantũmodo possint, quãquam viribus sunt imbecillis. Itaq; relinquendum quidem est quantum absumatur, sed id ex proportione ad vires hominis. Quæ igitur è suauibus ita sese habent, ea quoniam naturæ minus propria conueniunt, suauia quidem sentiuntur, sed parum temporis moram faciunt, & fastidium pariunt. Quæ autem secundum naturam pro cibo deputata homini sunt, ea semper appetimus. itaq; fit ratione naturæ, vt vsu quoq; eorũ assiduo minus q̃ suauium fastidiri possimus.

14 Cur eadem & assuescẽtibus suauia, & admodum crebro vtentibus insuauia sentiantur, cùm tamen assuescere sit sæpe, & crebro quicquam facere? An quia consuetudo habitum rei cuiuspiam capientem in nobis efficit, non satietatem. frequens autem vsio desyderium explet; quod & ipsum quasi causa quædam est. Habitus ergo cùm exercitantur, augentur, atque proficiunt. concepta cula vero infarta nihilo ampliora redduntur. Quam ob rem consuetudo cùm exercitatio sit, auget habitum illum capiẽtem. Quod autem vsu crebro in cibo assumitur, infarcit quidem, expletq; desyderium, quo expleto, non amplius escã recipimus: sed augere illud idem non potest, ob eam s. rem, quam modo

de infartione

de infartione retulimus. Ad hæc, non ideo suauis consuetudo est, quia semper delectet: nam res etiam solitæ molestę sunt, si vsu quis agit crebriori: sed eo certe suauius agit̃, quoniam operis principium libenter adimus, & diutius rem facere eandem assueti, q̃ non assueti valemus. Qua igitur re molestum hoc est, quanquã suaue sit, hac eadẽ cætera quoque suauia efficere possunt: vtraq; enim cùm crebro vel fiunt, vel pro cibo sumũtur, tędio nos certe afficiunt. cuius sanè causa est, ꝙ nos vires siue virtutes vel recipientes, vel agẽtes, nõ infinitas, sed finitas habemus: quę vbi quidem sibi quod modice cõperat, obtinuerint, (id.n. est, quod cõtinue amplificari sentiatur) alteræ satis explentur, alteræ agere nequeũt.

15 Cur panes, vt parum triti, sic nimium triti rumpantur? An quòd parum triti, quoniam partibus minus cõnexis inter sese continentur, idcirco rumpi facile queunt: tritatio enim partes copulat & coniungit: ergo suo ipsi discrimine ad disruptionẽ paratiores reguntur. Adde, ꝙ multũ humoris, & impromiscuum continent, qui minus trituram, præsuramq; recepere: at quos nimium tritos igni mandauimus, ij sicci admodum sunt, quoniã humoris parum immodica agitatio tritandi reliquit, idq; decoctis totum exactũ est. Igitur rumpi vtroq; necessum est, quoniã humoris multum educitur. multũ enim, vt absolute in his continetur, quos parum tritaueris: sic reliqui cõparatione in ijs est, quos imodice agitaris.

16 Cur massa tritícea cãdidior pertrita efficiatur, ordeacea nigrior? Vtrum ꝙ per summa ordeacea nimiũ afficcatur: calor aũt humori permistus candorẽ gignit. An quia cùm calefacta est, humorem ad seipsam trahit, vt quę partibus maiusculis constet.

17 Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat, q̃ oleo subacta, quod tenacius est, quanquã glutinatius, q̃d lentius est: oleũ autem lẽtius, q̃ aquas? An ꝙ aqua tenuior est, vt vsquequaq; subire, mollireq; valeat. Cohęret itẽ, & cõprimitur inter se melius farina aqua subacta, quãq; ẽt sine cõtritu cõprimi queat.

18 Cur massa tota leuior sit, quàm seorsum humor, & farina? Vtrũ quia cũ miscẽtur, spiritus intercludit̃. An quia pars aquæ à calore farinæ indito euaporat̃: itaq; minus id redditur, quod ex vtroq; mistũ cõstiterit. aer aũt aquæ tametsi misceatur, nihilo tñ leuiorem faciat: nam ipse quoq; aer cum aere pondus auget.

19 Quã ob causam lac, vinumq; dulce quoties cum farina ordei bibitur, dulcius sentitur? Vtrum quòd ad nõ dulce dulciora istæc esse videntur: farina enim dulcis non est. An propterea *quia farina, quæ dulcedinem in se habet, aliquandiu imoratur: itaq; diutius sensio habetur.

*aliter: quia humor dulcis missꝰ cũ farina diutiꝰ immoratur:

Cur eadẽ potio minus mera appareat, si farina ordei inspersa bibatur? Vtrum ꝙ diuersa sibi miscentur, & temperãtur. An quoniam farina humori obducta in sese retrahens abolet qualitatem.

Cur alica plus aquæ recipiat, q̃ triticũ, vn- 21
10 de confecta est? An propterea, ꝙ alica farina quodãmodo est: farina autem plus aquæ imbibit: moles enim amplior eius, q̃ tritici est. præssius nanq;, & cõstipatius triticum est. at quod amplius est, plus id capere potest. An non solum ea ipsa de causa ita fit, sed ẽt calore, quem intra se continet & farina & alica, efficitur, vt bibacius hauriant. quod enim calidum est, humorẽ id & efficacius ad se trahit, & expeditius in vaporem consumit.

Cur farina tritici massata, pertritaq; longe 22
20 amplior reddatur, q̃ ordei, s. ex proportione? An ꝙ altera multũ humoris sibi admittit, altera parũ. Sed quia de causa plus admittat: congruens enim potius dixeris, vt ordeacea bibacior sit: quippe cũ ordeum tostum, triticum non tostũ sit. An propterea ita fit, quia tritura pleniorẽ triticea patitur: cuius causa est, ꝙ partibus minutioribus cõstat. Fit igit̃ quasi vt quãtuplo partibus cõtineri potest minori- 23
30 bus, tãtuplo humorem sibi largiorem admittat, quippe quæ ipsum humorẽ pro glutine sibi capiat, vt Empedocles quoq; suis in Persicis diuerticulo quodam ait:

Munus vbi larga cæteris coniunxerit vnda, „
multũq; humoris, pinde absumere queat. „

Cur etiam igni mandata massa tritici amplius augeatur, q̃ ordei? An ꝙ humorẽ in se continet indiscretũ, qui recalescẽs extrudi ne queat. hic ergo cũ in spiritum transeat, nec sese promere pariter, atq; ex massa ordei possit, videlicet ꝓpter tritici spissitudinẽ (spissius.n. est, quod partibus constat minutioribus) idcirco extollit, molẽq; agit ampliorẽ. Ad hæc plus ista humoris cõtinet, quo recalescẽte spiritus ꝓuenire solitus est. Ex quacq; re aũt pluri plus proficiscatur necessum est.

Cur pistorum, cæterorũq; officio fungen- 24
tium frumentario, qui ordeum attractãt, imbecilli efficiantur, & destillationibus infesten- 50
tur: qui autem triticum, corpore sint bene habito? An ꝙ facilius triticum concoqui, q̃ ordeum potest, atq; ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est.

Cur panis tostus durior, repefactus humi- 25
dior reddi aliquãtisp possit? An quoniã cùm torrefit, humor extruditur, itaq; panis relin-

Extra ord. Arist. c E in quitur

quitur durior. leniter autem cùm recalescit, humor consistens ab igne diffunditur, humidiorq; proinde existit.

26 Cur farina tritici resiccata minus constipetur, q̃ ordei? An quòd intercapedine vacant, quæ ex partibus constãt minutissimis: & plura quæ grauiora sunt, compressa suopte pondere tantundem occupant, quantum pauciora. Sed farina ordei crassiuscula est, itaq; siccata compesci, atq; in minus contrahi potest, vt qđ minus est suo compressu, plus illud constipet in seipsum, capessatq; triticea porro particulis minutissimis iam constat, itaq; non ideo resiccatur, vt partes reddantur minores, sed vt leuiores efficiantur, minusq; constipentur suo compressu, & nutu: natura enim grauior farina triticea, quàm ordeacea est.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VICESIMASECVNDA:
Eorum, quæ ad fructus arborum pertinent: cuius quæstiones .XIIII.

1 QVam ob causam poma non ita prius, vt postea esitata, in repletionis mole respondeant? An quoniam cæteris esculentis genus pomorum longe grauius est: q̃ argumento ficuum constat, quæ nouissime esitatæ, vltimæ tamen euomuntur. Poma igitur ingesta suo põdere in imũ delapsa, spatij amplitudinem relinquunt superius, vt cibum sequentem admitti facile liceat. At si è contrario sumantur, vsu eueniet, vt quoniam deorsum ferri expedite non queant, inatent, & partem totam ferè occupent inanem.

2 Quamobrem cũ dulcia nobis similiora, q̃ acria sint, ocyus à dulcibus impleamur? congruum enim, vt contra eueniat, quandoquidem a similibus minus satiari consentaneum est. An quoniam non æque præmature conceptaculũ, ex quo hausimus, & corpus quod vescitur impletur: sed vẽter quidem repletus aliquando est, vt eorũ qui sitiunt: sitis autem nihilominùs supereſt. Non enim ea de causa sitis cessat, quia vẽter plenus humoris est, sed quia membra corporis omnia humorẽ commodum sibi attraxerint: q̃ vbi illa satis suum desyderiũ expleuerunt, tunc sitire cessamus. ita etiam fames, nec aliter tolli potest.

3 Cur ocyus a dulcibus, q̃ acribus satiemur? An quia ocyus dulce q̃ acre appetere desistimus. Sed an perinde, vt venter impletur, nos quoq; dulcibus satiari possimus, confessum non est. Cũ igitur desyderium celerius his ipsis expleri possit, docendum est. Alimenti desyderiũ, siue cupiditas, vt simpliciter loquar, indigentia est, cũ cibum vel nullum, vel pauculum habemus. Quòd cũ acria non valide nutricare queant, sed parum alimoniæ, multum habeant excremẽti, merito amplius hęc appetimus, parumq; eorum cupiditatem explemus, quoniam alimento item indigemus, quo ipsa careãt. At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt, atq; ex paruis quibusdã eiusmodi escam corpus capit vberiorem. quod cùm se abunde refersit, nihil edere præterea potest. plus enim tolerare non potest: atq; ita efficitur, vt ocyus à dulcibus satiemur.

4 Cur fructus arborum, & carnes, & cætera id genus vtribus vehementer inflatis cõtenta, valeãt incorrupta edurare: nec minus quę diligentissime picata, obturataq; circũ undiq; fuerint? An quoniã corrumpi omnia solent, cũ mouentur: quæ autem plena sunt, immota persistũt: haud enim fieri potest, vt motus sine inani spatio agatur. atqui isthæc, quæ ita incluſa sunt, plena vndiq;: constat ergo incorrupta seruari ratione.

5 Cur vinum post pomum putre epotum, amarum sentiatur? An amarorẽ putredo habet. itaq; qđ de pomo per summa insidet, linguæ humori, qui bibitur, permistum, diffusumq;, amaram efficit potionẽ. Ipsum autem pomum per se esitatum minus deprehendi propterea potest, quia saporis id genus multa attingat, inq; exigua dIscernatur.

6 Cur edenda bellaria sint, vsusq; secundarum mensarum adhiberi debeat? An vt satis bibamus. non enim sitis gratia solum, quæ per mensam primam nos teneat, bibendum, sed etiam post hausisse aliquid iuuat.

7 Cur nuces tostæ refrigeratę deteriores reddantur, & panis quoq;, & glãdes, & multa id genus alia, rursus q̃ calefacta eadem meliora euadãt? An propterea, q̃ refrigeratis succus concrescit, & cõstat: repetactis rursus dilabit. suauitas aũt nõ nisi per succũ percipi potest.

8 Cur post fructuũ esitationem, vt ficuum, cæterorũq; generis eiusdẽ, vel vinũ merum, vel aquã supbibere debeamus, quæ quidem aduersa inter se sunt? An quia genus pomorum & calidũ, & humidũ causa suæ generationis est: habet. n. tũ ignis copiam, tũ humoris. itaq; succus pomi veluti feruorẽ intus p ignẽ excitat, qũo mustũ foris efferuet, vi tñ hebetiore: humor aũt nimius cruditatem cõmittit. Aqua igit suo frigore feruorem illũ frangit, atq; extinguit: & vinũ suo calore idẽ plerũq; efficere potest. quippe q̃ perinde atque ignis

igni

igni multus pauco vires subtrahat, amplius tamen humoris copiam suo calore emollit, et concoquit, suoq; pondere innatantem illum feruorem vincit, ac reprimit.

9 Quam ob causam caricæ bifidæ tantũ dulcissimę sint, nec multifidæ, aut omnino infillę dulcedinem præsentẽ? An q̃ ex multifidis respirauit, euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima. In ijs autem, quæ infillę coierint, humoris diluti copia est, quòd nihil ferè inde exactum fuerit. At quæ fissæ quidẽ, sed tamen fissura multiplici sunt, immunes vtroque isto incommodo caruerunt.

10 Cur si ficus in furno siccantur, duriores efficiuntur, q̃ si exemptę foris refrigerent? An quoniam in furno humor totus ex nimio calore euaporatur, foris aer circunfundens humorem contrahi, emanareq; prohibet: ita. n. vt leuiter euaporetur potius accidit. Sunt autem quæ siccent dura, quæ hument mollia.

11 Cur ab acerbis vinum, aut aqua epota dulcior sentiatur: exempli gratia, si quis glandes, aut myrta, aut tale quid ori mandauerit? An merito ita fiat, quemadmodum vel in cæteris agitur: omnia nanq; plenius eadem apud sua contraria innotescunt. contrariorum autem sapores oppositi fermẽ iter se sunt. An vt res in ijs est, quæ colore inficimus, ita etiã lingua acerbis conficitur illis, meatusq; suos patefieri patitur, vt dulce subire amplius possit. Res enim quasq; inficiendas humoribus quibusdam acerbis, ante imergimus, vt inde affectæ infici colore plenius, atq; incubibilius possint.

12 Cur dulcia, minus dulcia sentiantur calida, q̃ refrigerata? Vtrum propterea q̃ simul sensus duo existunt, id est calidi, & dulcis: itaque calidi sensus reliquum depellit, atq; obfuscat. An quòd etiam succus dulcis calidus est, itaque ignis igni adjicitur: ergo calor est, qui impediat. An quòd ignis vires omniũ minuit, quia vim obtinet commutandi. calida igitur propiora mutationi sunt, refrigerata resident, sibiq; iterum constant.

13 Cur paleæ fructus duros, atq; incõcoctos emolliunt, in maturitatemq; adducũt: mites autem, & concoctos non putrefaciunt? An quòd palea calida, & attrahens est. suo igit calore concoquit, & per vim illã attrahendi saniem omnẽ leuocat, atq; imputridos seruat.

14 Quà de causa ficus, cùm molles, dulcesq; sint, dentes offendant? An quia gingiuis sua lentitate adhærent, sęq; præmolles inter dentes insinuant, & putredinem per suum calorem cito conficiunt. Forsitã & ob granorum suorum duritiem dentes celeriter effatigant, cùm manducantur, conficiunturq;.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VICESIMATERTIA:
Eorum, quæ ad mare, falsamq; omnem aquã pertinent: cuius quæstiones .XII.

1 VT fluctus prealti pelagi super frangi non soleãt, sed paruitantum, & breuis? An quia parum humoris, cũ fertur, discerni a spiritu facilius potest, q̃ multum.

2 Cur naugia onusta ira portu, q̃ in alto esse videtur? celerius etiam de alto in terram veniunt, q̃ de terra in altum prouehunt? An quòd plus aquæ, q̃ minus reniti validius potest: pauca enim oppressa onere cedit, vt demergi necesse sit: multa è cõtrario repellit, ac sustinet. Vis enim ea est aquæ, vt sursum versus compellat inferius: ergo vt in portu maris parum, sic multum in alto est. Itaque plus oneris cõuehi in portu videbitur, etiã mouebitur tegrius, quia magis immergitur, & aqua minus reniti potest. At vero in alto res contra vsu euenit.

3 Cur fluctus interdũ prius eueniant, q̃ vẽti? An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima impulsa partem sibi cõtinuã ipsa compellit, itidemq; deinceps vice pari, ferreq; agitatur perpetua. Quam ob rẽ cũ mare ipsum continuũ sit, efficitur, vt quasi vnus ictus continuus ex his omnibus exultet, idq; fieri vno in tempore possit. itaq; euenit, vt prima, & vltima pars simul moueantur: quod aeri nunquam accidit: quia corpore vno cõtinuo hic esse non potest, eo q̃ multiplici vndiq; repulsu retorquetur, atq; conquatitur, vt primus, validissimusq; mouẽdi impetus refringatur, impediaturq;. qđ mari accidere propterea nequit, quia grauius aere, motuq; difficilius est.

4 Quã ob causam cũ aliquid in mare vndabundũ, & æstuans iactũ est, vt anchora, vnda resident, & quiescit? An q̃ mare põderi cedit, quod defertur, quo cũ aer delabat: qui cũ per directũ in imũ deferi, atq; attrahi, secum eodem id trahit, qđ mare de latere cõcitat: ęstius aũt maris nõ desup tendit ad ima, sed per summa versat, quo fedato trãquillitas oritur. Ad hæc, cũ mare in ea spacia coit, quæ põderi decesserit cellerint, vertiginẽ mouet, quę nõ nisi circulo agitatur. At cũ linea recta circulũ per punctũ attingat, fluctusq; ad lineã rectã obliquè ferani, fieri põt, vt fluctus ipsi per punctũ horas vertiginis attingant: nec prædicta ob causam tãtum, sed etiam q̃ ipsa vertigo accedens, suo impetu eu cũ vndiq; illos depell.t.

quòd cùm itaq; fluctibus pars ea vertiginosa careat, merito vnda iacta anchora resident, trãquillaturq;. Adde quòd aer, qui cum ponderе illo delapso descendit, mox sese referẽs, vndamq; sursum compellens, bullas excitat: quippe cùm bulla humore consistat, quidem is ad supera pullus ab aere efferatur. omnis autem bulla lenis, serenaq; est. Indiciũ vero, q; vnda, qua põdus in imum corruit, submissa in cauũ paulo post resurgit, & mari circundanti æquiperat.

5 Cur interdum nauigia, dum cursum agũt in mari quieto, repẽte absorbentur, totaq; ita pereunt, vt ne naufragium quidẽ fluitans vsquã appareat? An cùm locus cauernosus terræ subditæ mari disrũpitur, simul in mare nauigia introrumpuntur, introrsumq; spiritus impetu trahuntur: cũq; impulsu pari circumvndiq; agitentur, deorsum ferant necesse est. Hoc idem apud Masanam quoq; in freto fluctu reciproco euenit. Fiunt enim eo ipso vertigines, quæ in imum obsorbẽt, tum ob eam, quam diximus causam, tum etiam q; mare illud præaltum est, terraq; ad lõginquum vsq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur eousq; per vim ductutant: itaq; efficitur, vt inibi tragmenta nulla valeant fluitare. Fluxus autem ille fieri solet, cùm flatu desistente priore, mari item fluente, flatus aduersus primo occurrit, maximeq; cùm auster. Cùm enim vndę inuicem cursitãt, inflictu prætereũt mutuo, quod scilicet modo in fluminibus fieri nouimus: atque ita mare in gyrum vertitur, quæ vertigo, aut vertex vocata est. Fertur autem vnda in anfractũ, initio motus valido desuper irruente. Igitur cũ vndas vrgere in latus non liceat, (impulsu nanq; repellũtur mutuo) compelli prorsus in imum necessarium est, quam ob rem id quoq; deferri eodẽ vnà cogitur, quod vertigõ prehenderit. Eademq; causa est, cur etiam nauigia resimentur, repãdaq; deferantur, cũ deuorantur à vertigine. iã enim aliqua erecta ex toto descẽdisse memoriq; pditũ est.

6 Cur mare Pontici candidius, q; Ægæi est? Vtrum propter visus refractionem factã de mari in aerem. Est enim aer Ponti crasus, & albidus. itaq; fit, vt etiam maris pars summa talis esse videatur. Ægęi vero quoniam à lõgin quis vsq; purus, & liquidus est, ceruleus cernitur: quocirca mare quoq; aeri renitens, colorem eundem repræsentat. An q; lacus omnes, q; mare candidiores sunt. pontus autem in lacus speciem propemodum transit, eo q; multi in eum fluuij effluunt. Nec vero mari solum candidior lacus est, verum etiã fluuijs. Vnde pictores flumina pallida, mare cœruleum, lacum candidum pingere non inepte consueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam visus penetrare facile potest, aerẽ versus reflectitur: è mari autem nec sursum reflecti potest, quoniam leuis aqua non est, & deorsum progrediẽs fatigatur: itaq; fit, vt mare nigrũ esse videatur. Atqui mari, quod lacum simulat, pars dulcis per summa innatat: salsa vero in imo est. quamobrem quòd id penetrare aspectus nequit, sed ad lucẽ reflectitur, albedinem per summa ostendit.

7 Cur mare minus, q; aqua bibi idonea, frigidum est, omnesq; salsi humores, non vt dulces frigidi sunt? Vtrum q; mare spissius & corpulentius est: tale autem quodq; minus refrigerari potest: sicut etiam amplius incalescere aptum est, quippe q; calorẽ seruare suam obdensitatem melius possit. An quia mare pinguius est, quocirca flãmam æque extinguere, atq; cæteræ aquæ, non potest: calidius autem qđ pinguius est. An quoniam multũ terræ in se continet, propterea siccius est: quod autem siccius, idem calidius est.

8 Qua de causa qui mari se lauerint, ocyus resiccẽtur, cùm mare grauius sit, quàm aqua dulcis? An quia crassius, & terrosius est: ergo cùm parum humoris habeat, merito siccari potest celerius.

9 Cur perflante aquilone, mare perspectius atq; translucidius sit, q; austro? An quia mare cùm serenum est, colorẽ trahere sibi assolet: ineſt enim aliquid pinguis in succo salso. indicium, q; die tepidiore oleosum quiddã secerni videmus. Ergo tranquillo, tepidioriq; mari succus iste sua leuitate per summa pãditur, quod aquilone fieri minus potest causa frigoris. Est aũt aqua translucidior q; oleũ. id. n. colore obducitur: aqua vero expers coloris visu obuia, apertiorem sui præstat suspectionẽ.

10 Cur fluctus ventum præ se omnes ferãt? An qa flatus futuri indices sunt: flatus enim impulsus aeris est. An quia vice propellendi succeſſiua consistunt. propellit autem flatus nondum continuus, sed exoriens. Primus igitur quasi emarcuit, mox autem hunc alter propellit, factaq; altera densitate elanguescit. quare cũ hoc propulsum iam adest, propellens quoq; illud venturum esse palam fit: facit enim idipsum, cùm incipit.

11 Cur fluctus ante, q; flatus, erũpit? An quia nõ simul flatus desistit, & mare vndabũdum sedatur: sed mare postea cessat. ideo fieri potest, vt qui mouerit spiritus ante occidat, q; sensu obuius sit. itaq; nõ fluctus spiritu prior est, sed ille latet, hic patet. An flatus non vndiq; simul spiret, sed primũ vnde exortus sit.

simul

simul autem spirat, & mare sibi proximũ agitat, quod exitum subinde proximum mouet: atque ita fieri potest, vt fluctus flatum possit anteire. motus enim ille velocior à mari, non à flatu principium ducit.

12 **Cur in mari melius, quàm fluuijs, natare possumus?** An quòd qui natat, sedulo aquæ adnitendo natat: adniti autẽ firmius ad id possumus, quod corpulẽtius est: at aqua marina fluuiali corpulentior est: crassior enim, & adrenitendum validior.

13 **Cur mare deuri potest, aqua non potest?** An & aqua deuritur, sed mare minus ignem extinguit, quoniã pinguius est. cuius rei indicium oleum facit, quod ex sale depromi põt. An etiã meatus maris minus cõgruant igni, vt qui crassiores sint, & eo magis, quòd salis ratio non deest. Vt igitur quod siccum est, minus extinguere, quàm quod humidũ potest, ita etiam quod amplius siccum est, idẽ ex ratione vrentius esse debet, & alterum magis altero: quo enim siccius, eo calidius est. mari autem istæc ambo ineſſe plenius palam est.

14 Quam ob causam demersi in mare plus tẽporis valeant tolerare, quàm in fluuio? An quia fluuialis humor tenuior, subiens igitur copiosius strangulat.

15 Cur mare perspectius & dilucidius est, q; aqua potu idonea cùm crassius sit? dulcis. n. salsa tenuior est. An tenuitas causa non est, cur mare dilucidius sit, sed directi meatus id faciũt, quos tum plurimos, tum amplissimos cõtinet. ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarum partium est, salsa amplioribus interstitijs inanit. An quia mare purius & syncerius est, terra enim nulla in eo pmanet: arena suo pondere delapsa, in imũ subsidet. At humor dulcis mistus cum terra est, quæ interueniens facit, vt cito perturbetur.

16 Quã ob causam mane aura frigida de mari nõ spirat, de fluminibus spirat? An quoniã mare locis patulis, spatiosisq; dilatatur, flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa, vastaq; spacia dispalata redditur imbecillis, fluminũ autem vniuersa extinguitur: itaq; amplius valet, & frigidiuscula merito occurrere potest. An causa non in eo est, sed vt flumina sua natura frigida sunt, sic mare nec frigidum, neq; calidum est: aura autem, omnisq; respiratio, humore vel calescente, vel frigescẽte excuti solet. Vtrum enim ex his fuerit, humor aerescit, quo aerescẽte, aer, qui inde ortus spirat, aura est: qui si à frigidis proficiscitur, frigidus merito spirat: si à valde calidis, cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autẽ neq; frigidum, neq; calidum valde est. itaque nec frigidum esse id potest, quod ex eo respirat, cùm scilicet mare frigidum ipsum non sit, nec citọ refrigeratur, quia calidũ valde nõ est.

17 Cur fluctus altioris pelagi tardius deliſtãt, quàm breuioris? An quia res omnis serius ex motione multa, quàm pauca requiescit: æstus autem magni pelagi amplior quàm paruus est: ergo nihil temere agitur, si tardius quieratur.

18 Cur aqua salsa frigida bibi non potest, calida, refrigerata'ue, postquam calefacta est, melius potest? An propterea, quòd de contrario in contrariũ res quæq; mutari solita est. aqua autem salsa dulci opposita est, & cùm calescit, portio salsi decoquitur, cùm refrigeratur, in imum defertur, & subsidet.

19 Cur aquæ positæ propter mare, dulces magna exparte, non salsę comperiantur? An qa percolatæ potu aptiores redduntur: percolari autem id melius potest, quod mari propius situm est.

20 Cur aqua salsa, pfluere nequeat? An quia stabile quod graue est. salsa autem aqua grauis est. quapropter calidæ tãtummodo ex salis profluere possunt: habent enim sibi leuitatem, quæ pondus salsuginis superat: calidum nanque leuius est. Adde quòd aquæ profluẽtes p terram nimirum percolari queunt: itaq; quãtum crassius, & grauius est, id assidue magis magisq; defertur, & subsidet, quantum leuius, atq; syncerius, id seuocatur, & profluit. vt enim salsum graue ita dulce leue est: atque ita efficitur, vt sint dulces, quę profluũt. Hęc eadem causa est, & cur aqua salsa, cùm mouetur mutaturq;, dulcior fiat: leuior enim p motum, atq; syncerior redditur.

21 Cur si quis in Africa propter mare infoderit, aquam principio dulcem, post breui salsam eandem comperiet, cùm cæteris in locis minus idipsum eueniat? An prima loci illius aqua concocta sub terra est, quæ cùm diutius manserit, salsior à mari transmisso efficitur, vt quæ nuper constiterit: cęteris autẽ locis aqua vel nulla est, vel plurima nulla prohibente siccitate est.

22 Cur sal eliquari ocyus aqua salsa, quàm dulci possit? An quòd eliquari non aliud est, nisi ab humore, calore'ue subeunte resolui, & dirimi ita, vt liquidum sit: eliquare autem nequeunt quæ vel subire omnino nõ possunt, vel quæ ita subeunt, vt tangere nequeãt. Vix illa vero eliquant, quæ facile transmeant: contra celerrime dirimunt, quæ per vim se intrudunt. Subire autem nequent, quæ amplis admodum partibus constant, quippe quę meatus rei subeundę excedant: contra quę minu-

tioribus

tioribus constant, trãseunt sine tactione. Atqui vt dulcis aqua tenuior, ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penetrans vix liquefacit, altera subit quidem, sed minus propter suarum partium magnitudinẽ: itaq; cogere, & proinde dirimere celerius potest.

23 Cur aqua minus candeat, si moueat? quod vel maris æstu inspici potest. Vnde Homer⁹, flatu oriente, inquit:

Et flatu nigrescit pontus eodem.

An duabus de causis, nã si ex propinquo contuimur, causa est, quòd visio magis trãsmeat aqua manente, quam mouente: eripitur nanque trames omnis directus, cùm moueẽ. Candidum autem id esse videtur, quod perspectũ atque perlucidum est: per quod enim visus transire nequeat, id atrum esse affirmant. quã ob rem aerem quoque nigrum è longinquo, candidum ex propinquo videmus. & maris, vt quod prope adest, cãdidum, ita quod procul, cœruleum, & nigrũ. sed si è lõginquo spectatur, causa est motus quidam, quo aspectus moueẽ, cùm se ad elõgatiora deducit. Quin etiam cùm aqua quiescit, aspectus vniuersus in lucem reflectitur: quod fieri nequit, cùm illa mouetur.

24 Cur fluctus præalti pelagi nequeant suspringi, quemadmodum parui? An quoniam aqua partua distrahi ab aere magis põt, quàm multa, propterea percussa facilius frangitur. Atqui in alto multa, in breui pauca est, quæ in fluctus compellitur.

25 Cur loca austrum versum spectãtia aquas continent salsiores? An propterea quod mare in terram sub austro interrumpit, dulces cum salsis miscentur.

26 Cur aqua salsa vino dulci magis, quàm austero supernatat? Vtrum quòd dulce plus terræ continet, sicuti via palsa. An quia grauius, & lentius dulce est, itaq; minus miscetur, immistumq; residet, atq; innatat.

27 Sed cur omnino possit innatare, cùm terrena sit? nanque delatio huius deorsum est. Vtrum propter calorẽ modo salis: excrémento nanq; per summa erumpẽti res similis est. An alia causa sit. nam si nõ propterea ita fiet, vel dulci innatare minus incredibile erit: calidissimum enim est.

28 Cur fluctus ante interdum veniant, quàm venti? An ea de causa qua etiam postea desistunt. Primus etenim flatus prius quasi languescit, quam fluctus ille impulsus. deuenit autem in terram non ea vnda, quæ prima impulsa est, sed id vice pari subinde impellitur, quod proximum deinceps exceperit.

29 Cur littora fluctuosiora solida sæpe efficiãtur, adeo vt plane pauimenta videãtur: & vt solida sunt, quæ frequẽtia fluctuum cõcalluerunt, ita pars remotior soluta sit admodum, et cedens? An propterea quòd fluctus arenam non minutissimam, sed maiusculam procul ejicit, vt & manus non quod minimum est, id maxime longe iacere potest. Tum etiam, cum permulta & varia promiscue conquatiãtur, versenturq;, pars minutiorum interlapsa spissat, atq; consolidat: mox fluctus residentis motio nihil propterea protrudit, sed opprimit, pauimentatq; ergo quod exigua procul exilire non queunt, incidit vt ex paruulis moles coagmentetur: quæ, quoniã motu frequẽtiag tatum est, continua redditur, arena scilicet interlapsante prætenui, dum cõpages cõtentione perpetua consistat, cùm fluctu vltimo pauimẽtatur, & humor leniter, sensimq; irrorans conglutinet. At pars sepositа orę arida disgregatur, & finditur. lapillis etiam constat maiusculis, minusq; complanata est.

Cur supius mare salsius, & calidius sit, quã inferius? & puteis quoq; potu idoneis pars superna salsior sit, quàm ima? quanquam esse è cõtrario debuit: grauẽ enim, quod salsum est. An quia Sol, & aer partem humorum leuissimam assidue detrahunt: dulcissimum autem quod leuissimum est, potissimumq; de propioribus locis hauriũt. Et maris igit, & aquarum dulcium summa, vis Solis exercet, itaq; salsius id esse necesse est, quod his residuũ extat, vnde humor dulcis exactus est, quàm vnde nihil, vel minꝰ abijt, propterea calidior quoque pars eadem superior est: salsum enim, q̃s dulce calidiꝰ est. Quapropter quibusdam ex ijs, q̃ à disciplina Heracliti sunt, placet, vt dulci ex aqua siccata, concretaq; lapides, terraq; creentur: mare autem sit, vnde Sol exhalationes elicĩat.

Cur maris pars terræ proxima dulcior est? An quia frequentius mouetur. salsus autem humor cùm mouetur, dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo salsior est: minus autem alta, quæ proxime terram est. Quam ob rem quę statim à terra præcipiti altitudine descendit, salsa est, nec dulcedinis tãtumdem reddere potest. cuius rei causa est, quòd salsa suo pondere in imum potius deferatur.

Cur mare solum omnium aquarum deuri potest? non enim pluuia, non fluuialis, nõ aliqua potu idonea. Vtrum quia multum cõtinet terræ, quod salis argumento ipsius constat? An quoniam pinguiusculum est, quod oleum demonstrat, quod in sale resudet?

Cur lacus arenam vel nullã faciat, vel minus, quàm mare, & fluuius? An quia saxa in mari cõsistunt, & terra deusta maxime est, arena autem saxum in parua, minimaq; perfractum est, quod ictu fluctuum frangitur. At in lacum saxa non æque consistunt pura synceraq;, neq; frangi itidem possunt, eo quòd fluctus nõ pari modo excitantur. Sed in fluuijs confici arenam potius dixerim, quoniam terram hi detrahunt, saxaq; suo fractu pfrangũt.

34 Quam ob causam cùm lacus vel diminutus, vel exiccatus est, frumentum in campo acrius gelu deuritur? Vtrum quòd humor lacus aerem suo vapore tepefacit, vt minus atque imbecillius congelascat, quàm locis palustribus, et cauis. An de terra, vt vulgo dicitur, frigus incipiat, & subeat sensim. lacu igit ab sumpto, frigus per terræ spacia ampliora plenus inuadẽs gelu instringit, deuritq; ampliꝰ. Locis autẽ cauis, atq; palustribus frigora demissa aspirant, quod etiam vulgo creditur. & quanq; terra caleat tempore hyberno, tamen quia humida est, calor per summa insidẽs, refrigeratur, & perit. Humor enim nec adeo pcul est, vt refrigerari caloris interioris beneficio nequeat: nec adeo pauc⁹, vt nihil madeat: madet enim terra vbertim. fit igit eo ipso congelascente, vt quasi super glaciem & ambulet, & habitetur.

35 Cur mare simul salsum & amarũ est? An plures esse in mari sapores nihil prohibeat, quippe cùm genus salsum amaro coniungi, essecq; simul latissime pateat.

36 Cur lapides, & testæ in mari rotunda reddantur? An quia extrema comparí ademptu circunfracta, in rotundam se colligũt speciẽ: hæc enim sola simili extremo clauditur, mare autem quoquo versus agitando pariter circũ vndiq; frangit, atq; obtundit.

37 Quam ob rem nonnusquã si quis circa mare fodiat, aqua dulcis principio emanet, post vero salsa efficiatur? An propterea quòd mare ipsum dulcem illum humorem sub terra transmittit, percolatq;, merito principio dulcis est: leuior enim dulcis, quàm salsus est, itaque prior occurrit. & mare dulcis aliquid humoris in se habet, quod terræ permistum facilius innatare potest. salsum vero, quoniam & grauius est, & aptius ad secandum, in imũ detertur. Siue igitur ita est, siue per venas ex cõtinente in mare dulcis profluat humor, nõ immerito p maris summa extare possit, qua se cum eo committat: ergo meatibus postea patefactis humor salsus copię suę ratione vincendo, salsugine totam afficit aquam. Accidit enim, vt superis obseptis meatibus, cõfluuium salsi humoris iter aliud faciat, contraq; patefactis totum istuc perferatur, quomodo

in corporis venis fieri nouimus.

Cur mare, cùm grauiꝰ, quã aqua potu ido 38
nea sit, clarius atq; perspectius est? Vtrũ quia pinguius est. nam si oleum affusum efficere potest, vt melius per aquam incernere sit, merito cùm ipsum mare in se pinguis aliquid habeat, perspectius & dilucidius sit ipsum enim oleum aqua leuius est, quamuis non perspectius. An mare non perspectius est, sed esse tãle videtur: quippe cùm aqua dulcis, aut fontis aut fluminis sit, fons suam aquã non sine terra emittit, vt purissima esse nequeat, flumẽtum terrã, tum tecem detrahat. Causa igitur hæc sit, cur dulcis minus perlucida appareat.

Qua de causa qui mari natant, ventre salu 39
briter euacuantur? haud enim quia laborãt: nam qui curriculo eunt, vehementius elaborant, sed tamen non ita euacuantur. At non omnis labor id faciat, sed solus, q̃ nullam dat 40
causam tabescẽdi intestinorum. maris autem mora vel omnino edaciorem, & ventris inanitate adustiorem hominem reddi videmus: est etenim vapor maris calidus, & siccus.

Cur lacus Pæsa, q̃ potu idoneus est, lauat si 41
mul, & purgat vestimenta? humor enim dulcis lauare potest, amarus purgare atq; abstergere, quæ quidem habent simul non possint. An nullus humor vestimenta suo amarore possit purgare, sed lentore tãtùmodo: quam ob rem trunculi, & quæcunq; mucosa, vim abstersoriam obtinent. igitur & amara, quæ fermè lentescunt, purgare queunt, cętera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitrosæ virtutis amarum totum deustum sit, pingue, & lentum remaneat. Hoc igitur abstergit, & purgat, lauat autem suo dulci humore.

Cur maris vndabundi quod desistit, albi 42
cat: quod prouoluitur, nigricat? An quia qd minus cernimus, nigrius id esse videtur: minus autem cernimus quod mouetur, quàm quod quiescit. An quoniã candet, quod transpicitur: nigrescit quod aspectu peruium nõ est. minus autem id trãspicitur, quod mouet.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VICESIMAQVARTA:

Eorum, quæ ad aquas calidas pertinent:

cuius quæstiones .XIX.



Vr aqua perfusi calida, minus ca 1
lorẽ percipimus, cũ perũcti oleo fimus? An, propter corporis leuitatẽ facile aqua dilabit, minusq; imoratur, quã vt calor subire valeat.

Cur

2 Cur puteorum aquę tepidæ à meridię ęsta te reddantur? An quia tunc frigiditate aeris iam ſuperata, calor plene inualuerit: ante aũt frigor calore ſoluitur, & ceſſat. Non enim ſimul alter ceſſat, alter iualeſcit, ſed ſpacio tpis.

3 Cur aqua interdũ facta calidior, quàm flãma, ligna deurere nequeat, flãma queat? An quia flãma prætenuis eſt, ſpiritusq; ex ea proficiſcens partibus tenuiſſimis cõſtat: aqua, perfecto craſſiuſcula eſt, itaq; ſubire non poteſt. At vero flamma, carbonumq; ignita mẽtum ſuam ob tenuitatẽ facile ſubeũt, atq; reſoluũt.

4 Cur aqua feruens liquefacere nequeat, vẽter queat? Vtrum ventris calor ſua tenuitate ſubire poteſt, aqua ſua craſſitudine ręgt. An quòd cætera quoq; liquefieri humor prohibet. nulla enim res eſt, quæ inter humorẽ dilabi, & tabeſcere poſſit. At in ventre humore in veſicam ſecluſo, facultas reſoluendi acqrit.

5 Cur fundus vaſorum non vrit, quæ aquã feruentiſſimam continent, ſed pleriq; fundo ſuſtinentes deportant: aqua vero ipſa exempta vrere poteſt? An eo quòd calor in fundũ vaſis contractus extinguí ab aqua põt. Quo fit etiam, vt eliquari res nequeat eliquabilis, ſi quid humoris admittatur.

6 Cur aqua non perinde hyberno tempore, vt æſtuo efferueat, non ſolum pari concalefacta igni, ſed etiam pleniori, & tantundẽ calens, atq; etiam vehementius? An propterea quòd aquæ efferuentia bullarum elatio eſt: aqua igitur ipſa nõ minus hyeme, quàm æſtate calefieri poteſt: ſed bullas efferri frigus ambientis aeris prohibet, itaq; minores, pauciores q; conſiſtunt: at ęſtate contra omnino eſt. Ille autem efferuendi æſtus non niſi frequentia, magnitudineq; ſpumæ exultat.

7 Cur calida aqua rugare poteſt, ignis qui tã calidus eſt, nõ poteſt? An quia ignis ſpiritum agit, vt tumefacere valeat: circum enim cutis obtenditur: ruga aũt cutis cõtractiuncula eſt.

8 Cur fundi vaſorum, quibus calefacimus aquam, tandiu calidiores ſunt, dum aqua ipſa frigidiuſcula eſt? An quoniam aqua adhuc frigida, calor concludatur circum, obſiſtatq; intus, cùm ei exitus omnis denegetur. At vero aqua concalefacta, quòd nihil præterea color arcetur, ſed libere reſpiret, diminuaturq;, fundus frigidior redditur, non ſecus ac balneæ: has enim hyeme, quàm ęſtate calidiores experimur, quoniam calor hyberno potius, quàm ęſtiuo tempore aeris circunfundẽtis frigore intercluditur.

9 Cur aqua feruens nunquam expaflat, frẽſum omne, atq; lenticula ſolida expaflantur? quanq; his leuior aqua eſt: leuius autem procul proĳci facilius poteſt. Quinetiam argentum cùm decoquitur, idem hoc facit. itaque qui in officinis argentarijs defecandi fungun tur officio, argenti reliquias colligunt lucro. An quia expaflationem calor agit euaporando, cogendoq; ea, quæ ſuo naturali impẽtu obſtãt. Aqua igitur quoniam leuis, & prętenuis eſt, nihil per vim reĳcit: itaq; nimius calor colligi non poteſt, ſed ante q̃ cõtrahatur, reprimitur omne, atq; excutitur, quod ſubin de acceſſit. At vero quæ corpulentiora ſunt, vt polenta, vt argentum, hæc vt per ſui corporis grauitatem arcent, repellũtq;, ita vi per renixum erumpunt, vt calor qua vicerit, exiliat vehemens. Facit enim corpulentiæ ſpiſſitas, ne tranſeat, ſed arceatur, dum ictu caloris ſuperfluentis extruſus ſit, atq; eiaculatus. Fit ergo ictus, non impulſus, vtpote cùm calor inferius ſurſum verſus efferatur celeriter.

Qua de cauſa quæ parum temporis calido in humore maduere, tument: quæ multũ, hęc collabuntur, & rugãt? An quoniam calor, vt ex concretis humorem elicit, ita ex humore ſpiritum creat; dẽſaq; omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens, facit humidiora, cùm ſpiritum ex humidis ducens diffundit, & tumefacit. cumq; amplius calefacit, partẽ ſummam elaxat, vt vapor inde reſpiret: humoráq; exiccatus facit, vt moles cõcidat: qua collapſa, cutis omnium ſumma rugatur. quo autem magis contractione inæquali flaccẽſcũt, eo rugoſa multiplici aſperitate efficiunt.

11 Cur aquis calidis potius, quàm frigidis lapides concreſcant, atq; coagmẽtentur? Vtrũ quòd lapis defectu humoris cõſiſtit, caloreq; potius, quàm frigore humor deficit, & lapi deſcit calore: vt etiam Empedocles, Lapides, inquit, & ſaxa feruẽtium aquarum opera cõficit. An non ſolum calor elapidat, ſed frigor etiam humorem nimio gelu abſumendo indurat, facitq; lapidem. quòd ſi nimium frigus ita agit, ſimpliciter quoq; ita agi poſſe certũ ẽ.

12 Cur ſi inter aquam pedem quis teneat calidam, pede quieſcente aquam minus calidã ſentiat, mouente calidiorem? An idem, quod vel in toto corpore accidat. ſi quis enim curriculo it, aerem, qui ſubinde obuiam fuerit, ſentit frigidiorem, eoq; magis, quo curſum agit prolixiorem.

13 Cur amplius in Sole res calidæ, quàm in vmbra refrigerantur? Vtrum quia minor calor à maiori abſumitur. An quòd in vmbra frigor circunfundens calorem interiorem reprimit, nec efluere ſinit. quod idem moribũdis, aqua offuſa frigida aduehit, quippe quæ calorẽ cõcludat, & arceat, ne foras ſe promat.

denique

denique per hyemem omnibus accidit, calidiorẽ ſuã eſſe partẽ interiorẽ. At in Sole vi nulla arcẽte calor effluit, atq; ocy⁹ euaneſcit.

14 Cur aqua minus ſalubris balneo ſit, quam Sol tepefecerit? Vtrũ quia corpori adhuc inſidẽs refrigeratur, horroremq; mouet. An eſt etiã iſtud: verumtamẽ & ſi quis ea ſæpe vtat, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida, oĩno vim coquendi, ſiccandiq; obtinet: frigida cõpeſcere, atq; cõtrahere põt. itaq; vtraq; aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida, & calida ex igne balneũ præſtat cõmodũ. at quę ſub Sole tepuerit, ob ſui caloris imbecillitatẽ, prębere illorũ neutrum habet, ſed humificat tantum, perinde ac Luna.

15 Cur aqua Sole calefacta parũ ſalubris ſit? An quia rigorẽ aduehit, vbi refrigeratũ eſt.

16 Cur aquę Magneſiæ, & Artanæ feruidę ſatis ſint potui idoneæ? An quoniã aquæ copia dulcis ad profluentem calida ſeſe applicat, eo tum modo, vt ſalſugo tollat, & calor edurer.

17 Cur aquę Magneſiæ feruidæ feruere q̃dẽ aliquando deſierunt, ſalſę tamẽ nihilo eſſe deſierunt? An quòd aquę copia frigidę aliunde fuſa in fontes feruidos calorẽ oẽm extinxit. itaq; terra tametſi ſalſa pſiſtere potuit, calida tamẽ eſſe propter aquę adiunctę copiã nõ potuit. Proximũ igitur id accidit aquæ, quã per cinerẽ tranſmiſſam colamus. hæc. n. tranſmiſſa per calidũ cinerẽ, nec ipſa ſuũ frigorẽ amittit, & cinerẽ frigidũ reddit: ſalſa tamen, amaraq; per cinerẽ eſt. Sed cùm aqua, quę frigida acceſſerat, alienigena eſſet, calor vernacul⁹ terręq; frigorẽ illũ pauciorem euincere vice verſa potuit: atq; ita ſuũ calorẽ aquæ receperunt.

18 Cur aquæ feruidę ſalſę magna ex parte, pueniant? An quòd pleręq; oẽs per terrã aluminoſam pcolant: qd odore earũ cõſtat: exuſtorũ ãt oium cinis ſalſus eſt, ſulfurq; redolet. quapropter feruida oia modo fulminis vrũt: & qdẽ plura fulminis tactu calida extiterunt.

19 Cur calidæ balneæ ſacræ habeantur? An propterea quòd ſulfure atq; fulmine, rebus ingenue ſacris proueniant.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VICESIMAQVINTA:
Eorum, quæ ad aerem pertinẽt: cuius quæſtiones. XXII.



1 Vt membra corporis noſtri in vtribus obtenta inflatis doleãt? Vtrum propter preſſuram aeris. vt enim extrinſecus vtrem prementi aer non cedit, ſed repellit: ſic etiam quæ intus tenentur, aer comprimit, atq; afflictat. An quia per vim aer retinetur, ſtipaturq;, foras verſus ſuapte natura vndiq; impętens, nimirum ad id corpus enititur, quod medium continet.

2 Cur paludib⁹ iuxta fluuios poſitis fieri ſoleant, qui bomugi appellantur, quos tauros numinis religioſos fabulæ narrant? eſt id ſane fremitus mugitui tauri adeo ſimilis, vt qui voces audiunt, non ſecus afficiantur, quàm ſi taurum ſenſerint mugiẽtem. An cùm aut fluuij in paludes ſe fundunt, aut paludes reſtagnant, & vel à mari offenſæ retorquẽtur, vel flatum vniuerſum emittunt, tum fremitus ille excitatur? Cauſa vero, quòd terræ cauernæ infoduntur, in quas aqua interrumpẽs, quoniam fluctus in eiuſmodi redundatione mouetur. aerem per anguſtias, ceu ſi quis in amphoram inanem ſtrepitum per oſculum mouerit, mugimẽto ſimilis ſonus exultabit: mugitus etenim bobus per id ipſum figurę gen⁹ profertur. Multas autẽ, mirasq; voces informare figuræ cauernarum varię poſſunt. nam & amphoræ fundum ſi quis detracto opercu lo, viciſſim modo intus attrahens, modo extra depellens perterat, ſonum per intercapedinem tam ingenuum reddet, vt belluæ pertimeſcant, & fugiant: quod pomariorum cuſtodes empliri conſueuere.

3 Cur aer, cùm aquam tangit, nõ humeſcit? nihil enim de cæteris eſt, quod ſi tetigeris, humidum non reddatur. An ita eorum extima coeunt, vt ſimul ſine vllo interſtitio ſint, nec plano diuerſo diſtinguant. igitur cætera quoniam graueora ſunt, ſubſidũt, itaq; humorem ſibi admittũt. aer vt leuior, nihilo inferius vergit, quàm extremum limitet. tãgit ergo, quia nihil interiacet: remanet expers humoris, qa ſemper ſuper aquam extat.

4 Cur noctę media, & meridie maxime cœlum ſoleat tranquillari? An quia ventu tranquillitas aeris ſtatio & requies eſt, quitum cõſtare maxime ſolet, cùm aut vincit, aut vincitur: etenim quandiu pugnat, mouetur, atq; inquietatur. vincit autem maxime nocte dimidiata, vincitur meridie. vt enim medio noctis Sol remotiſſimus, ſic meridie proximus eſt. Ad hęc, flatus vel ortu Solis, vel obitu incipit: ceſſat qui ortu cœperit, cùm victus eſt: qui veſpera, cùm parta victoria deſinit. itaq; fit, vt alij meridie, alij noctis medio ceſſent.

5 Cur prima luce, & iam mane frigus ſit amplius, quàm nocte, cùm Sol à nobis propius abſit? An quoniam cùm dies inſtat, ros cadit, atq; pruina, q̃ frigida ſunt: ergò inſperſis locis oib⁹ frigido humore, merito acri⁹ refrigerat.

Cur

6 Cur in Ponto intentius & æstus, & frigora fiant? An aer regionis illius sua crassitudine nec hyeme tepescere, nec æstate refrigerari potest. An propter varium Solis cursum. recedit enim per hyemẽ, accedit per æstatem.

7 Cur noctu potius, quàm interdiu serenum sit? An quòd & flatus, & perturbationis causa Solis vis est. istæc enim motu accito quodã oriũtur. Calor igitur causæ est, ob eamq; rem cùm is adest, quiescunt omnia, & Sole abeunte magis, quam veniente, & quòd dici solet:

» Nautibus hyberno ventos dat terra secũdos.
» Tunc mare fert sæuos: calidi sed mẽsib⁹ anni
» Terra dabit sæuos, Ponti feret vnda secũdos.

hoc sibi vult, quòd vbi motus maximus est, ibi minime quicquam vel seruari, vel consistere potest: æquabili nanq; statu, viribusq; efficacioribus esse id debet, quod consistendum, conseruãdumq; sit. mare autem hybernis tẽporibus, terra æstiuis sæuire illum in modum solita est.

8 Quam ob causam humor pleno contento in dolio, diffusus in vtres, non solum cũ vtribus recipi ab eodem dolio possit, sed etiam locum relinquere, quo etiam plus humoris capiatur? An quoniam aer in humore inest, qd dũ in dolio est, excerni propter dolij magnitudinem non potest: fit enim vt exprimi de maiori vel humor, vel spiritus difficilius possit: quemadmodum etiam de spõgijs amplioribus minus exprimitur. At cùm in partia digeritur, extrudi iam de vtribus expeditius potest. itaq; dolium, & vtres, & humorem etiam alium capit. magisq; in vino id accidit, quia plus in vino aeris inest, quàm in aqua. Huic sane proximum, cineris & aquæ tantundem simul vas idem capere posse, quantum plurimum vtriusq; seorsum infusi capiat. Cineris enim complura caua, & inania esse videntur, quibus aqua sese insinuat, vt quæ tenuior sit: & constipat vero, spissatq; arctissime, quoniã particulatim constipatio agitur. densantur. n. adductanturq; omnia plenius, cùm paulatim constipantur, q̃ cum vniuersa. quod cùm ita fiat, cinis collabit, & subsidet, simulq; humorem in se per cauorum suorum opportunitatem admittit. At si cinis, qui in aquam immittitur, calidus est, aquam dirimit, vertitq; in aerem. idem illud agetur etiam, si primum aqua infundatur, post cinis injciatur: vnde aquam eũam ipsam caua quædam, & hiantia in se cõtinere putaueris. An non aqua cinerem sibi admittat, sed cinis aquã. quod enim tenuius est, subire id posse congruum est. Constat itẽ experimẽto. cum enim cinis inspergitur, eodem reliqua aqua confluit, quo loco inspersum est. cuius contrarium certe fieri debuit, si aqua cineris esset capiens. An si prius aqua vas ex toto impleuerit, nihil præterea capiet, sed addito quolibet effundetur. Sin autẽ vbi semel aliquid aquæ infusum est, cinis descenderit, iam tũc quod dixi eueniet: quippe cùm cinis sit ipse, qui capere valeat. Hæc eadem ratio est, cur soueq; terram exemptam recipere nequeant. locus enim ab aere occupari videtur: itaq; fieri non posse, vt tantundẽ recipiat.

9 Cur aer, qui luce crassior est, solida valeat permeare, lux ipsa non valeat? An quia lux p̃ directum tãtummodo fertur, ob eamq; rem oculus, qui transpicere per rara non possit, vt per pumicem, quia meatus euariant, per vitrum facile possit, quia meatus positi è directo sunt. At aer impedimento nullo arcetur, quoniam quà transit, tendere è directo nõ soleat.

10 Cur aer per aquæ tactionem frigidus reddi possit, humidus non possit, etiam si quis in aqua vehementer inflarit, vt fluctus inde moueatur, & inundetur? frigidum autẽ reddi cõstat, eo quòd qui ex aquis aspirat, refrigerat. An frigidus esse, calidus'ue naturæ suæ habilitate potest, vt rei tactu immutetur, quam tetigit: humidus esse idcirco non potest, quia leuior est, neq; ima humoris vnquam sua ipse petit natura, sed summa semper, planumq; attingit: & si deorsum cogatur, humor quoque feretur inferius, ita vt nunquam in profundum sese ire patiatur.

11 Cur aer bullis contentus, aut de imis aquæ ascendẽs, haud vnquam madidus emergat? An quia humor nõ insidet, sed dilabitur: qui tamen cõtinet bullas, vel minor est, quàm huiusmodi aer valeat.

12 Cur aer madere non possit, aqua autem queat, quippe quæ etiam translata in aerem madeat? An eadem causa sit, qua & lapis madere nequeat. haud enim madẽdi oibus vis data est, sed ijs tantũ, quę lẽta sunt, & humida.

13 Cur vtres inflati valeant fluitare? An propterea, quòd aer sursum effertur. vtres enim vt inanes deorsum feruntur, sic inflati supra ideo resident, quòd ab aere sustinentur. Sed si aer eleuet, atq; phibeat quo minus deorsum feratur, cur inflati grauiores efficiãtur? & qui fieri potest, vt cùm grauior sit, emineat: cùm leuior, deferatur?

14 Cur aer non sursum feratur? Nã si ex motu caloris spiritus excitari debeat, ignisq; sublimia petere natus sit, spiritus eodem currere debuit: siquidem mouens illud sursum versus impellit, quodq; mouetur, eodem ferri aptissimum est. nunc enim tramite ferri obliquo latissime patet.

Cur

15 Cur aurora frigidior, quã vespera est? An quoniam altera noctis medio propior est, altera meridiei. est autem, vt diei medium calidissimum, quia Soli proximum est, sic noctis medium frigidissimum, quia remotissimum.

16 Cur temporis feruidi noctes molestiores, q̃ dies sunt? An quia flatus omnes tunc cõsilescunt: anniuersarij nanq; illi, & præuij min⁹ nocte, quàm interdiu spirant.

17 Cur incorrupta durare possint, quæ vtrib⁹ continentur inflatis, aut vasis bene opertis? An quia putrent omnia, cùm mouentur: immotaq; oia sunt, quæ plena: istæc autẽ plena.

18 Quam ob causam aere sudo, apertoq; frigus fit acrius, q̃ nubilo, cùm stellę sint calidę, & cœlum? An quia nihil tunc est, quod vaporem arcere, continereq; valeat, sed diffundatur necesse est: at cœlo nubilo arcetur, & aquilone magis, quàm austro, eadem illa de causa. auster enim nubes colligit, aquilo dispellit. & quidem aquilone magis quàm austro euaporari videmus, & hyeme potius q̃ æstate, aut propter dissimilitudinem, aut quia vapor nõ nisi refrigerato humore calido depromi põt.

19 Cur minus, quàm plus aeris calidius sit, cũ angusta omnia sint calidiora? An quia magis mouetur, qui pluris est: motus autem frigorẽ acciere potest. cuius indiciũ, quòd calida cùm mouentur, refrigerantur.

20 Cur aqua & terra putreant, aer & ignis nõ putreant? An quoniam omne, quod putret, calidissimum fiat necesse est: ignẽ autem calidius nihil est. An quia refrigerari prius oportet, quod putredinem cõcepturum est: ignis autem calidissimus semper est, aer vero igne refertus est. nihil autem putret, cùm calidum est, sed refrigeretur ante oportet, quàm putreat. At aqua, & terra vicissim modo calida, modo frigida effici possunt.

21 Cur cœlum nubilũ tepidius sit, quàm apertum, & placidum? Vtrum, vt veteres authores dixerunt, quia stellæ frigidæ sint. An id absurdum admodum est, sed quia cœlo sereno vapor extringi melius potest. indicium, quòd vento silente ros, & pruina consistunt. Cùm igitur serenum est, calor difflatur, quo humor eruitur, atq; efferẽ, itaq; aer frigidior fit: qua de causa humor à calore demissus irrorat. ast cùm nubilum est, arcetur, & constat: quocirca nec ros, nec pruina contrahi potest, cùm nubilum est: ergo calor ad terram remanens facit, vt tepor amplior esse possit.

22 Cur altis ædibus aer soleat ventilari, reciprocariq;, præsertim cùm tempus quietũ est? An quòd aer prælaxo quodam contextu, & hiatu lento est: ergo cùm hic extrinsecus introire incœperit, cedit, & cõtrahitur aer; quę domus cõtinet: quo collapso, adductoq; inanior redditur, qui foris est, & spacia multo laxiora capessit: quæ in spacia aer domesticus relabitur, ferturq; expedite eodem, quoniam et ipse pẽdeat, et natura inanis reniti nequeat. quod cùm per multa eius membra eueniat, proximus hũc aer sectatur, adductus propulsione primoris. tum eo large foras iam profluente, locus internus inanis redditur & vacuus, externus cõtra repletur, spissescitq;, ac deinde in hũc modũ reciproco fluxu actitat.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VICESIMASEXTA:

Eorum, quæ ad uentos pertinent:

cuius quæstiones .LXIIII.

1 CVr ventus cæcias solus ex omnium vẽtorum numero nubes ducere ad se possit? Vtrum quòd ventus aduersus reflat eodẽ tempore. An quoniam de locis emanentioribus spirat: sunt enim partes, quæ ad Solem orientem vergunt, eminentiores, quã quę ad occasum. indicium maris occiduí magnitudo facit, & latitudo. Quòd cũ desuper in aduersum spiret, lineam sua delatione ilia terram versus cõuexam agit, regionemq; inuadens, vt dixi occiduam, nubesq; per lineæ suæ figuram contrahens, ad se suo inde reflexu eas vocat, atque impellit: quod solus hic propterea facit, quia cæteris loca vel edit: ora sunt, vel submissiora, quæ versus, vt aut de imo, aut è directo flatus feratur deuexus, terrã versus necessum sit, ita vt ad postremum reflexus effici nullus queat, eo quòd flat⁹ nõ ad terram subditam aeris amplitudini finem protrahendi faciat, nec vbi aer cogi in nubes possit. Subsolanus, ac cæteri minus cauí, quoniam humidi non sunt, nubes non cogunt: itaque vel nullatenus, vel minus idipsum facere possunt.

2 Cur aquilones anniuersarij fiant, austri nõ fiant? An austri quoque fieri possunt, sed cõtinui, quia initiũ austri longe à nobis est, aquilonis in vicino est, quippe cùm sub aquilone habitemus. Item aquilones anniuersarij tranquillo aerẽ spirant, quippe qui per æstatẽ moueri soleant: austri vere oriuntur, cùm aer minus quiescit. Addo etiam quòd auster humidus est, humido autem superior locus alienus. Quam ob rem humores, qui eo in loco consistunt, cito resoluuntur, & euanescunt: & cùm

humores

humòres erratici vagabundiq; sint,accidit vt aer quoq; eodem ducatur,quo humores ipsi varie dilabantur.qui cùm nõ loco eodem agi tetur,efficitur porrò vt flatus diuersi oriãtur: flatus enim non nisi motus aeris est.

3 Cur auster post pruinã spirare soleat? An quia pruina nisi facta decoctione haud vnq; consistere potest:mutatio autem post concoctionem,purgationemq; fieri in contrariũ solet:aquiloni autem contrarius auster est.Hęc eadem causa est,cur post niuem auster spiret. omnino enim & nix,& grando,& imber, & omnis id genus purgatio concoctionis indicium est.Vnde fit etiam,vt post imbres,cæteras q; eiusdem generis tempestates flatus desistant,& consternentur.

4 Cur procellæ,hoc est venti,qui excussi nubibus fæuiunt,imbre superueniẽte ocyus cessant? An quoniam aqua expressa ventres nubium considunt,vnde flatus origo est.

5 Cur non ijdem venti imbrem vbiq; afferant? An quia non ijdem montibus vbiq; occurrũt, sed alijs partes aliæ sunt obiectæ.Nubes enim ibi magis consistunt,vbi vẽtus vix quasi loca ardua superans depellere pręterea nequit:cùm autem consistant,premuntur,rũpuntur,imbremq; demittunt.

6 Quam ob causam cœlum purum & placidum serenum indicat, tempus turbulentum hyemem prænunciat? An propterea, quòd hyems aere consistente, spissescenteq; fieri solet:ergo cũ Sol euincit,discernit, illustratq; aerem:cùm euincitur,nubibus obfuscat, atq; incrassat.Quòd si constitutio valida, hyems continuo luce prima erumpit. sed si imbecillior sit,nec tamen ex toto succumbens,occasum versus depellitur.quod consistit,ac inibi manet,eo quòd aer terræ,pximus hyeme instante crassissimus est,& mox reliquus quoq; consistit,quoniam initium, firmamentumq; obtinet stabilitatis,quod suscipere, atq; colligere possit,quãtum subinde accesserit.Vt.n. in acie conuersa in fugam vno resistente, cęteri quoque omnes insistunt,sic in aeris ratione fieri solitum est.quam ob rem cito, imo repente interdum fit,vt cœlum nubilum redatur.Cùm igitur occasus est perturbatus,cõstitutionem minime victã esse à Sole diu pugnante firmissime indicatur:itaq; plus itẽ posse consistere consentaneum est.Et quidẽ minus timendum,cùm hyeme prægressa,quàm cùm post serenum id accidit.quippe cùm illa ratione veluti reliquias quasdã restare, ac initium consistendi oriri videatur.

7 Quid est,quod flatus moueat tropæos, id est quos versarios,aut reciprocos appellamus?

An eadẽ ratio est,qua euripi mari reciprocante agitantur.nam & mare,& aer eatenus fertur,quatenus profluere licet. deinde cùm obice quadam amplius prograssandi licentia his tollitur,qui terra pergunt ob eam scilicet rem,quòd suę motiõis, delationisq; primordia parum habeant valida, tunc reciprocantur, & redeunt.

8 Cur ijdẽ illi tropæi de mari spirare soleãt?

9 Vtrum quia mare vicinum est. An quia tropæus apogeæ,id est flatui abterraneo cõtrarius est. Versarius enim tãquam reuersio abterranei est:quippe cùm abterraneus flatus ex terra in mare profluens sit,cuius reciprocatio versarius est:itaq; de mari terrã versus spirare necessum est. An venire inde putãdũ, quoniam aer collectus in mari est,qui illo fluxerat.Sed ratio,cur nec in terram cõsistat, & reflectatur,cùm profluit,quòd mare in cauo est.aer autem modo aquæ ad id fluit,quod cauissimum est.

9 Cur dici solet,Tertia lux nũquam nocturno aquilone laborat? An quòd flatus septentrionis imbecilli sunt,cùm nocte spirare incipiunt.argumentum enim non multum aeris esse motum,quod eo tempore spirare exorsus est;quo caloris exiguũ est. exiguũ nanq; caloris exiguum aeris mouet:atqui flatus minimi omnes intra triduũ finiuntur:ergo nec is diuturnior esse debet.

10 Cur aquilo crebrius, quàm auster spirat? An quoniam aquilo parti orbis terrarum habitatæ vicinus est,idcirco latere non potest.si mul enim ex sui temporis breuitate & spirat, & adest.at auster,quia è longinquo admodũ, nisi vehemens sit,venire non potest.

11 Cur auster minus hybernis noctibus, quã diebus spirat? An est quidem Sol noctis etiã tempore australi regioni propinquus,& noctes ibi tepidiores,quàm dies aquilonem versus,itaq; aeris multum mouetur, & nihilo minus,quàm interdiu. Sed calor dierum vehementior omnem absumendo humorem, efficit, vt minus spiretur.

12 Cur auster canicula oriẽte moueatur, idq; lege naturę certissima fieri soleat? An propterea,quòd regio inferior orbis Sole scilicet remoto minus calida est.itaque vapor inde large emigrat,& multi profecto austri spirarẽt, nisi anniuersarij prohiberent.

13 An omnibus austris tum orientibus,tum occidentibus,aer soleat commutari, sed cane præcipue? quod quidem flatibus latissime cõstat,qui eius ortu,& post ortum sequuntur, quòd cùm æstus tunc vigeant, spiritus calidissimos per idem tempus oriri congruũ est.

Auster

Auster autẽm calidus est: & cùm ex contrarijs in contrarium maxime commutari solitum sit, ortumq; canis præuij nuncupati antecedant, qui aquilones sunt, merito post eum auster spirat, quandoquidem assignari necesse est, idq; austris fieri orientibus. Huic autem verbo cùm assignari dicimus,subiecta notio est, aerem insigniter commutari,et quidem mutari flatuum omnia genera in ventos aduersos, aut dextros solent.quòd cùm aquilo non transeat in latus dextrum, reliquum est,vt in aduersum, hoc est, vt in austrum transeat. Quinetiam dies post brumam quintusdecimus austrum præ se fert, eo quòd bruma initium quoddam est, moueturq; à Sole is potissimum aer, qui brumę vicinus est: Solem autem tunc ad austrum vergere certum est. Vt igitur cùm ortũ perreptat,flatus excitat subsolanus,ita cùm meridiem adit, austros euocat. nec tamen statim à bruma id facit, quoniam breuissimas tunc agit distantias, sed quintodecimo, quia tempus id modice se habeat ad primam discessus sensionem. totum enim id tempus pars conspicua est.

14 Qua de causa orionis exortu dies maxime varient, flatusq; importuni moueantur? An quoniam in mutatione varia maxime omnia sunt, quæ non vno,certoq; tempore, motu'ue describuntur: atqui oritur orion ineunte autumno, occidit hyeme: ergo quia non vno tempore constat, sed alio incipit, alio cessat, flatus etiam inconstantes esse necesse est,vtpote cùm ancipiti conditione prouenient, quos sibi tempus vtrunque sortitum est. Et quidem difficilem esse orionem, & cùm oritur, & cùm occidit, ex temporis varietate recte affirmant:turbulentum enim, atq; inæquabilem esse necessum est.

15 Cur aquilo nocte exorsus die tertia cessat? Vtrum quia ex partuo,imbecillicq; initio prodit, tertius autem dies decretorius est. An quoniam vniuersus modo ὑγιαφὼν, id est procellarum, & nubibus excussorum flatuũ fundítur,idcirco compendio cessat.

16 Cur plurimi aquilones spirent? An quoniam pars orbis terræ habitata septentrionibus subdita, est eminentior, & extra solstitium posita,& niuis plena, quæ nix mõtibus nonnullis nunquam deest. Cùm igitur concreti humores tabescunt, flatus magna ex parte oriuntur: is autem aquilo est, qui à septentrionibus mittitur.

17 Cur austri hyeme,atque ineunte vere, atque autumno cessante spirare soleant, vndabundiq; sint,& contortuosi,atq; Africæ non minus frigidi, quàm regioni nostrati aquilones? An propterea, quòd Sole propinquo spiritum moueri necesse est: Sol autem per hyemem austrum versus perfertur,& ineunte vere, desinenteq; autumno iam calefacere incipit:æstate contra, septentriones petit, & loca relinquit meridiana. Calidus autem propterea est, quia spiritus aeri Africæ miscetur, qui calidus est. hinc etiam in mare corrumpens ingentes excitat fluctus, facitq; australem æstatem.

Cur auster fœtidi halitus causæ sit? An quoniã humida,et calida corpora reddit,quæ maximè putredini opportuna sunt.

Cur auster profectus ex mari commodus ijs sit,quorum stirpes terra cõtinentur? nam & Thriasio campo terræ Atticæ auster de mari occurrit. An quoniam refrigeratus accedit:rubigo autem per humorem calidum, alienumq; consistere solet.

Cur ventus magna ex parte ante Lunæ defectus excitetur initio noctis, cùm defectus medio incipit noctis, medio vero cùm mane? An quoniam calor Lunæ propterea hebetatur,quia cursus iam pxime est, quòd defectus exultet. remisso itaque calore, quo retentus aer quiescit,rursum moueri,ac spiritus reddi incipit.

Cur auster non incipiens, sed desinens imbrem afferat? Vtrum quòd aerem cogit è longinquo, quo coacto, aqua exprimitur: cogitur autem postea quam cœptum est. An quoniam incipiente calidus adhuc aer est, quippe qui profectus à calido sit:processu autem temporis refrigeratus in aquam melius consistere potest.

Quam ob causam cùm minor auster est, nubes nullas obducit: maior nubilus,& diuturnior est? Vtrum, vt quidam aiunt, initij causa ita accidat. nam si ex minori proficiscatur, liquidus, fudusq; est: si ex ampliori,nubilus,& crassus. An quia minor cùm incipit,est,itaque non multum aeris compellere potest,sed ad postremum amplificari consuevit. Vnde illud Prouerbium,Cùm cessat boreas,cùmq; auster surgere cœpit.

Cur tempore hyberno flatus parte veniunt exortiua, æstiuo occidua? An vbi Sol amplius non euincit, aer libere profluit. cùm igitur nobis occidit, nubes relinquit, quibus fauonij prodeunt: cumq; incolis inferioris hemisphærij oritur,spiritum illis parte exortiua producit: contra cùm parti inferiori occidit, fauonios illis, subsolanos nobis confectante aere facit.Vnde fit,vt si quem alium vẽtum occupauerit,augeat, eo scilicet,

quòd nonnihil adiunxit.

24 Cur afflante fauonio canes veſtigia minus valeant comperire? An quia plurimum hic ventus confundit, quoniam ventorum omnium cõtinentiſſimus eſt, maximeq; terram attingit.

25 Quam ob cauſam cùm ſtellæ proſiliunt, venti indicium datur? An propterea quòd à flatu feruntur, priuſq; ibi, quàm apud nos flatus excurrit. Quo fit etiam, vt vnde ſtellæ feruntur, huc flatus accedat.

26 Cur nubes maximas fauonius agit? An quia de alto ſpirat, regioneq; maritima nubes per ampla ſpatia colligit ampliores.

27 Cur venti ad poſtremum vehementiſſime ſpirant? An quia vbi vniuerſi efflarunt, caloris parum relinquitur.

28 Cur ſi circa æquinoctium africus ſpirauit, aqua fiat neceſſe ſit? An quo loco orbis Sol fuerit, inde ſoleat ſpiritus excitari: itaque pro Solis diſcurſu viciſſitudo ſpirituũ agat. Quòd cùm æquinoctium hyemis atque æſtatis confinium ſit, dum Sol nobis conſpectum æquinoctium agit, aut iuſtum tranſgreſſus limitem regioni ſe dedit hybernæ, accidit, vt venti partis illius vernaculi ſpirent, quorum primus africus eſt natura humidus: & cùm Sol partem orbis terrarum hybernam perluſtrat, ſtatuſq; regionis eiuſdem monet, euenit vt hyems ſuis fungatur muneribus: cuius generis imber eſt. Ad hæc cùm æquinoctium, tãquam paribus examinatis viribus hyemis, atque æſtatis conſtet, ſi alterutris quicquam additum ſit, obitus momentum exultabit conſpicuum, vt in æquilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. Quòd cùm africus hyberni ordinis ſit, naturaq; humidus, æquinoctio additus, hyemem, imbremq; merito affert: imber enim hyems eſt flatibus familiariſſima.

29 Cur auſter, atque eurus, cùm flatibus ſibi obiectis calidiores ſint, alter aquilone, alter fauonio, aquæ fertiliores ſint? quanquam frigor eſt, qui humorem ex aere depromat. Haud enim quòd aquilo nubes hinc pellit, idcirco aqua non prouenit. nam & fauonius, & eurus nubes abigit, quippe qui ex altero pari modo prouenìat. quin etiam cæteri omnes vnde ſpirant, inde depellunt. Vtrum quia frigor amplius introrſum circumobſtitit, cùm calor extrorſum amplius vrget. An etiam regio facit, vnde ſpirant, vt ſereni illuſtresq; veniant. eurus nanque ex ortu, fauonius ex occaſu aduentat. Quinetiam ratio ſit, quòd aer præcalefactus celerrime ac pleniſſime refrigeratur, quomodo etiam aqua. igitur eurì aer de ortu calidus, auſtri de meridie fertur: cumq; frigidiſſimum locum adiere, compendio concreſcunt, atque in aquam conſiſtunt: magisq; eurus aquam agit, quoniam aerem de Solis parte, nec minus calidum ducit. Auſter aquam mittit, cùm ceſſat: quoniam aer, qui primus ex mari accedit, frigidus eſt: vltimus autem tepidus ex terra occurrit. An non id ſolum cauſa ſit, ſed etiam, quòd ad poſtremum auſter creſcit. Vnde illud prouerbium, Cumq; auſter ſurgere cœpit. Atqui frigidiores qui vehementius ſpirant: igitur merito in nubes aerem poſtea cogit. An ea ipſa ratio ſit cur poſt, quàm principio fertilior aquæ occurrat.

Cur venti ſiccant, cùm frigidi ſint? An quoniam qui frigidiſſimi ſunt, vaporem eliciunt.

Sed cur amplius ſiccent, quàm Sol? An quia vaporem non ſolum euocant, verũ etiã abducunt: Sol autem relinquit: itaq; vt magis humificat, ſic minus afficcat.

Cur vnus ventorum cæcias nubes ad ſe vocat? quod etiam prouerbium illud declarat, Vt cæcias nubes, ſic ille opes trahens. cæteri nanque vnde ſpirant, inde tantummodo expellunt. Vtrum ventus aduerſus eodem in tempore ſpirans id facit. An ſi hoc eſſet, haud vnquam latere potuiſſet: etenim ſpiritus hic ſuapte natura circulari linea fertur: ergo cæteri per terram vagantur, hic cœlum verſus ſuę lineæ cauum erigens, non ad terram reſupinans, ſuam originem repetit: itaque nubes facile ad ſe ducit.

Cur fauonius ſerenus, ac iucundiſſimus ventorum omnium eſt? et qualem Homerus flare per campos elyſios carmine illo dixit: Sed zephyri aſſidue ſpirant, auræq; ſalubres. An primum, quòd aeris temperiem plene obtinet. neque enim calidus eſt, vt qui de meridie, ortuq; ſpirant: neque frigidus, vt qui de ſeptentrionibus eueniunt: ſed medium frigidorum, & calidorum flatuum tenet. Quòd cùm vtriuſque in vicino ſit, particeps vtrarunque virium euadit: itaque temperatiſſimus eſt, & vere maxime ſpirat. Ad hæc, flatus omnes tranſire vel in ſibi aduerſos, vel in dextros conſueuerunt: itaque cùm poſt aquilonem fauonius ſpiret, (dexter enim hic eſt) efficitur adeo tanquam mitis ad immitem, & ſimul vbi deſtitit hyems, ſerenum magna ex parte ſubſequi ſolitum eſt. atqui flatus hybernus aquilo eſt. Subſolanus, quãuis inter calidos & frigidos ſitus, minus qualitatis eorũ particeps eſt. hic enim cũ ſpirat, flatus vergẽtes ad auſtrũ motitat qdẽ, (iſtuc enim tranſferre aſſolet) ſed miſceri tamon

mẽ cum his minime patitur. At vero fauonius & mouetur ab auſtro, et ipſe cùm ſpirat, mouet aquilonem: huc enim vſque progrediens viciſſitudo ſpirituum finem ſui circuitus facit. Quòd cùm vnus facit alterius finẽ, alterius initium fecũ habeat, merito ſuauius & eſt, & eſſe videtur.

34 Cur fauonius horis poſtmeridianis ſpirare, non mane ſoleat? An quòd Sol magna ex parte vel oriens, vel occidẽs, author ſpirituũ eſt. quoties enim aerem humidum tepefaciẽdo percoquit, atque diſcernit, in ſpiritum ſane illum extenuat. quòd ſi tantiſper accideret, vt aer ſpirantiuſculus ſit, magis magisq; à Sole vertetur in ſpiritum. Quoties igitur Sol in exortu eſt, pcul à fauonio abeſt: hic enim ab occaſu ſe promit: & cùm iam occidere proximus eſt, aer omnino extenuatus, diſcretuſq; fluit. at dum confecto meridie pergat ad poſtmeridianum, tantiſper ad aerem tepefaciendum, diſcernendumq; modice admodum habet. Subſolanus quoque ob eam rem mane ſpirare incipit, aerem enim, qui ſupra terram ſublimis impendens nocte humefactus, ſolo ſui põderis ratione appropinquarit, Sol mane diſcernens proximum ſibi excitat primum: qui autem ex Sole oriente ſpirat, ſubſolanus hic appellatus eſt.

35 Cur Sole ſe attollente, ſpiritus & ſternuntur, & augentur? An quia ſpiritus vel aeris, vel redundantis humoris commotio eſt: quæ vt cùm parua eſt, compendio à Sole conſumitur, itaque nullus ſpiritus inde exiſtit: ita cùm magna eſt, Solis exortu amplior redditur. Sol enim author, & parens motuum eſt.

36 Cur fauonius horis poſtmeridianis ſpirare ſoleat? An quòd ſpiritus omnes Sole humorem diffundẽte proueniũt. humor enim, qui antehac concreſcebat, tabeſcit, cùm vis caloris in propinquo eſt: itaq; ſpiritum mouet. atqui fauonius de occaſu ſpirat: recte igitur poſtmeridianis exoritur: tunc enim Sol eius ad locum accedit.

37 Cur aquilo, & auſter ſæpiſſimè ſpirant? An quia contrarium à ſuo cõtrario, è directo ſcilicet oppugnatũ minime edurare poteſt, ſed ex latere potius aduerſam vim tolerat: auſter vero, & aquilo ex curſus Solis lateribus ſpirant, cæteri aduerſi potius occurrunt.

38 Vtrum ſpiritus fonte quodam emergat, quemadmodum aqua, ſupra quem fontem efferri nequeat, an non? Et vtrum vno ex pũcto, an ex loco profluat ampliori? Sunt certe nonnulla in aere, quæ vel in aqua accidere pari ratione videmus: quippe cùm aqua per prona ocyus fluat, quàm cùm in planis atque æqualibus ſtagnat: hoc enim & ſpiritus faciunt: nam locis editis, atque excellis aer aſſidue mouetur, cauis è contrario ſæpe quieſcit, & cõſileſcit. Ad hæc, ſuper excelſiſſimos mõtes ſpiritus nulli excitantur, vt ſuper Athon, ac reliquos generis eiuſdem. indicium, quòd quæ reliquerint, qui anno ſuperiori ſacrificarunt, poſteriori incorrupta comperire affirmant. Conſtat igitur ſpiritus quoque prolationem veluti ex fonte quodam actitari, ſuper quem nihil præterea efferre ſe poteſt. Vnde fit, vt locis excelſis, quod modo diximus, accidat: quod idem datum etiam aquæ putauerim. nec enim aquam vehementem, nec ſpiritum rapidum locis excelſis fieri nouimus.

Cur auſtro ſpirante cœruleum mare fiat; aquilone obſcurius, atriuſq;? An propterea, quòd aquilo minus mare perturbat. omne autem, quod trãquillius eſt, atrum eſſe videtur.

Quam ob cauſam auſtri cùm leuiter ſpirant, nequeant nubilare: cum intente nimirum queant? An quoniam cùm leuiter frequentiam nubium agere nequeant, itaq; breue ſit, quod obduci nubib⁹ poſſit. at vero vbi excreuerunt, multas depellunt: itaq; amplius obnubilare videntur.

Cur aquilo vt magnus incipit, ita paruus deſiſtat: auſter contra, vt paruus incipit, ita magnus ceſſare ſoleat? An quia nobis aquilo in vicino eſt, auſter longe abeſt. Alter igitur vbi primum exortus eſt, nos occupat: alter ſuo diſperſo principio, vtpote diu pertracto, exiguus ad nos primum deuenit: at finem alterius ſentimus, alterius minime. Itaque merito alter imbecillus, cùm ceſſat, eſt, (omnium nanque finis imbecillus eſt) alter validus. finem enim iſtius nihil præterea ſentimus.

Cur verſarij, qua mare ſinuatur, reflare ſoleant: qua porrecta, panſaq; maria ſunt, reflare non poſſint? An quoniam flatus in ſinum interrumpens nihil diſtrahitur, immo magna parte vniuerſus perfertur: at in diſpalatis, porrectisq; abterranei, & protinus magis diſtrahuntur, & inter profluendum hac eadem re patiuntur: quoniam nihil obſiſtit, quo minus multas in partes proruant. Verſarius enim non niſi reflexus abterraneus eſt.

Cur dici ſolet, Cum ceſſat boreas, cumq; auſter ſurgere cœpit? An quoniam boreas, quòd nos ei ſubditi ſumus, parsq; habitata terræ vergit ad ſeptentriones, intentus proti nus accidit: quippe qui ſtatim cùm ortus eſt, adeſt. auſter, quòd ex longinquo ad nos deuenit, non primum, ſed poſt intentior eſt.

44 Cur ſpiritantibus auſtris homines grauio
res, inualidioresq; ſeſe reddũtur? An propte-
rea quòd humor corporis flatus eius calore
tabeſcens, multus ex pauco redundat, atque
humor grauis leui ex ſpiritu conſiſtit: quas
ob res vires hominis debilitari neceſſe eſt.

45 Cur ſpirãtibus aquilonibus cibi auidiores
ſumus, cũq; auſtris? An propterea quòd aquilo
nes frigidiores ſunt.

46 Cur auſter oris terræ Aegypti non afflat,
nec interius iter diei ac noctis: ſuper Mem-
phim vero vel iter diei ac noctis ingenuus
ſpirat: nec vero occaſum verſus iter duum
dierum, totidemq; noctium adit: exortum
autem verſus africi incitantur? An quoniam
terra Aegyptus caua ſecundum partes ſuas
interiores eſt, ſuperiores, ſemotioresq; emi-
nentior: hinc enim auſter, vt caua intacta
ſupergredi, ſic excipi ab eminẽtioribus põt.

47 Cur auſter paruus oritur, magnus deſi-
ſtit, aquilo contra? Vnde prouerbium illud:
» Secundæ nauigationi delegatum eſt, Cùm
» ceſſat boreas, cumq; auſter ſurgere cœpit.
An quòd ad ſeptentriones potius, quàm ad
meridiem poſiti ſumus: aquilo autem ex ſe-
ptentrionibus ſpirat, auſter ex meridie: me-
rito alter ſtatim cùm ortus eſt, vehemẽs pro-
xima ſibi loca inuadit, poſt deinde ſuam ve-
hementiam in loca transfert remotiora: alter
è contrario homines meridie incolas inter
initia vrget, poſt vbi præterijt, ingenuus ad
nos venit.

48 Cur dici ſoleat, Fit glacialis hyems, boreã
» ſi duxerit auſter? An quod auſter talis eſt, vt
nubes large, & aquam colligat. Cùm igitur
boreas tali temporis conditioni ſuperuenit,
gelu indurat, hyememq; efficit. Vnde cele-
» bre illud eſt, Offendente lutum borea, mox
» terra gelaſcit. Lutum enim, & omnino aquã
ab auſtro vel maxime, vel ſæpiſſime fieri pa-
lam eſt.

49 Cur poſt auſtrum cito aquilo ſpirat, poſt
aquilonem non cito auſter? An quoniam al-
teri ex propinquo, alteri ex lõginquo venien
dum eſt, quippe cùm ſedes noſtra aquilonẽ
verſus poſita ſit.

50 Cur flatus frigidi veniunt, cùm caloris cõ
motione oriantur? An motionẽ à calore pro-
fectam calidum eſſe neceſſum non ſit, niſi
modo quodam prodierit. Nam ſi vniuerſa
interrumpit, calida eſt: ſin per anguſtum, pau
latimq; extinguitur, nec ipſa calida prouenit:
& aer, qui inde commotus eſt, talẽ efficit mo-
tum, qualis ipſe præfuerit: quomodo etiam
eodem de corpore modo calidum, modo fri-
gidum poſſe ſpirari inquiunt. Sed id verum
nequaquam eſt. ſemper enim quod exit, cali-
dum eſt: cuius indicium, quod tale propius
admouenti percipitur: ſed intereſt, quo pro-
dierit modo. Nam ſi multo poſt hiante ore
emiſſimus, calidum idcirco videtur, quoniam
ſentire id poſſumus: ſed ſi per anguſtum ex-
trudamus, calidius profecto extrictum aerẽ
ſibi proximum impellit, atque ille ſibi conti-
nuum. ſed quòd aer frigidus eſt, motio eius
quoque frigida profluit. Nunquid igitur in
flatuum quoq; ratiõe hoc idem eueniat, ſitq;
per anguſtum prima eorum motio, cùm ae-
re priore prolato ſubinde alius affluat? Qua
propter hyeme frigidi, æſtate calidi oriuntur;
eo ſcilicet, quòd talis eorum temporum aer
præeſt. nec enim à ſe ipſum aerem moueri,
neque à calore conuictum eo motu proferri
conſtat, non ſolum quòd calore ampliori cõ-
tẽto ſpiritus calefaciunt, verum quod ſurſum
etiam efferuntur. Ignis enim natura huiuſce
modi eſt: frigidum cõtra deorſum ferri aptiſ
ſimum eſt. Spiritus autem merito in latus ſe
vertunt, cùm enim alterum ſurſum, alterum
deorſum verſus nitatur, & neutrum alterum
ſuperet, nec fieri poſſit vt maneat, oblique
perferri neceſſe eſt.

51 Cur auſtri frigidi in Africa ſint, vt apud
nos aquilones? Primum, quia vt nobis aqui-
lonum origo, ſic Africæ auſtrorum propior
eſt. Nã ſi, vt dictum eſt, flatus per anguſtum
extrudi ſoleant, propioribus certe frigidiores
occurrent, propter vehementiam ſui motus,
quam diffundi, hebetariq; neceſſe eſt, cùm ſe
longius protrahit. qua de cauſa aquilones fri
gidi apud nos ſunt: colimus enim propius,
immo iuxta ipſos ſeptentriones.

52 Cur auſtri ſicci, & aquę omnino expertes,
febres contrahant? An quoniam humorem
calidum alienum in corporibus creant, quip-
pe qui natura humidi, & calidi ſint: quæ qui-
dem qualitates febrificæ ſunt. febris enim ea-
rum cõſiſtit exuperantia. Quoties igitur per
Solis ardorem omni viduati humore ſpirãt,
habitu plane huiuſcemodi ſunt: at cũ vna ve-
niunt cum aqua, refrigerari nimirum aquę ip
ſius beneficio poſſunt.

53 Cur flatus anniuerſarij eodem tẽpore atq;
modo aſſlare ſemper ſoleant: & cur deſinen-
te die deſinunt, noctuq; non ſpirant? An id
quidem ipſum, quoniam nix liquefieri ceſſat
à Sole, cùm veſperaſcit, totamq; noctẽ manet
indomita: omnino autem ſpirandi tẽpus tũo
eſt, cùm Sol vincere, atque reſoluere glaciẽ
ad aquilonem poſitam cœpit. cùm igitur in-
cipit, præuij appellati ſpirant: cùm iam am-
plius reſolutum eſt, anniuerſarij.

Cur

54 Cur fauonius ventorum omnium leniſſi-
mus, & frigidiſſimus eſt, duobusq; tempori-
bus maxime ſpirat, vere ac autumno, cumq;
veſperaſcit, potiſſimumq; terram attingit?
An lenis, quia ex mari, campisq; planiſſimis
ſpirat. Frigidus tametſi minus, quam aquilo
eſt: quoniam aqua inflata, non niue ſpirat: cæ
teris tamẽ frigidior eſt, quia vel poſt hyemẽ,
Sole adeo nuper reuigente, vel autumno,
cùm Sol amplius non viget, ſpirare incipit.
Vicinus hic maxime terræ afflat, quòd è dire
cto, nullaq; aduerſante vi ex mari ad terram
tranſit: haud enim vt per terram materia ob-
ſiſtente arceretur, ſed libere quoquo verſus va-
gatur, quoniam humorem perreptat, et equa
bili quoq; diſcurſu hac eadem de cauſa pro-
fluit. Nõ enim ex montibus, neque niue per
vim tabeſcente, ſed tanquam per fauces ex-
pedite profunditur. pars quippe ad aquilo-
nem, aut ad auſtrum vergens, montoſa eſt:
occaſum verſus nullus mons, nulla terra eſt,
ſed mare Athlanticum ſpatiatur: itaque effi-
citur, vt terræ proximus, atque ſibi æqualis
permaneat. Spirat, cùm veſpera prope eſt, lo
ci ipſius ratione: tunc enim Sol proxime ad
locum accedit, vnde fauonius oritur. Noctu
quieſcit, quoniam tunc Solis motio deeſt.

55 Cur euro ſpirante omnia maiora videan-
tur? An quoniam eo flatu aer obſcurior, cali
ginoſiſſimusq; reddatur.

56 Cur tempore hyberno flatus de ortu ſpira
re mane, æſtiuo de occaſu poſt meridiem cõ-
ſueuit? An propterea quòd flatus, qui nobis
æſtiuo veniunt, hyberno his ſpirant, qui op
poſitum terrę hemiſphærium tenent. Nobis
autem hyberno mane, atque de ortu ſpiritus
veniunt, quod prę humidus noctis aer diſcer
nitur, moueturq; mane à Sole: atque is pri-
mus, qui proxime Solem eſt: quod etiam an
te ſuum exortum Sol agere poteſt, ex quo au
ræ ſpirare non minus ante Solis exortum ſo
lent. Ergo cùm Sol humores ad ſe attrahat,
moueatq; ante ſuum ortum aera, qui per hye
mem humidus apud nos eſt, conſtat vel ad ſe
poſſe attrahere, cùm inferius hæmiſphærium
inſpicit, idq; poſt meridiem ibi efficere, quod
tempus nobis antelucanum eſt. Quam ob
rem accidit, vt aer qui ante ortũ hinc Sole at-
trahitur, fauonius inferis ſit, aſpiretq; horis
poſtmeridianis. itaq; flatus hyemis noſtræ
exortiuus nobis, poſtmeridianus illis eſt: &
noſtrę ęſtatis nobis poſtmeridianus, illis exor
tiuus accedit. æſtas enim apud illos eſt, cùm
apud nos hyems: noſtrumq; poſtmeridia-
num, illis antelucanum eſt, quo illis auras
exortiuas, nobis fauonios aſpirare prædicta
euenit ratione. Nihil de ortu per æſtatem ſpi
rare ſolet, eo quòd Sol ad aera ſedis noſtrę, ſic
ciorem exoritur: parum enim temporis ab-
fuit. Fauonij poſt meridiem nulli per hye-
mem aſpirant, quòd exortiui eodem tempo
re nulli inferiori hemiſphærio flare ob eam,
quam modo diximus, cauſam poſſunt. Sol
enim humores inde ad ſe attrahens, nobis fa
uonios præſtat.

57 Cur fauonius illuſtris, ſerenus, atq; gratiſ-
ſimus ventorum omnium eſt? An quia me-
dium calidorum & frigidorum flatuũ tenet,
vicinusq; illis oriens particeps qualitatũ ge-
neris vtriuſq; euadit, temperatusq; proinde
accedit. Subſolanus quamuis inter eoſdem
poſitus ſit, minus tamen cõmunem ſe exhi-
bet: hic enim mouet quidem cùm ſpirat flat⁹,
qui auſtrum verſus ſpectant: eo nanque tran
ſire ſolitus eſt, ſed miſceri his neſcit. At vero
fauonius & mouetur ab auſtris, & ſpirans ip-
ſe agitat aquilones. iſtuc enim vtimus ſpirã-
di circuitus ducitur, vnde cùm idem in ſe alte
rorũ finẽm, alterorũ initiũ contineat, iure gra
tiſſimus & eſt, & eſſe videtur.

58 Cur venti alij locis alijs imbrem afferant?
verbi cauſa, helleſpontias terræ Atticæ, inſu-
liſq; vicinis: aquilo Helleſponto, atque Cyre
næ: auſter Lesbo. An vbi frequentia nubiũ,
inibi imbrem obuenire neceſſe eſt: ibi enim
frequentia cogitur, vbi aſſidere nubes accer-
ſicq; eſt: itaq; montibus magis, quàm planis
pluit. ergo apud Helleſpontum aquilo mul-
tas deſuper nubes compellit: quod idem ad
atticam, multasq; vicinas helleſpontias, quaſi
iam conditam nactus materiem efficit: quip-
pe cùm copia larga congeſta ab aquilone ſit.
Lesbo eurus, atque auſter nubes affatim ex
alto adducunt, atque in hunc modum vel de
cæteris cogitare par eſt.

59 Cur dici ſolet, Nautibus hyberno ventos
dat terra ſecundos,
« Tũc mare fert ſęuos: ęalidi ſub mẽſibus anni,
« Terra dabit ſæuos ponti feret vnda ſecũdos.
« An quoniam mare per hyemem calidius eſt:
« itaq; ſi quid in eo conſtitit, initio conſtitiſſe va
lidiori certum eſt. nam ſi inualidũ eſſet, facile
maris tepore abſumeretur. At per ęſtatẽ ma-
re frigidum eſt, ſpiritusq; maritimi omnes
frigent: terra è contrario tunc calida eſt. qua
re ſi quid ex terra tunc fertur, primordio id
conſtitit ampliori. nam ſi exiguum, imbecil-
lumq; eſſet, facile ſolueretur, & euaneſceret.

60 Cur apud Archadiã, qui loc⁹ excelſus eſt,
flatus nihilo frigidiores, quàm cæteris locis
ſentiantur: & cùm flatus ſilet, cœlumq; nu
bilum eſt, frigor perinde, atque in planis pa-

lustribus oriatur? An quòd Archadia non dissimilis palustribus est: aquarum enim confluentium nullos in mare exitus habet. quapropter fauces, hiatusq; præcipites ea in terra numero ampliori sunt. Cùm igitur ventus spirat, vaporem ortum ex terra frigidum auertit, & rejcit: flatus autem ipsi frigidi propterea esse nequeunt, quia ex mari deueniũt. Spiritu tamen silescente, vapor de aqua stagnante libere ascendit, atq; refrigerat.

61 Cur si vĕtus mane incœperit, edurare amplius possit? An quoniam Sole oriente impetus fit vehementissimus, idcirco protrahi longius potest. indicium, quòd constitutio facta prævalida est.

62 Cur aquilo interdiu spirat ingenuus, noctu desistit? An quòd imbre gignitur congelato, cùm Solis calore respirandum est: ergo sternitur noctu, quia Sol abest, qui gignendi causa est.

63 Cur flatus futuri indicium datur, cùm per aerem multæ feruntur araneæ? Vtrum quòd araneus suo fungitur opere, cùm cœlum serenum est: feruntur autem fila, quoniam refrigeratus aer in terrã corruit: refrigeratio vero hyemis primordium est, itaq; indicium fit illa aranearum platio. An quòd post imbres atq; hyemes araneæ vniuersim feruntur: opus. n. suum araneus tũc exequitur, cùm cœlum serenum est, & occulit se impatiens frigoris, cũ hyems vrget, tractusq; à flatu nimium, eruit filum: post imbrẽ autẽ flatus magna ex parte oriri solitum est.

64 Cur locis frigidis aquilo per hyemem vehemẽs spirat, & vt pxime nubilus, sic trãsuorsum liquidus fertur, atq; illustris? An ratione, qua frigidus, eadem etiã vehemens sit. quòd tamen e propinquo frigidior est, occupat, priusq; nubes gelu indurat, quàm repellat: q̃ induratæ pondere suo obsistunt, & manent. transuorsum autem vehementia sua potius, quàm frigore agit.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO VIGESIMASEPTIMA:
Eorum, quæ ad metum, et fortitudinẽ pertinẽt: cuius quæstiones .XI.

1 QVi tremunt, qui metuant? An propter refrigerationẽ: deficit enim calor, atq; contrahitur, ex qua alu⁹ quoq; plerisq; ob timorem effundi solitus est.

Cur metuentes nonnulli sitiũt, vt qui sunt tormenta adituri? cùm enim per timorem refrigerentur, sitire minime debeant. An non eodem loco refrigerentur, & caleant, sed refrigerentur per summa corporis, vnde calor discedit: caleãt per intima, caloris scilicet introrsum contracti efficientia, cuius rei indicium alui quoque solutio facit. Sitis autem parte quadam interiore siccata solet accidere, nec aliter agi videtur, quàm in ijs, quos epiala exercet, qui simul & trigent, & sitiunt: nec enim illis pars eadem corporis inalgescit, & concalescit.

Cur homines cùm excandescunt, calore scilicet introrsum collecto, feruidi, furibundiq; redduntur: cùm metuunt, contra efficiuntur? An non eundem in locum calor se colligat, sed homini irascenti cor calore circunfusum efferuet, ex quo fidibundus, rubicundus, spirabundus efficitur, cùm calor sursum versus se efferat: metuenti sanguis, & calor in imum perfugiunt, vnde fit etiam, vt aluus fundatur. Nam & cordis compulsio non similis ãgitur, sed metuenti: vtpote ex caloris inopia frequens, ac feriens est: irascenti è contrario, vtpote cùm calor collectus sit copiosior. Quam ob rem efferuescere animo, excitari, perturbari, cæteraq; id genus verba non inepte, sed accommodate dicuntur. Nunquid igitur sitis ea de causa obueniat: nã & siccum expuere, & linguam herere, & reliqua huius spiritus elatio facit, et sanguis. Sitim quoq; excalescẽte corpore nasci certum est: sed quemadmodũ pars eadem corporis, qua sitis lacessit, resiccari vtriq; metuenti, & irascenti possit. Metum enim sitim posse afferre constat militum argumẽto, qui superati fugam rapuerint: nunquam enim tã grauiter sitibũdos sese fuisse fatentur. Et vero * qui in dicendo conturbantur, sitire vehementer consueuerunt: itaq; eluunt, & nõnihil subsorbent, vt Parmenõ Histrio facit. An hosce conturbatos non sitis sed siccitas pulso sanguine teneat: vnde etiam accidit vt pallescant. indicium vero, quòd nõ multum ebibunt, sed interdum desorbuisse tantum satis est. at qui se in fugam verterunt, laborãt, itaq; sitiunt: & quibus tormenta instant, eadem ipsa efficiendi ratio est. Nec mirum quicquã id est: fit enim in re bellica, vt nonnulli etiam viri fortes, ac strenui, vbi structa acie hostes sunt petituri, obtremiscant, nõ perterriti, sed fidentes. qui etiam sua corpora verberare lata lertula, aut suis manibus assolent, vt vndiq; vorsum pari calore inferueant. quidam enim inæqualis, ac tumultuarius mot⁹ in eorũ corporibus

* ἀγωνιᾶν τες,

poribus per acumen, & nimium impetum caloris oriri fermè animaduertitur.

4 Cur homines fortes magna ex pte vinosi sunt? An quia fortes calidi sunt: calor autem in pectore conditus est. Ibidem enim metum quoq; refrigeratione quadam effici nouim⁹, vt cor fortibus caloris copia fultum persistat, timidis refrigeratũ insiliat. Ergo qui sanguinolentum habent pulmonem, calidum hunc modo vinolentorum gerunt, ita vt rei aduersæ suspitione refrigerari non queant. At qui ita se habent, bibendi auidi esse consueuerũt: nam & bibendi cupiditas membri eius calore oritur, vt aliàs dictum est: & cupiditas ipsa non nisi rei vim sedandi habentis desyderatio est. Vinum autem etsi natura calidum est, sitim tamen amplius, quàm aqua extinguere potest, maximeq; id genus hominum. Quam ob causam dictum aliàs est, ex quo & qui * spirandi difficultate laborant, aut insania vexantur, vinum admodum cupiunt: quanquã alteris ex instrictiõne, alteris ex perturbatione pulmo efferueat. Cùm igitur magna ex parte homines eosdem sitibundos, ac fortes esse obueniat, vini autem auidi, qui sitibundi, talesq; gestiunt, naturas vicissim inter se consectari necesse est. vnde fit etiam, vt vinolenti, quàm sobrij fortiores sint.

* peripneumonia laborant, aut mania
* calore,

5 Cur fortitudinem maxime honore prosequuntur respublicæ, quæ tamen virtutũ pręcipua non est? An quia semper vel ipsæ bellum alijs inferunt, vel ab alijs sibi illatum patiuntur: hæc autem virtus perutilis vtranque in partem est. honorant vero nõ quæ optima sunt, sed quę optima sibi existiment.

6 Cur voce, & manib⁹, & labro inferiori tremant, qui metuunt? An quoniam hic affect⁹ caloris defectio ex locis superioribus est, ex quo, vt palleãt, accidit. Quòd igitur calor pectus deserit, vox obtremit: id enim refrigeratur, quod vocem mouet: & manus quoq; pari ratione sunt, sed quę optima, vtpote quę ex pectore pendeant. Inferius tamen non superius labrum quatitur, quia superius eo pendet, quo suapte natura vergit: inferi⁹ sursum caloris beneficio stabilitur, atq; quiescit, quo sublato, inalgescit, & tremit. Et vero in excandescendo imum labrum eadem de causa laxatur, & pẽdet: quod late in pueris patet: calor etenim in cordis sedẽ conferre se consueuit.

7 Cur homines metuentes tremunt, maximeq; vocem, & manus, & imum labrũ? An vocẽ quia calor hinc deficit, quo in loco vox posita est: labrum vero & manus, quoniã partes illæ nobiliores sunt, minimeq; sanguinolentę. Eadem quoq; eadem dentiscunt, & testicu-

los contrahunt. dentiscunt, quia calor descendens diffundit, et hquetacit: contrahunt, quia metus inuectus extrinsecus est, vt fugam in aduersum agi oporteat.

8 Cur homines metuẽtes & algent, & sitiũt, quæ quidẽ affectiones aduersæ inter se sunt? An algent refrigerati, sitiunt calefacti. Calor enim in metuendo superiora deserit loca, quod facie aluoq; constat: facies enim pallet, aluus interdum tunditur. ergo quòd calor locis superioribus deficit, algor oritur: quòd humor deficit, sitis exultat.

9 Quam ob causam cùm & metus, & dolor quædam sit ægritudo, qui dolent, clamãt, qui metuunt, silent? An qui dolent, suum retinẽt spiritum, itaq; is vniuersus erumpens, cũ clamore emittitur: metuentibus corpus refrigeratur, calor q̃ ima petit, qui spiritum mouet. Quò igitur hic se contulerit, ibidẽ spiritũ ponit: simum excitabit: quapropter venter eorum, qui metuunt, obcrepare solitus est. Vox autem spiritus sursum versus elatus est, partib⁹ quibusdam veluti instrumentis cõficiendus, absoluendusq;. Causa vero, cur homines dolentes suum retineant spiritum, est, quòd omnes inditis à natura nobis præsidijs, aliquo detrimento affecti, sine vlla cogitatione vti solemus: vt etiam cæteræ omnes animantes: aliæ nanque cornibus, aliæ dentibus, aliæ vnguibus repugnant, seseq; defendunt. atqui ad dolores vel oẽs certe, vel plurimos calor adnatuat, quem profecto is auget, qui suum cohibet. caletacit enim doloris incitabula, contracto introrsus calore p spiritũ, atq; excoquit.

10 Cur metuentibus alui fundantur, libidoq; vrinæ lacessat? An quia calor insitus nobis, quasi animans est. hic ergo rem quancunque timuerit, defugit: quòd cùm extrinsecus, tum conturbandi, tum cæterorum metuendi generum ratio inuehatur, atque in ima de superis defluat, & è summis ad intima sese penetret, efficitur vt alui, vesicæq; fundantur, facilesq; reddantur. Nam & anethum, & absinthium, & quæcunq; vrinam mouent, * anisum. eadem calida esse manifestum est. Quin etiam medicamenta aluo accommodata calorifica esse nouimus, & partim eorum soluẽdi vim tantum obtinent, partim vel aliter facere queunt, vt allium vrinæ tabificum est. Hoc igitur idem, quod ea ipsa calor quoque efficere potest, qui de summis in hæc loca sese cogit, & contrahit.

11 Cur homines metuentes suos testiculos contrahunt? contrarium enim, vt remittatur, & flaccant, congruum dixeris, cùm calor metuentium in eum locum se colligat.

An metuentes omnes ferè similes frigentibus sint. Cùm igitur calor summa corporis deseruit, retrahendum sanè est. quam ob rem ventris quoq; murmur citatur, cùm timor vehemens detinet. Cutem quoq; algẽtiũ summam videmus cõtrahi, vtpote cùm calor inde destituerit omnis, ex quo subsequi horror consueuit. Scortum ergo sursum cõuellitur, atq; eo contracto, vnà testiculi cõtrahuntur, quod melius in coitu venereo patet. metus enim excernit, multisq; conturbatis, aut perterritus, genituræ mouetur profluuium.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VICESIMAOCTAVA:

Eorum, quæ ad temperantiã & intemperantiam, et continentiã et incõtinentiã pertinẽt: cuius quæstiones .VIII.

1 QVr aliqui ægrotẽt, vbi vitam luxuriosam viuere assueti, agere luxuriose cessarunt: vt Dionysius tyrannus, quòd in vrbis suę obsessione aliquantum temporis à potu solito destitit, tabe protinus interea laborauit. An cõsuetudo res magna cuique sit: iam enim in naturę habitum fermè aboluitur. Ergo vt pisces inter aerẽ, aut homo in aqua degens male habeant necesse est: ita qui morem mutarint solitum, ægre atq; moleste ex consuetis discedunt: & eodem redijsse sibi salubrimum habẽt, perinde quasi ad suę naturę statum redierint. Tabescunt item alimẽto carentes, quo ante hac copioso, suauissimoq; vti solebant. quòd enim cibo solito nõ vescuntur, perinde afficiuntur, ac si nullũ penitus capiãt. Quinetiã materia excrescẽs, atq; inutilis mista cum alimonię copia, hebetascit exsolescitq; : immista aũt ipsa innatat, ferturq; in oculos, aut in pulmonem. quapropter cibo deinde ingesto solito temperat, dilutaq;, & innoxia redditur. Redundat præterea vacans illa materia homini immoderate, luxurioseq; viuenti, vbi luxuriari aliquantisper desijt, eo quòd multam in se materiam continet indigestam, vitæ scilicet superioris cõgeriem, qua tabescente, calore genuino, ac intimo efficitur, vt fluenta vberius veluti copia niuis liquefacta moueantur.

2 Cur duorum tãtummodo sensuum ratione homines incontinentes vocamus, id est tactus, & gustus? An propter voluptates, quæ pariter nobis, ac cæteris animantibus omnibus p hosce sensus administrantur. Quòd igitur cõmunes eas cũ bestijs habemus, spernimus, & solas omnium, aut maxime vitio, plerosq; damus. Itaq; hominem eis addictum vituperamus, etiam incontinentem, atq; intemperãtem appellamus, quoniam à teterrimo voluptatum genere ducatur.

3 Cur homines incontinentes ratione tantum cupiditatis dicimus, cùm etiam in iracẽdo incontinentia sit? An quia incontinẽs est, qui contra rationem aliquid agit, & incontinentia est assuetudo rationi cõtraria. Sunt autem cupiditates ferè omnes cõtra rationem, iræ vero cum ratione: non tamen ita cum ratione, vt ratio iubeat, sed inuectam contumeliam, causam'ue significet.

4 Cur continentiam, & temperantiam in iuuenibus, atq; ditibus maxime recensemus: iustitiam vero in pauperibus? An quia si quis re abstinet, cuius maxime indiget, laudabilior est, quàm si è contrario. pauper igitur facultatibus indiget, iuuenis, & dites fruitione.

5 Cur minus sitim, quàm famẽ tolerare possimus? Vtrum quia sitis res magis anxia est, cuius indicium, quòd suauius sitientes bibimus, quàm esuriẽtes comedimus: tristius aũt, quod suauiori aduersum est. An quia calor, quo viuim⁹, humidũ magis, quã siccũ desyderat. An qa sitis rerũ duarũ libido est, potionis inquã, & cibi: fames vni⁹ cibi tantũmodo est.

6 Cur minus sitim, quàm famem patiamur? An quia siti amplius cõtristamur, q̃ fame: cuius indicium voluptas sane facit, quam inter bibendum capimus vehementiorem. Tum etiam qui sitit, res duas desyderat, cibum, atq; refrigerationem: isthęc enim ambo potio exhibet. at qui esurit, alterius tantũ appetẽs est.

7 Cur incõtinentes eos appellare solemus, qui voluptati contrectandi, aut gustandi exuberarunt? nam qui immodice re vtuntur venerea, & qui luxu delectantur ciborum, incõtinentes vocamus. Ciborum tamen non eadem ratio est, sed partim linguam, partim gulam sua mouent suauitate: vnde Philoxenus gruis collũ à Drijs immoratalibus sibi dari optabat. At vero qui in videndo, audiendo'ue modum excedunt, non eodem vocabulo significamus. An quoniam voluptates sensibus hisce accommodatas, communes cũ cæteris animantibus habemus: ergo vt communes spernimus, notamus, solasq; omniũ, aut maxime probro damus: itaq; hominẽ his deditum reprehendimus, & incõtinentem, intemperantemq; appellamus, quòd victus à teterrimo voluptatum genere ducitur. Sed cùm sentiendi genera quinq; sint, cætera animalia duobus tantum, quæ modo dixi, voluptatem sibi acquirunt, cæteris vel nihil omnino

nino delectantur, vel per accidẽs ita afficiuntur. Quòd enim videt, aut olfacit, tãtisp gaudet, quoad gustus, tactusq; officio fruiscatur. cùm genus idipsum concupiscendi expleuit, illorum quoq; suauitas desijt. vt etiam nobis salsamenti odor cũ indigemus, suauis est: vbi satiati, repletiq; sumus, amplius suauis nõ est. Rosæ autem odor semper suauis est.

8 Cur minus risum retinere possimus, cùm amicos nostros, familiaresq; videmus? An vo lubilius, quod elatius, atq; suspẽsius sit: atqui beneuolentia fermè huiusmodi est: ergo merito tunc ad surridendum mouemur.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VICESIMANONA:

Eorum, quæ ad iustitiam pertinent: cuius quæstiones .XVI.

1 QVam ob causam cũ maior iniuria sit offensa, quæ maius in bonum accepta est, honorq; maius sit bonum, maior iniuria pecuniæ æstimetur, q̃ honoris: & homines iniusti potius in re pecuniaria esse videantur? An quia multitudini pecuniæ honor anteponuntur, omnibusq; communes maxime habentur: honor autẽ paucis, raroq; vsu contingit.

2 Cur depositũ denegare iniquius sit, q̃ mutuum? An q̃ amico iniuriã facere turpe est. depositum igitur qui negat, amico iniuriam facit: nullus enim quicquam deponit, nisi credens, confidensq; . at is cui debetur, amicus non est: nõ enim mutuat, sed dat, qui amicus est. An quia maior iniuria cõmittitur. præter damnum enim fides negligitur: cuius gratia quãuis nil aliud cogat, abstinendum ab iniuria est. Ad hæc, non par pari reddere vitio datur. hic igitur rem suam credidit tanquã amico, ille denegat tanquam inimico. at qui mutauit, nõ dedit vt amico. Item qui deposuit, custodiendi, reddendiq; gratia dedit: qui mutauit, fructus etiã sui gratia dedit. minus autem ægre ferimus iacturam, si quæstum emolumentumq; nobis petimus. vt piscatores factam iacturam retium, æquo animo ferũt: periculum enim exploratum sibi habebãt. Addo etiam, q̃ qui suum deponunt, hominũ vitantes perfidiam, fortunaq; laborãtes aduersa plerunq; id faciunt: qui vero mutuant, pecunijs abundãt, fortunateq; degũt. Iniquius autem est iniuriã homini infortunato, quàm fortunato intulisse.

Quam ob rem in foris nonnullis familiæ potius, q̃ testamenti ratione sententiam fieri solitũ sit? An propterea q̃ de familia emẽti non licet, sed vera fateri necesse est: testamenta aũt multa iã falsa esse redargui potuerunt.

4 Cur paupertas apud homines bonos potius esse, q̃ apud prauos soleat? An quia omnibus odio habet, atq; expellitur, ad probos perfugit, rata maxime apud eos salutem, permanendiq; locum se posse assequi: è contrario, si ad prauos venerit, nunquam eos fortuna ista fore contentos, sed vel furta, vel latrocinia adituros: quibus rebus futurum, vt ipsa amplius apud illos manere nequeat. An qa homines probos optime se vsuros existimat, nec sibi petulanter cõtumelioseq; quippiam facturos. itaq; vt nos pecuniarũ deposita tute hominibus bonis credimus, sic etiam hæc sibi dispensat, & statuit. An libẽter se ad vtiles optimos confert, qa fœmina est, inopsq; proinde & virium, & consilij, vt eiusmodi hominibus cõmendatam se esse magnopere velit, atq; desyderet. An quia mala est, nũquam se malis iungere velit. nã si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa reddetur.

5 Cur non quemadmodũ amplificantur iniuriæ in pecunijs, ita cæteris etiã in rebus valeant augeri: verbi causa, qui leue aliquid dixerit, non propterea rem quoq; retucendam aperiet: neq; qui vnum prodiderit, vel totam rempublicam prodere propterea velit: sicut qui obolũ abstulerit, ẽt talentum auferet. An quia sunt, quæ paucis quidẽ per impotentiã, sed voluntate ampliùs inique cõmittantur.

6 Cur depositum etiam paruũ denegare turpius est, quàm debitum magnũ? An qui depositum negat, hominem fraudat, à quo bonus ipse existimatus est. An quoniã qui hoc facit, illud etiam facere velit.

7 Cur homo, qui adeo eruditione præditus est, animantium omniũ iniustissimus sit: An quia ingenio, cogitationeq; plurimum valet. voluptates igitur, & felicitatem rimatur maxime, atque perpensat, quæ nisi cum iniuria nemo assequi potest.

8 Cur diuitię magna ex parte ab hominibus prauis potius, quàm bonis habeant? An quia fortuna cæca est, discernere sibi, atq; seligere quod melius non potest.

9 Cur iustius habitum est hominibus vita functis opem ferre, quàm viuis? An quia vitæ præsidio esse possunt, illi defuncti nihil præterea possunt.

10 Quam ob causam qui moram cum homine sano traxerit, nihilo reddi integrior corpore possit: neq; qui cum robustiori, aut pul-

chrior

chriori versatur, quicquam in eiusmodi habi
tus proficiat: iusto aũt, & temperato, & bono
qui se ſũxerit, melior in his ipsis bonis animi
euadet? An qm̃ bona corporis animo imitari
non possumus, bona animi possumus: est au
tem quisq; bonus virtute animi, sanus virtu
te corporis. Assuescit igitur exẽplo melioris
recte modo lætari, modo contristari. quod is
assuescere nequit, qui cũ sano est. haud enim
quisquã sanus in eo est, vt lætetur, quibus re
bus lætandum: tristetur, quibus tristandũ sit.
nihil enim ex his sanitatem creare potest.

11 Cur mulierẽ interfecisse iniquius sit, q̃ vi
rum? quanquã naturæ ratione mas fœmina
præstatior est. An quia mulier imbecillior est,
minusq; proinde facere iniuriã potest. Item
eniti aduersus id, qd̃ longe infirmius est, nihil
virile, imo stolidum, atq; iniquissimum est.

12 Quã ob causam reo dexter apud iudicem
locus datur? An vt ratio compensandi habea
tur. Cùm igitur res faciat accusatorem supe
riorem reo, status cõceditur melior, vt se ad
uersario possit æquare. Tum etiam reus ma
gna ex parte cauere consueuit, quod melius
facere ita possit, si locum dextrum obtineat.

13 Cur si suffragia pari numero accusatori, &
reo fuerint, reum vincere sancitum est? An
quia cùm agitur causa, tunc primum ea audit
reus, atque respondere, testesq; adhibere de
bet, aut aliquid facere aliud, vnde sibi præsi
dium eruere possit: facile autem nemini est di
uinare quæ sibi præmolienda, præparanda, q;
sint, vt testes, aut aliquam fidem aliam, qua se
innocentem ostendere valeat. At vero accu
sator, & antequam in iudicium vocet, rem di
sponere, atque statuere potest, prout sibi libi
tum est, & cum tam accersiuit, fictis veri qui
busdam similibus agere: quibus rebus, cùm
legum author minuti partes rei videret, fauen
dum censuit ei, quoties sententiæ iudicum pa
res inter se fiant. Quinetiam hoc in iis maxi
me itelligere licet, quos metus terruerit. mul
ta enim sibi prætermittunt, quæ vel dictu, vel
factu sibi necessaria statuerunt. Atqui reus
periculo semper ferè vtitur grauiori, vt am
plius metuat: ergo si ea prætermittere cogi
tur, quibus possit suam augere defensionem,
dubium nullum est, quin nisi prætermitteret,
vincere aduersarũ posset: qñ illis prætermis
sis, potuit tñ sui iuris præsidio æquiparare. Ad
hæc, nostrũ vnusquisq; nocentẽ potius velit
liberare, q̃ innocentem condẽnare: vt si de as
sertione libertatis aut homicidij agitur, reũ li
berare potius velimus nocẽtem, q̃ cõdemna
re innocentẽ. cum. n. quis ambigit, errorẽ iu
scipere debet leuiorem. Nam etsi iniquum ẽt
est liberum asseruisse, qui seruus est: longe ta
mẽ iniquius, seruũ sanxisse, qui liber est. Item,
quemadmodũ si Q. inuehit crimẽ Ç. litigat,
non protinus rem criminãti restituendã cen
semus, sed possidenti tenendã vsquequo iudi
catũ sit: ita ẽt de pluribus par esse putamus,
cùm s. iudicium asserentiũ iniuriã, & negan
tium parẽ numerum esse cõstat. Vt. n. in prin
cipio cũ alter criminat̃, alter inficias it, legum
authorẽ non criminãti fauere, sed reũ iubere
dominum rei esse tãtisper debere, dũ accusa
tor superet, oportere existimamus. Itidẽ cùm
pari suffragiorũ iudicatur examine, reum suo
rum cõpotem esse censemus, cũ sententijs pa
ribus nihil exuperãt̃ legũ author accusatori
reliquerit. Magnis itẽ delictis, magna suppli
cia statuta sunt. itaq; si iudices iniusta sentẽtia
hominẽ capite damnarint, post sũ errorem
emendare nullã temporis facultatem nanci
scentur. sed si minus integre liberarint, si hoc
ita caute tuteq; fecerint, vt nihil præterea de
linquere illẽ vellet, quid quæso errauerint iu
dices, q̃ hominẽ vsq; eo emendatum libera
rint? Sed si posthac ẽt delictum idẽ cõmiserit,
morte tũ vtriusq; delicti causa multandũ lex
præcepit. Itẽ, hominis est profecto iniquioris
ea cõmittere, quæ crimini allignari inique mi
nus cõsentaneum est. Iniuria. n. vel per iram,
per metũ, per libidinẽ, per multas alias hmõi
causas aduehi põt, non tantũmodo ex cõsul
to: crimen aũt ex cõsulto magna ex parte in
iuste obijcitur: quã ob rem cũ sententiæ accu
satorem iniuste agere, pariter et reũ deliquisse
affirment, improbusq; habitus sit, qui iniuste
accusat, victoriã lex iure optimo reo imptit.
Item, nos ẽt ipsi nostris cũ familiaribus ita agi
mus, vt cũ eos deliquisse aliquid suspicamur,
& tñ nihil certi habemus, sed pariter culpa va
care existimamus, nõ protinus ad plectẽdum
veniamus: atq; si nihilo rẽ amplius percensẽ
re possimus, culpa eos omnino absoluimus.
Itẽ, grauiorem is facit iniuriam, qui ex consul
to, q̃ qui non ex cõsulto iniuriatur. Atqui pla
nus, atq; calũnians semper ex cõsulto lacessit
qui aũt iniuste aliquid fecit, aut per necessita
tem, aut per imprudentiam, aut prout aliter
fors tulerit, delinquit: cũq; pares sentẽtiæ sint,
accusator iã ex consulto iniuriam facere dimi
dio iudicatur sententiarũ: reum aũt facere qui
dem iniuriã reliquo sententiarũ dimidio asse
ritur, sed facere tñ ex consulto non cõstat: er
go cũ grauiorem accusator, q̃ reus facere in
uriã iudicetur, merito legũ author eum vin
cere censuit, qui iniuriã fecit leuiorem. Addo
etiã, q̃ semper iniustior est, qui se latere non
putat, et q̃ facit iniuriam, q̃ qui se latere posse

existimet.

existimat. At qui iniuste crimẽ cuiquam obij
cit, eũ quidem ipsum, quẽ suis vexat calũnijs,
haud vnquã latere se posse arbitratur. Cæteri
qui iniuriã faciũt, latere sese plericq; oẽs eũ exi
stimant, in quẽ iniuriã animaduerterũt: ergo
iudicari iniustiores accusatores debent, q̃ rei.

14 Quã ob causam qui ex balneis furatus est,
aut ex palæstra, aut ex foro, aut ex aliquo eius
modi loco, morte multatur: qui aũt ex domo
priuata, furti preciũ duplũ exoluit? An quia
in domibus rem custodire melius possumus.
nã & paries firmus, & clauis est, & familiari
bus res domesticæ curç oibus sunt, vt tuto ser
uentur. At in balneis, cæterisq; publicis locis
facilis cuiq; facinoris perpetratio est: nil. n. ad
custodiam satis qui sua posuerit, habet, præter
oculos. itaq; facultas datur furandi, ẽt si aspec
tũ paulisper diuerterit. Quã ob rem legum
author, ratus sua ipsos custodire satis nõ pos
se, legẽ adhibuit minitantem acerrime, vitam
futurã nemini, qui furtũ publicis locis cõmi
serit. Item in domo penes dominũ ipsum est,
quẽ velit recipere, & cui minus credat, caue
re. At ei qui in balneis quicquã posuit, prohi
bere neminẽ licet, nec ingredi, nec ingressum
vestem suam ibi deponere, vnde surrepturus
sit, sed prout libitum est, eodem in loco surre
pturi, & amissuri amicula promiscue iacent.
Quapropter legũ author hominis rebus, qui
sua sponte furem suã in domum exceperit, si
biq; errauerit, nõ magnis admodũ supplicijs
censuit consulendũ: ijs vero, qui cõmunẽ bal
neari[illegible]aditũ, conuersationemq; habeãt ne
cesse est, supplicijũ furti grauissimum præsidio
statuit. Itẽ, qui locis, quorum aditus omnibus
patet, furtum cõmittunt, omnibus patent eo
animo esse, vt et vitę seruati ne sui quidẽ com
modi gratia probi esse vnquã videri velint,
vtpote qui frustra se probos apud eos emẽ
tiantur, qui rẽ norunt. iã ergo palã suam ne
quitiam, prauitatẽq; exercere incipient. At
qui vni tantũ palã fuerint, dissuadere vel pe
cunia, vel re aliqua conant̃, ne facinus patefa
ciat: quocirca non tota vita hi praui perseue
rẽt. Itaq; legũ conditor dãna his leuiora præ
scripsit. Item ea potissimum delicta dedecus
reipublicæ afferunt, quæ in cõuentibus, col
legijsq; publicis cõmittuntur: vt è contrario
honorem cõparant summũ ea maxime, quæ
integre publice aguntur. ita. n. fit, vt ciues &
sibi, & cæteris conspicui sint virtutem præ se
ferre, & colere. At qui eiusmodi furtis, nõ so
lum priuatim, qui suũ amisit, detrimento affi
citur, verum ẽt tota respublica conuicijs la
cessitur, & maledictis. Igitur dãnis merito gra
uioribus is punitur, qui locis publicis, q̃ qui
priuatis in ædibus furtum egit. Itẽ qui ex do
mo priuata rẽ suam amiserit, sine vlla contu
melioſa affectione domi manens, suum per
ferat casum. At qui in balneis, aut alio id ge
nus loco amisere, ægre inde nudi discedũt, &
plericq; oẽs irridentur: qđ lõge molestius, q̃ rei
iactura est. Qua de causa legũlator damna his
statuit grauiora. Quin etiã alia complura si
mili ratione leges præcipiunt: vt qui homini
magistratu prędito maledixerit, grauiter mul
tari: qui priuato, nullo affici detrimento. & re
cte quidem: sic. n. non tantũ in magistratũ de
deliquisse, qui maledixit, iudicat̃, sed in rem
publicam etiam contumelioſe egisse. Pari ſa
nè ratione, & qui in portu furatus est, non so
lum priuatim offendisse, verum etiam reipu
blicæ dedecus aduexisse putatur. Hęc eadem
vel in cæteris reddẽda ratio est, vbi aliquis sit
publicus conuentus, & compitum.

Cur si iudicum sententię pares aduersarijs
fiant, reum vincere solitũ est? An q̃ reus nul
lo ab aduersario detrimẽto affectus sit, sed suf
fragijs paribus victor euaserit.

Cur super furto dãnum capitale statutum
est, super cõtumelia, quæ grauior iactura est,
æstimatur q̃ pati suo corpore, aut quantum
soluere debeat, qui deliquerit? An propterea,
q̃ agere contumelioſe humana quędam affe
ctio est, oẽsq; hoies plus minus ue eius parti
cipes sumus: at furari nulla necessitate huma
na cogimur. Adde q̃ qui furtum cõmiserit,
idem agere quoq; maluerit contumelioſe.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO TRIGESIMA:

Eorum, quæ ad prudentiam, & mentem, & sapientiam pertinent: cuius quæstiones XIII.

QVr homines, qui ingenio claruerunt, vel in studijs philoſophiæ, vel in republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercẽdis, melancholicos omnes fuisse videamus: & alios ita, vt ẽt vitijs atræ bilis infestarentur? ceu inter heroas de Hercule ferũt. hic. n. ea ipsa fuisse natura putatur, & morbũ comitialẽ sacrum ab illo, & Herculeũ prisci nominauere. Puerorum quoq; motio mentis idẽ hoc explicat, & eruptio vlcerũ, quę mortẽ interdum antecedit id. n. plerisq; atra bile consistit. Et Lysandro Lacedæmonio proxime ante obitum genus id vlcerum emersit. Adde Aiacẽ, & Bellerophontem,

lerophontem,quorum alter penitus ad inſaniam prorupit,alter loca perſequebatur, Vnde illud Homeri:

» Aſt hic qñ etiam grauior Dijs oĩbus errat
» In campos ſolus latos,inq; auia rura,
» Ipſe ſuũ cor edens,hominum veſtigia vitãs.

Quinetiam pleroſq; aliõs ex heroum ordine morbo eodem laborãſſe compertum eſt. Annis vero poſterioribus Empedoclem, Socratem, Platonẽ, & aliõs cõplures viros inſignes hoc fuiſſe habitu nouimus, atq; ẽt partem ordinis poetarũ ampliorem. Nã & multos id genus hominũ morbi ob eiuſmodi habitum corporis exercent,& aliqui ſuapte natura in eos ipſos affectus perſpicue vergunt: omnes tñ ferè, vt dictum iã eſt, natura huiuſmodi extitere. Ergo cauſam primum exemplo haud ſanè incõmodo vini capiemus. Vinum enim imodicũ tales maxime homines reddere videtur,quales melãcholicos eſſe affirmamus, moresq; varios id condit,cũ bibitur, vt iracundos,humanos,miſericordes,audaces:quorum nihil mel,aut aqua,aut lac,aut eiuſmodi aliquid efficere poteſt.Intelligi plane, q̃ varios reddat homines licet, ſi quis potantes ipſum animaduertat, vt gradatim euariat.Vbi.n.vinum hominẽ frigentem,tacitur nũq; à ſobrietate accepit, paulo liberaliori poculo reſouet,excitatq; ad verba :tum largiori potu verborũ vberem,eloquẽtem, fidentẽq; reddit:poſthac proceſſu potandi ampliori,audacem, propẽſumq; facit ad agendũ: deinde plenius amplificato,in contumeliam,& petulantiam vertit mox ad inſaniã propemodum accendit: poſtremo, nimio ex potu reſoluit, ſtultũq; agit in modum eorum, qui à pueris morbo laborant comitiali, aut ẽt eorum, qui vitijs atræ bilis maiorẽ in modum continentur. Igitur vt homo idẽ inter bibendum moribus imutatur varijs,vinicq; menſura quadam idem crebro à ſe diſcrepat, ita ſunt qui ſingulis morũ generibus adeo inualuerint, vt aliorſum nequeant cõmutari. qualis.n.vinolẽtus hic eſt, talis quiſquã alius factus à natura eſt, ſcilicet alius loquax, alius mente commotus, alius lachrymabundus: nã tales vinum quoque informat.Ex quo illud Homeri:

» Me victũ Bacchо lachrymas effũdere dicũt.

Quippè miſericordes interdũ redduntur, & alias efferi, alias taciturni. Sunt.n.qui rurſus taceant,& maxime qui ex melãcholicis mẽte ferme ſummota, cogitabundi eſſe ſoliti ſunt. Quinetiã ad amandum propẽſiores vinum facere idoneum eſt.indiciũ,q̃ ſæpe qui potat, vel oſculari eos adducitur, quibus nemo ſobrius dare oſculum velit, vel quia deformes ſunt,vel quia ætate prouecti:vinũ tamen non longo hæc auget tẽpore,ſed breui.Natura ſanè dũ vita eduret,aſſiduis incrementis amplificat. Alij nanq; audaces,& temerarij,alij taciturni, alij miſericordes, alij timidi per naturã & inſtituuntur,& augentur.quas ob res eandem eſſe cauſam conſtat, qua vel vinum, vel natura mores cuiq; inſeminare poſſit, & augere:confici nanq; in dies vi caloriſ omnia ſolent.Habitui igitur, naturæq; atræ bilis ſtatus ciere datũ eſt. Quocirca vitia corporis, quæ flatum prę ſe ferunt,iliumq; dolores atrę bili Medici tribuunt:& vinũ vere flatus mouere nimirũ poteſt: quã ob rem ſimilẽ ambo iſtęc fortiuntur naturã,atra bilis,& vinum.Cõſtat vinum eã habere vim è ſpuma,quam excitat. oleum.n. quãuis calidum, nihil ſpumat: vinum large,ampliusq; nigrum,q̃ albũ,quia calidiuſq; & corpulentius eſt.Vnde fit, vt cupiditatem veneris accendere vinum poſſit.quare non inepte Venerem iunctam Baccho autumant. Et melãcholici quoq; magna ex parte libidine affluentius cõcitantur: cõcubitus.n. flatus copia agitur. cuius indiciũ, q̃ penis ex paruo citiſſime in molẽ augeſcit inſignẽ. niſi enim flatus, non ita extumeſcere poteſt. atq; etiam prius, q̃ tempus promendi ſeminis ſit, voluptas quædã geſtiẽs pueris adhuc oritur, cũ iam pubi propinqui teſticulos per libidinem pruriunt: q̃ ſ.ob idipſum fit, quia flatus per meatus tranſit, quà poſtea humor perfertur. Et ſeminis quoq; in concũbendo profuſionem, eiectionẽq; à ſpiritu impellente fieri perſpicuum eſt. igitur vel in eſculentorũ, vel potulentorum ordine merito ea libidinẽ mouent, quæ locũ genitalem flatu implent. Ex quo fit ẽt, vt vinum atri coloris talem hominem reddat, qualis melãcholicus flatulentus eſt.qd'late in nõnullis pateſcit: ſunt.n.magna ex parte duri,veniſq; tumidi, quibus atra bilis redundat.cuius ſanè cauſa eſt, non ſanguinis,ſed flatus copia.Sed cur nõ oĩbus melancholicis,aut fuſcis,colore inuecta duritas eſt, ſed ijs tantũ,quibus vitium amplius inualuerit, alia ratio eſt. Nunc de eo, quod principio explicare maluimus,agendũ eſt.Humoris id genus, quã atram bilẽ vocamus, ,,prinus ſeſe conſtãtiæ, naturæq; vniuerſi corporis intermiſcet,cõfunditq;. Tẽperamentum.n.omnè calidi,& frigidi eſt: quippe cũ ex his duobus natura & ſeruetur, & conſtet. Quã ob rẽ atra etiam bilis & calidiſſima,& frigidiſſima reddi poteſt. pati nãq; iſtæc ambo eadem aptiſſimà ſuapte natura eſt.vt etiã aqua,tametſi frigida eſt,tñ ſi ſatis cõcalefacta eſt, velut quę feruet, calidior,q̃ flãma ipſa ſentitur.& lapis quoq;, & ferrum

& ferrum ignita carbone calidiora euadunt, quæ quidẽ natura frigida eſſe nullũ dubium eſt.Sed de his dictum planius eſt, vbi de ignis natura, & opa docuimus. Atra aũt bilis non per ſumma,ſed natura penitus frigida omnino ita ſe habet,vt dictum iã eſt.ſi modum excedit,hominem facit attonitũ,aut obtorquentẽ,aut anxiũ,aut formidoloſum. ſed ſi admodum incaleſcit,ſecuritatẽ animi, cantilenasq; parit, & mentis alienationẽ, & vlcerum eruptionem,& alia pleraq; generis eiuſdẽ. Parti igitur hominũ maxime victu quotidiano redundãs mores nihilo immutat, ſed morbum melancholicum tantũmodo creat: at quibus habitu natura tali conſtiterit,mox his multa, & varia morũ genera exoriuntur,prout ſcilicet alius aliã habitus intẽperiem ſortitus eſt. Exempli gratia, in quibus multa & frigida bilis eſt atra, hi ſtolidi ſunt, & ignaui: in quibus permulta & calida,ij perciti,& ingenioſi,amaſij,propẽſi ad omnem excandeſcentiã,& cupiditatẽ, nõnulli ẽt loquaciores. Multi etiam propterea q̃ ille calor ſedi mẽtis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicantẽ, aut inſtinctu lymphatico inferueſcũt,ex quo Sibyllæ efficiuntur,& Bacchę,et oẽs,qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur,cùm ſ.id nõ morbo,ſed naturali intẽperie accidit.Maracus ciuis Syracuſanus poeta ẽt præſtãtior erat, dum mete alienaretur. At quibus minus ille calor remiſſus ad mediocritatem ſit,ij prorſus melancholici quidẽ,ſed longe prudentiores.& quanquam aliqua in parte minus excedant, multis tñ in rebus cæteris ſunt oĩbus præſtantiores, alij in ſtudijs literarum, alij in artibus,alij in republica.Magnum etiã ad ſubeunda pericula diſcrimen hic habitus affert: quippe cũ multi metu varie moueantur, ob eã ſcilicet rem, q̃ ita à ſe ipſi differũt,prout incidit, vt vices eius habitus gererent. habitus.n. melancholicus,vt morbos varios creat, ita etiã ipſe inæquabilis eſt: quippe qui alias frigidus in modũ aquæ, alias calidus ſit. Quam ob rẽ cùm formidoloſum quiquã denunciatum eſt, ſi habitus iuſto frigidior ſit,timidum reddet:iam.n.metui aditum patefacit, & metus ipſe refrigerat, vt ex ijs conſtat,qui metu perculſi obtremiſcũt. Sed ſi amplius caleat, metus inuectus ad mediocritatem reducet,tẽperabit,intrepidumq; proinde hominẽ ſeruabit. Quin etiam cùm ſpõte moleſtijs animus tabeſcit,qd' frequenter vſu euenit, ratio perquã ſimilis eſt. Fit.n. ſæpenumero,vt angamur,& animo ſuccumbamus: ſed cur ita nullã reddere cauſam habemus. alias contra, vt ſecuritate animi geſtiamus: ſed quam ob rem, minime conſtat.

Affectus igitur tã iſti, quàm illi ſuperius explicati,pauliſper quidem conſiſtere in omnibus ſoleht.omnes.n.aliquid illius materię, tacultatisq; ſibi intermiſtũ proculdubio continent:ſed quibus alte,ampliterq; conſtiterint, ij iã morum qualitate quadam noteſcunt, & nominantur. vt.n.ſpecie inter ſe diſtant, non quia faciẽ habent,ſed quia faciẽ talẽ,id eſt alij pulchrã,alij turpem, & qui nihil ſuperuacui gerunt,ij ſtata ſunt forma:ſic ẽt qui leuiter habitu illo conſtant,ij mediũ tenent: qui plene, ij iã diſſimiles multitudini euadunt. Nã ſi omnino merus bilis atræ habitus ſit, melancholicos admodũ eſſe neceſſum eſt: ſin aũt quendam in modum tẽperetur, egregij, ſingulareſq; inſtituuntur. hi tñ ſi parum ſuæ valetudini conſulunt,facile in vitia bilis atræ labuntur,alij parte alia ſui corporis;alij nãq; in morbum comitialẽ incidunt,alij attoniti ſunt.alij vehemẽtiſſime anxij,aut formidoloſi reddũtur, alij maiorẽ in modum ſibi confidunt, & ſperant: quod ẽt Archelao regi Macedoniæ vſu euenille accepimus. Cauſam vero tã variæ poteſtatis ipſe habitus dat, ſ. prout frigidus,calidus'ue cõſtiterit. Nã ſi vltra modum frigidus ſit, moleſtiæ, anxietatesq; ſpõte ſine vlla ratione naſcentur: ex quo mortẽ laqueo ſibi conſciſcunt, maxime quidẽ iuniores, interdum tñ & ſeniores.Multi ẽt vinolenti ſeſe interimunt. Nonnulli vero ex melãcholicis, vbi abunde potarunt, dolẽt, & animo vehemẽter ſuccũbunt:calor etenim naturalis à calore vini extinguitur.calor aũt qui eam continet ſedẽ,qua ſperamus,& ſapimus, facit vt ſecuro animo ſimus: qua de cauſa omnes ad vinolentiam vſq; prõpto animo bibimus.Omnes animi ſpe bona vini copia afficit, quẽadmodum iuuentus adoleſcentulos. Senectus enim parũ ſperare poteſt, iuuentus ſpe plena eſt. Nõ deſunt, quos angor inter potandũ eadem illa de cauſa comprehendat, qua ẽt poſt potum nõnullos occupat. Quibus igitur calore natiuo emarceſcente oritur ægritudo, ij ſibi laqueũ potius petunt.quare iuuenes potius, q̃ ſenes laqueo ſe interimunt: alteris.n. calor per ętatẽ marceſcit,quod naturę agitur ordine: alteris per vim ipſius affectus, quod contra naturã eſt.Quibus autem calor extinctus ſubito eſt, ij repente ſe interficiũt, vt omnes mirentur,eo q̃ nullum indiciũ præceſſerit. Cũ igitur atra bilis perfriget(vt dictũ eſt) varias animi moleſtias, anxietatesq; gignit: calidior aũtẽ cùm eſt,ſecuritatem,& lętitiam præſtat.quocirca pueri lætiores,ſenes triſtiores eſſe conſueuerunt:alteri.n.calidi,alteri frigid. ſunt. quippe cùm non niſi refrigeratio

quidam

quædam ſit ipſa ſenectus. Accidit vero vt calor ſubito cauſis quoq; externis extinguat, quemadmodum quæ præter ſuã naturã candent, ceu carbones aqua ſuperinfuſa extinguuntur. Vnde fit ẽt, vt ſedata ebrietate nonnulli ſeipſos enecẽt. calor enim ex vino adiectus eſt, quo extincto, vſu euenit illa pernitioſa affectio. Et poſt coitũ quoq; vehereum animo plerique oẽs ſuccumbunt, reddunturq; triſtiores. qui tñ copiam excremẽti ſuo cum ſemine effuderint, ij lætiores, hilariores q; euadunt: quippe qui ſic excremento, et flatu; atq; calore nimio leuentur. cæteros triſtiores, demiſſioresq; ſæpe venus reliquit, eo q; partis neceſſariæ aliquo ſubtracto refrigerãtur: quod humoris eius paucitate, qui effluxerit, patet. Summam igitur rationũ colligamus. Homines melancholici varij, inæqualesq; ppterea ſunt, quia vis atrę bilis varia, & inæqualis eſt: quippe quæ vehementer, tũ frigida, tum calida reddi eadem poſſit. & quoniam vim eandem morum obtinet inſtituendorum, (mores enim calidũ condit, & frigidum omnium maxime, quæ noſtro in corpore habẽtur) idcirco nos morum qualitate afficit quadã, informatq;, vt vinũ, quod prout plus, minus ue corpori intermiſtũ, infuſumq; eſt, varios reddit. Flatuoſum autem vtrunq; eſt, & vinum, et atra bilis: çumq; ratio ſit, vt portio quoq; aliqua temperata illius inæquabilis ordinis habeatur, flatuſq; modo quodã acquiratur intergre, habitusq; reſpõdere calidior, frigidiorq; poſſint ob exuperantiã qualitatis, hinc efficitur porro, vt melancholici oẽs non per morbum, ſed per naturam, ſint ingenio ſingulari.

2 Cur per aliquas ſcientias habitum nos habere cenſeamus, per aliquas non? An habitum non niſi per eas tantũ adipiſci putamur, quibus vim inueniendi acquirimus: inuẽtio enim ex habitu eſt.

3 Cur omnium animantiũ homo prudentiſſimus eſt? Vtrum quia capite minimo eſt ad ſui corporis proportionẽ. An quia varie minimo eſt. obid enim ipſum capitis quoque minutio accidit, & inter homines ipſos, qui minori ſunt capite, prudentiores naſcuntur, quam qui ſunt grandiori.

4 Cur ſeniores amplius mente valeamus, iuniores ocyus diſcimus? Quia natura parens, & author omniũ inſtrumenta nobis duo inſeruit, quorũ opera inſtrumẽtis extraneis vti valeremus: manũ, inquam, corpori dedit, animo mentẽ. eſt. n. mens quoq; rebus à natura nobis imperitis annumeranda, vicẽ ſanè gerens inſtrumenti. Cæteræ omnes ſcientiæ, artesq; noſtra opera ſunt: mentem ipſam opus eſſe naturæ fatẽdum eſt. Vt igitur manu nondũ inde ab ortu naturæ vti poſſumus, ſed cùm eam natura abſoluit, perfecitq;, (procedente nanq; ætate, manus ſuũ opus maxime efficere poteſt) ita etiã mens, quæ res naturalis eſt, nõ protinus, ſed in ſenectute maxime nobis cõtingit, atq; tunc potiſſimũ conſummatur, atq; abſoluitur, niſi detrimento aliquo laceraj læſaq; ſit, quemadmodũ cætera quoq; opera naturæ. mens vero poſterior, q̃ manuum facultas accedit: quoniã inſtrumenta ẽt mentis poſteriora ſunt, q̃ manuum inſtrumenta: eſt enim mẽtis inſtrumentũ ſcientia: menti nãq; vtilis ſciẽtia eſt, vt tibicini tibia. Manuum inſtrumenta res pleræq; naturales ſunt: natura autem ipſa, eiusq; res omnes priores ſunt, cẽſ ſcientia. Quorum aũt inſtrumẽta priora ſunt, facultates quoq; eorũdem prius contingere congruum eſt: his. n. crebro vtentes, conficere habitum ſolemus. & iſta ſic reciprocantur, vt quã vicem hæc inter ſe gerunt, quorum inſtrumenta ſunt eandẽ inſtrumenta quoq; ipſa inter ſe habeant, viciſſimq; quã inſtrumenta inter ſe, eandẽ illa, quorum ſunt inſtrumenta. Mẽs igitur ea de cauſa nobis ſenioribus potius contingit: diſcimus autẽ ocyus iuniores, quia rẽ fermè nullã tenemus. cũ enim res pleraſq; ſcimus, non æque præterea capere alias poſſumus. quomodo ẽt meminiſſe melius ea valemus, quæ mane primũ percipimus: deinde ꝓcedẽte die memoria hebetamur, quoniam multa iam perreptauimus.

5 Cur homini potius, q̃ cuiquam ex cæteris animantibus credendũ eſt? Vtrum, vt Plato Neocli reſpõdit, quia homo ſolus omniũ animantium nouit enumerare. An quia ſolus Deos veneratur, & colit. An quia omniũ maxime vim obtinet imitandi: hinc enim diſcere tam multa & varia poteſt.

6 Cur nihil in eo delectamur, ꝙ triangulum duobus rectis pares angulos internos vel habere ſpectamus, vel habiturũ ſperamus: neq; in aliquo generis eiuſdẽ, niſi fortein ſpeculatione ipſa delectandum ſit: hæc tñ æquo modo iucũda ſanè ſit, ẽt ſi tribus rectis, aut etiam pluribus pares angulos habeat: ſed nimirum tunc delectari eſt, cũ aut ludis Olympiæ nos viciſſe meminimus, aut apud Salamina nauali pugna hoſtes ſuperaſſe, aut tale quid futurum ſperamus, non cùm his ipſis contraria expectamus? An in rebus iſtiuſmodi delectemur, ꝙ vel fuerunt, vel ſunt conſilio noſtro, aut omnino humano, & opera. Quæ aũt natura lege incõmutabili ita eſſe voluerat, hæc ſuæ tantũmodo rationis contemplatu nos alliciunt, et oblectant. ſed cùm rerum geſtarum

perquam

perquam aduerſa ratio ſit, efficitur porrò, vt quæ inde profecta ſint, in parte lætabilia, in parte triſtia veniant. Omnia aũt lætitiæ, triſtitiæ ue rõne, aut vitamus, aut perſequimur.

7 Cur medicus ad ſanitatẽ vſq; tantũmodo ſuam operam præſtat? Primum enim corpus extenuat, dehinc ſiccat, tum ſanitatem inducit, poſthac nil vlterius agit. Vtrum quòd fieri non poteſt, vt ex ſanitate aliud quicquam efficiatur. An ſi quid fieri poſſit, ad aliam ſpectet ſcientiam, afferriq; præterea ex ſanitate aliquid licebit. Ergo ſi omnia fieri, vel ex contrarijs, vel ex medijs ſoleant, conſtat, vt illud ægrotet, quod vel ſiccius, vel humidius, vel tale aliquod eſt. igitur ex nimis frigido in minus frigidũ, & poſtremo in iuſtam vicem caloris, vel ſiccitatis, vel humoris medicus adducit, transferens ſeſe ex contrarijs, aut medijs, dum ad eum deueniat habitum, qui ſanitati accommodatus eſt: ex quo quidem nihil eſſe natura fert, niſi quid medium. Ergo aliquid præterea facere poteſt: vt enim eatenus venit, ſic retrorſum abire poteſt. Sed ars non iſtuc profitetur: ſemp enim quod melius eſt, id artis ratio & ſpectat & facit. itaq; nec vlla alia, nec ipſa medendi ratio de ſanitate quicquã aliud faciet, cũ vel nihil effici neceſſe ſit, vel rei deſtinãdæ contrarium, quãdoquidem eadem eſt ſciẽtia contrariorũ. Itaq; vel in ędificandi ratione nihil eſt, quod contrarium faciat. Nec vero vlla ars alia eſt, quę ex hoc quicquam faciat, niſi veluti ex parte, quemadmodum ſuẽdi ratio ex proſciſſo calceum reddit. fieri nanq; bifariam aliquid ex aliquo ita poteſt, vt vel cùm illud componitur, vel cũ hoc deſtruitur, conſiſtat.

8 Cur hominem philoſophũ differre ab oratore putamus? An quia philoſophus in rerũ ſpeciminibus agitandis, exquirendiſq; ſuum ſtudiũ poſuit: orator his rebus verſatur, quæ cõſortes illorum ſpeciminum ſunt. verbi cauſa, alter quid iniuſtitia ſit nouit, alter quis iniuſtus eſt: & alter quid tenor tyrannidis ſit, cognitum habet, alter qualis ipſe tyrannus ſit.

9 Cur genus id hominum, quod Dionyſiacos technitas, id eſt artifices bacchanales, aut hiſtriones appellamus, improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerunt? An quia minime ſeſe ſtudio ſapientiæ dedunt, eo ſcilicet, ꝙ in artibus neceſſarijs magnã ætatis ſuę partem conſumunt, vitamq; plurimum traducũt incontinentem, partim ẽt cum inopia, quod quidem vtrũq; vitia & gignit, & auget.

10 Cur veteres præmia certaminibus corporum poſuerunt, ſapientiæ nullus quicquã ſtatuerit? An quia iudices, quod ad ingeniũ attinet, vel præſtantiores, vel nihilo deteriores nimirum eſſe ijs debent, qui inter ſeſe certãt. Quòd ſi homines ſapientia excellẽtiores certare deberent, præponeretur q; præmium, arbitris ſanè ſibi carerent: at vero in certaminibus gymnicis quiſq; ſuo tantum aſpectu iudicare integre poteſt. Item author ille prędicto rum tale ſuis hominibus certamen ꝓponere noluit, vnde inimicitiæ, ſeditiones q; maximę exorirentur. homines enim cũ in re ſui corporis aliqua improbantur, nõ moleſte omnino ferunt, neq; ijs infeſti reddũtur, qui ita iudicarint. at ſi ſtolidiores iudicati ſunt, iudicibus admodum ipſis ſuccenſent, egregi; vehementiſſime ferunt: quæ quidẽ res ſeditioſa, & ſtolida eſt. Ad hæc, præmiũ præſtantius eſſe ſuo certamine decet: itaq; certaminum gymnicorum præmium optatius & præſtãtius, quàm ipſa concertatio eſt: prudẽtia vero quodnam præmium præſtantius eſſe poſſit?

11 Cur homo maxime aliud intelligat, aliud faciat? An quia contrariorum eadem ſcientia eſt. An quia mentis officium plura cõtingit, appetitus in vnũ tantũmodo profluit. atqui homo mente magna ex parte viuit & rõne: beſtiæ appetitu, ira, cupiditateq; ducuntur.

12 Cur nonnulli pecunias acquirere, non impendere conſueuerũt? Vtrum quòd ſuis moribus viuũt. An oblectamine, quod in ſpe poſitum eſt, alliciuntur.

13 Quam ob cauſam qui grauiter, & ſuauiſſime dormiunt, nihil ſomniãt: An quia & ſenſus, & intelligentia hominis tũc ſuo fungitur officio poteſt, cùm animus tranquillatur, & requieſcit: qua quidem requie, vel ipſa ſciẽdi ratio conſtare videtur, quippe quæ animum tranſtat, atq; ex temeraria agitatione in tranquillitatem adducat. cũ enim animus mouetur, vagatur q;, fieri non poteſt, vt aliquid vel ſentiatur, vel itelligatur. Ex quo fit etiam, vt amentes ſint pueri, & ebrij, & inſani: facit etenim calor, qui nimius in his eſt, vt motu plurimo, vehementiſſimoq; inquietentur: quo motu deſiſtente, prudentiores eſſe incipiunt. cùm enim vis illa intelligendi ſedata eſt, facilius ſiſtitur, rerumq; rationibus adſiſtit. Et quidem qui inter dormiendum ſomniant, non alia de cauſa videre ſibi illa videntur, q̃ intelligentia conſtante, requieſcẽteq;: quod quidem ſomno cõtingit leuiori. iactatur enim animus noſter maxime in ſomnis, calore ſcilicet, qui vndique in partem ſe colligit interiorem: atque ita efficitur, vt plurima vehementiſſimaq; illa obſtante iactatione, nullũ interuenire ſomnium poſſit. Nec putandum, vt animus tunc cõquieſcat, & per ſe maxime ſit, cùm nullum

ſomnium

somniũ trahitur, vt multitudinis opinio est. sed cõtra omnino incidit, vt qui in motu plurimo est, nec paulisper quiescit, hic intelligere nequeat. Plurimus aũt motus cùm suauissime quis obdormiscit, merito propterea est, ꝙ tũc maxime larga caloris copia in partem contrahitur interiorem. Animum vero concitatum non solum inter vigilandum, sed neper quietem quidem intelligere posse, argumẽtum illud etiam est, quòd in somnis, quos cibo ingẽsto primos agimus, nulla facultas vidẽdi somnij datur, cùm maxime accidit, vt animus propter cibum ingestum concitetur: somnium vero ipsum occurrit, cũ cogitantibus nobis, & ante oculos rẽ ponentibus somnus accedit. Quapropter ea maxime somniamus, quæ agimus, aut acturi sumus, aut volumus de his enim maxime cogitationes, imaginationesq; obueniunt. & qui instructi virtutibus sunt, meliora somnia vident, quod ẽt vigilantes meliora animaduertunt: qui deterius vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora concipiunt, quippe cùm etiam affectio corporis faciat ad somni visionem. hominis enim morbo laborantis proposita quoq; animi vitiosa sunt, atq; ẽt propter corporis perturbationẽ animus quiescere nequit. Melãcholici idcirco in somnis crebro excitari consueuerunt, ꝙ calore largiore vrgẽte, animus moueri ẽquo amplius cogitur: ꝙ cũ motus vehemẽtior sit, merito dormire minime possunt.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRIGESIMAPRIMA:

Eorum, quæ ad oculos pertinent: cuius quæstiones .XXX.

1 VR oculo perfricato sternutare cessamus? An ob eam rem humoris respiratio moueatur. lachrymam enim oculus perfricatus emittit: sternutamentum humoris copia excitatur. An quia plus caloris minus corrũpit, absumitq;. Oculus autem pertricatus plus caloris sibi acquirit, q̃ nares contineant: quà ob rem ẽt si quis nasum perfricuerit, ipsum sternutamentum desistet.

2 Cur vno oculo exquisitius cernitur, quàm duobus? An quia plures motus duobus, q̃ vno excitantur quemadmodum oculis peruersis multiplicem agitari motum certũ est. ergo duorũ vnus motus non est, vnius vnus & simplex est. itaque efficitur, vt exquisitius vno, quam duobus cernatur.

3 Cur homines frati oculis maxime erubescunt, pudefacti auribus? An quoniam oculi refrigerantur eorum, quos puduit. pudor. n. in oculis est, nec respicere valent, quos pudor tenet. & timor quoque refrigeratio loci est: eadem est. calor autem in partem transit aduersam, quæ posterior est: aures vero satis ex aduerso positæ sunt: itaq; pudore maxime erubescunt. Iratis porrò præsidium in eam partem tanquam violatam transmittitur, quæ & sensu, & motu facilior est: nam & in metuendo calor eam ipsam maxime deserit.

4 Cur altero oculo apprehenso, alter cõstantius cernat? An quia oculorum initia ex eodem depẽdent. cũ igitur alter mouetur, commune quoq; illud mouetur initium, quo mouente, alter etiam oculus moueatur necesse est. quam ob rem altero apprehenso, vis illa communis tota alterum mouebit: itaque plenius contendere poterit.

5 Quam ob causam qui cæci ab ortu naturæ sunt, calui nunquam efficiantur? An quia humor cùm redũdat in capite, oculos vehementer infestat. qua de causa qbus fluctiones oculos vrgent, venas temporum ferro candente Medici rangunt, quo humoris foramina obcæcẽtur, atq; spissescant, & caput quoq; dissecta cute, obscalpere consueuere. Cùm igitur humor excrescens, vacansq; in capite oculis detrimento sit, fieri potest, vt minus humoris in caluaria ob id ipsum consistat, quia magna parte lapsus in oculos est: & cùm excrementis humorum, materiaq; inutili capillus proueniat, (quæ quidem in capite cæcorum ab ortu naturæ large redundant) merito nunquam isti calui efficiuntur.

6 Cur homines, qui oculis ꝓminentioribus sunt, magis à fumo infestantur? An quia fumus citissime oculis protendẽtibus incurrat.

7 Quam ob causam vtrũq; aspectum simul diuertere dextro, sinistroq; versus, & ad nares demittere, atque etiam alterum dextrorsus, sinistrorsusq; deducere possimus: vtrũq; vero seorsum, alterum sinistrorsus, alterum dextrorsus simul distrahere nunquam possumus? Quinetiã deorsum, sursumq; haudquaquam ita conuertere licet, quamuis facultas simul dimittendi in idem detur, vt dictũ est? An propterea, ꝙ quãquam duplex aspectus sit, ex eadem tamen origine, æquo modo nexus, aptusq; dependet. vbi autem ita est, quoties alterum extremũ mouetur, reliquũ consequatur eodem necesse sit: alterius enim extremi principium extremum reliquum est. Quòd si res vna simul, ac eodem in tempore nunquam in partes aduersas moueri queat, nec aspectus ita moueri poterit: quippe cùm ita cõmittatur, vt extrema in partes mouean tur aduersas, siquidem alter sursum, alter deorsum mouebitur, initiumq; sequi vtrũq; necesse sit, quod impossibile est. Oculorum vero limitas euenit, quia globi continẽtur principio, quo & sursum, & deorsum, et latera versus lubrico sese vertere possint. Cùm igitur ita positi sunt, vt situ inuicem simili respondeant, atq; medium teneant, mouẽdi sese sursum, deorsum, latusq; versus, eodẽq; in puncto sibi pupillam habeant, tunc situ integerrimo constant, præcipueq; mobiles circũagun tur. at qui eodẽ in puncto pupillas continẽt, limi quidem nõ sunt, discrepare quãq; inter se possunt; & alijs parte alba retracta, nigræ nonnihil occulitur modo eorum qui sternutaturi sunt: alijs in angulum exteriorẽ nigra conuellitur, vt furiosis: alijs in interiorem nares versus incumbit, vt tragicis, laruis, homi-
8 nibusq; acerbis, seueriscq;: sunt enim cõtuitu graui, cogitabundoq;. Quoties vero situ dissimili globi positi sunt, sed puncto eodem radij profluunt, aut situs similis est, sed pũctum non idem, limis oculis homínem esse necesse est. itaq; hic suspicit, & oculos contrahit: globum enim eundem in habitum collocare conatur, atque alterum firmum continet, alterũ agitat. Haud enim fieri potest, quin limus sit, qui non eodem de puncto radios depromat, quippe qui dimotum contuendi principium habeat, perinde ille, cui res vna geminari oculo suppresso videtur. Ergo si oculus sursum dimotus est, terminus inspiciendi deorsum est: sed si oculus lapsus deorsum est, terminus sursum habetur. Oculo tamen vno situ suo dimoto moueri quidẽ res visa sursum, deorsum ue ob idipsum videtur, quia pupilla ita se mouet: sed geminari haud vnquam videri potest, nisi duplex conspectus sit peruertaturq; ratio videdi. ita fit, vt strabonibus res eadem geminari videatur. causam situs habet, eo scilicet, quòd oculus nõ suo medio nexus, locatusq; est.

9 Quam ob rem qui cognomen luscioſi habuerunt, literas minutas scribere consueuerunt? mirum enim vt qui obtusis sunt oculis, rem faciant, quam eorum facere interest, qui acumine valeant oculorum. Vtrum quia proxime posita magna esse videntur: illi autem oculis proxime admotis scribere solent. An quia contractis palpebris scribãt: fit enim per imbecillitatem, vt si laxatis, diductisq; oculis scribãt, aspectus distractus, passusq; hebetescat: si adductis & conniuentibus, vniuersum depromptus acutius videat. Quòd tamẽ angulum informat exiguum, efficit necessario, vt exiguæ literæ scribantur.

10 Cur nonnulli post lippitudinẽ acutius videant? An quia purificati oculi sunt. fit enim sæpe, vt exterior densitas pupillæ aciem arceat: quæ lachryma emissa laxatur, atq; resoluitur. quam ob rem prosunt interdum quæ mordent, lachrymam euocãt, vt cepe: obsunt quæ tantummodo afficiant, vt organum.

11 Cur vno videre oculo impatibilius sit: An quia minus animo, qui ita cernit, afficit: quo fit, vt minus affectionis contrahatur.

12 Cur distracta conspectuum societate, res vna geminari videatur? An propterea quòd oculi vtriusque radius nõ ad punctum idem deuenit: ergo quod bis noster animus inspexit, inde geminũ se inspexisse existimat. Proximum euenit, cũ digitos mutatis vicibus implicamus, itaq; aliquid tangimus: duo nanq; sentimus, eo ꝙ vnum bis tangimus.

13 Cur sensus dextri nihilo sinistris præstantiores sint, cùm in cæteris omnibus dextra sinistris commodiora habeamus? Vtrũ ex consuetudine ita fiat. statim enim cũ nati sumus, vtrunque sensum exercere incipimus. Pars autem dextra exercitatione insuescere, inq; frugem euadere meliorẽ videtur: effici nanque vtrinque dextri per consuetudinem possunt. An quia sentire effici est. pars autem dextra præstantior propterea est, ꝙ efficacior: & affici perunacior, quàm sinistra est.

14 Cur in cæteris dextra suis sinistris præstantiora sunt, sensus nullus dexter suo sinistro interest? An quia parte sentiendi vtraque pariter vti à primo natali die consuescimus. Addetamen quòd ratio sentiendi affectuo quædam est: dextrarum autem partium differentia in efficiendo, non patiendo sita est.

15 Cur exercitatio corporis incommoda oculorum acumini est? An quia exercitatio sanguinem efficiat ficciorem, sicut etiã reliquum corpus. siccitas autem totam cutem indurat, ergo vel eam, qua pupilla integitur. Quapropter homines naturam grandes obtusius vident: oculi nanque senũ tunica dura, simulq; rugosa teguntur: itaque vis illa conspiciendi cooperitur, & delitescit.

16 Cur homines luscij cognominati, qui obtuse vident, literas scribere minutissimas possint, cũ rem minutam perspicere illi valeant, qui acumine oculorũ præstant? An quia conspectu sunt imbecilli, palpebras cõtrahant in angustum. Cũ enim radius profluit vniuersus, acutius explorare potest: contra laxo, diductoq; oculo, diffunditur, ob eamq; rem hebetascit. Ergo imbecillitas facit, vt palpe-

bras contrahant in angustum. quòd cùm ex angusto inspiciant, exiguam magnitudinem videant, quantaq; vident, tanta perscribant necesse est.

16 Sed cur ijdem illi contractis palpebris videant? An propter sui conspectus imbecillitatem. Vt.n.manū rebus sepositis admouēt, sic palpebras iuxta positis pinde quasi manū adhęciunt.qđ' fanc faciūt, vt radius per locum sese depromens angustiorem,cōgestior profluat,ne protinus ex patulo proficiscens distrahatur.videt autem is acutius,qui frequentior,collectiorq; prodierit.

17 Cur non res vna geminari videtur,cū in latus oculum vertimus? An quia consp̄iciendi primordium eadē item in linea situm est. tūc enim res geminari videtur,cū illud mutatum sursum, deorsum'ue est. in latus vero nil refert,nisi vna etiam sursum moueat.

18 Cur in ratione videndi tantum fieri possit, vt res vna geminari videatur, si quodāmodo inuicem oculi locentur: in cæteris sentiēdi generibus fieri identidem nequeat. An etiam in ratione tangendi, cū digitos mutatis vicibus implicauimus, fit vt res vna duæ sentiatur. in cæteris hoc idē heri nequit,quia cætera membra,quibus sensio administratur,neque foras versus deducta, neque bina tam inter se apta, colligataq; suo fungūtur officio. Fit ita in ratione videndi,eadem de causa,qua in tangendo perplexis, vt dictum est, digitis. tactus.n. visum æmulatur,& sequitur.

19 Cur oculus sinister nihilo imbecillior est, sed æquo modo, atque dexter videre potest, cùm reliquæ corporis partes omnes sinistræ inualidiores,quam dextrę sint? An quia pars dextra in eo discrepat à sinistra, quòd efficacior est,non in eo,quòd affici aptior. Videndi autem vires non vt afficerēt,sed vt afficerentur comparatum à natura est.

20 Quam ob causam cùm cæteras intuimur res,cōspectus noster fatiscit,atq; deterior redditur:cùm ad virides,& herbescentes inspicimus, vt olera, cæteraq; his similia, recreatur, meliorq; euadit? An conspectum in alba, nigra'ue intēdere minime possumus, propterea quod vtrunq; id genus coloris videndi viribus officit: colores autem illi, quibus oculi acquiescunt,medium albi,nigri'ue obtinent: itaq; aspectus cum mediocri leniq; obuio affi ciatur, nihil debilitatur, imo vero corroboratur, atq; reficitur. Et forsan quemadmodum cùm corpora nostra vehementer laborāt,deterius habēt,cū mediocriter,optime afficiuntur:ita etiam oculi, cùm ad res solidas contendunt,laborant,lassanturq;: cùm ad humidas, mollesq;, q nihil sibi obstat, passim oberrant, & licētia perliquescunt:cū ad virides,q istę vt solidæ mediocriter sunt,ita satis humoris continent, neq; vllo detrimento afficiuntur,& ad immorandum in hisce amplius innitūtur; eo quòd coloris huiusmodi habitus mollicē se conspectui offert.

22 Cur cętera melius vtroq; oculo cernimus, rectā versuum virgulam vni literis admouentes inspicimus exq̄situs? An quia radij oculi vtriusq; non sine perturbatione in idem concidunt,vt authores conspiciendi rationū affirmant:itaq; cùm vno inspicimus, ad rectū conspectum,tanquam regulam melius quod rectum est,deprehendere,iudicareq; habemus.

22 Cur fumus oculos potius infestat? An qa infirmissimi sunt: infirmissima nanq; omnia, quæ corpori interserta occulūtur. indicium, quòd acetum,& quodq; acre carnem nō exteriorem,sed interiorem demordet. An quia laxiores,refertiq; meatibus sunt.conspectus enim per quosdam meatus protruduntur,& excidunt.itaq; quod his mordacissimū est,cæteris corporis partibus obuium subire dēsiora non potest,sed perreptat,& decidit. æquo modo & cepe,& quæcunq; talia oculos mordēt. Oleum omniū maxime humorum id facit,quia tenuissimum est,ob eamq; rem meatibus se expedite insinuat: acetū reliquis partibus corporis pro medicamento est.

23 Cur oculus solus omnium membrorum non rigeat, cū infirmissimus sit? An quia optimus est,nec carnis quicquam in se continet. quod autem tale est, securū manere à frigore potest. Haud enim audiendi sunt illi, qui propterea rigere oculos negant,quia vis illa conspiciēdi ignis est. nō enim talis in oculo ignis est,vt calefacere valeat.

24 Cur lachrymæ, quas mœrēdo emittimus, calidæ sunt: quas oculis laborando, frigidæ? An quia frigidū,quod incoctum,crudūq; est: calidum,quod concoctū Languorem autem omnē ex cruditate proficisci nullū dubiū est. q cùm lachryma cruda eorū sit,qui valetudine oculorum laborant,non immerito frigida est. Hinc Medici sudorem frigidū argumentum grauis esse morbi existimant:calidū contra decretorium esse,& salutarem. cùm enim vacans materia multa est, satis à calore interiori concoqui minime potest: itaq; frigidam esse necesse est. cùm pauca est, plene à calore victa concoquitur: morbos autem copia vacantis materiæ confici certum est.

25 Quare cùm partes corporis nostri dextræ mobiliores sint, oculus sinister expeditius, quàm dexter contrahitur? An propterea, q

omnia

omnia sinistra dextris humidiora sunt: humidiora aūt cōtrahi plenius possunt. An dexter amplius efficere possit:sinister vel ex se,vt humidior, obsequentior sit.

26 Quam ob causam cùm & senex,& luscius imbecillitatem parum oculis valeant, alter proxime admouet, si quid inspicere vult, alter,pcul abducit? An quia dissimilis eorum imbecillitas est. Senex enim quia videre non potest,vbi minus radij coeunt,rem vidēdam eò abducit,vbi visurus maxime est: procul enim coire radij solent. Luscitosus ille videre quidem rem isthic potest,sed quæ nā rei conspectæ caua sint,quæue excedant,discernere nequit,itaq; in his fallitur. caua quippe,& excedentia splēdore discerni maxime possunt: quem, quoniam procul percipere, quemadmodum rei obuiæ ingruat,nequeant, proxime adducunt.

27 Cur homo solus,aut certē maxime animantium omnium oculis deprauetur per limitatem? An quia vel solus,vel maxime comitiali morbo in tenera ætate laborat, cùm deprauari omnibus accidit.

28 Cur vni animantium homini transuerti, deprauariq; per limitatē oculi possint? Vtrū quòd oculos minimo interstitio discretos, è directoq; positos homo habet, perspici idcirco menda in eo maxime possit. An quia cæterorum animantium oculi vnicolores maxime sunt: nec deprauatio sequeretur, si vno quolibet colore præditus oculus esset. An quia solus ex omnium animantium genere morbo comitiali rapitur: quod genus morbi transuertere oculos, sicut cætera etiam membra potest. nōnullis tamen, vt sero eo morbo vexari incœpere,sic lumina sero deprauātur.

29 Quam ob causam manu præ lucerna, aut sole obiecta melius inspicere possumus? An quia lucernæ, Solis'ue lux nostris occurrens luminibus, reddit suam ob nimietatem infirmiora, quippe quæ rem etiam sibi cognatam interimere præ sua possit exuperātia. at vero manu ita arcēte, nec luminum acies offici potest,& res visui obuia nihilominus in luce posita est. vnde fit, vt & acies plenius agat,& res inspectanda nihilominus videatur.

30 Cur manus dextra & pes dexter à suis sinistris differunt, oculus & auditus nullo discrimine distant: An quia immista, synceraq; elementa susq; deq; sunt. discrimen vero situm in his est, quæ elementorum coitu constant. sunt autē sensus isti synceris illis, immistisq;: visus scilicet ex igne,auditus ex aere.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRIGESIMASECVNDA:

Eorum, quæ ad aures pertinent: cuius quæstiones .XIII.

1 VT aures, quæ omnium maxime partium nostræ faciei exanimes sunt, rubore magis afficiūtur,vbi nos pudor apprehendit? Vtrū q peregrinus humor partē adire inanem aptus natus est: itaq; cùm calore per pudorem orto resoluitur,statim se in aures colligit. An quia temporibus appositæ sunt,quo versus maxime humor cōfluit. Cū enim hominem pudet, călor se in faciem recipit,itaq; ruborem adducit: aures vero minimo in ea profundo extant,naturaq; calidissimæ sunt,& coloratę,nisi lōge frigoris rigore obtorpuerūt. ideo hæc particula omnium faciei particularum coloris est optimi. quam ob rem passus dispersusq; calor, q per tūmares tenet,rubicundas reddere potest. *humor

2 Cur vrinātibus aures, dū inter mare sunt, rumpi soleant? Vtrum quia retentus spiritus impetu cogit vehemētiori. An si causam hoc haberet, idē vel in aere fieri posset. An quod non cedit,disrūpi ocyus potest, & à duriori, q molliori tactilius. Quod itaq; inflatum est,minus cedit: aures vero, vt dictum iā est, spiritu retento inflantur: itaq; ab aqua,quæ aere durior est,obtunduntur offensæ,atq; rūpuntur.

3 Cur vrinantes spongias alligare auribus consueuere? An ne mare per vim occurrens aures rumpat. haud enim ita stipatę implent, vt inanes,exemptis spongijs,possunt.

4 Cur sordes auriū amaræ? An quia putri sudore contrahuntur,qui salsus,amarus est.

5 Cur spongiarij suas dissecant aures, & nares? An vt spiritum cōmodius reddant: hæc enim esse spirandi itinera videntur. Laborare quippe difficultate spirādi eos affirmāt, dum foras emittere animā non possunt, leuariq;, cū propellentes extrudūt. Mirum tñ, si respirandi assequi facultatē refrigerationis gratia nequeant, sed esse id necessariū magis videatur. An merito plus in retinēdo laboris sit, cū corpus extumeat,distēdaturq;: spiritus vero foras spōte efferri posse videtur. An intus cōtendere ita possit: cogitandum tñ eque videtur. Plerique vero lebete demisso, respirandi viam vrinatoribus moliuntur. haud.n. aqua lebes impletur, sed aera seruat ad demersum hominē vsq;: quippe qui erectus per vim demittatur, vt vndiq; equali nutu descēdat. nā si

quantūlibet inclinauit, humore protinus interrumpente impleatur necesse est.

6 Cur nonnulli, cùm suas inscalpunt aures, tussiunt? An quia sensus audiendi foramen cū pulmone, canalicq; ab asperitudine cognominato sortitur. indicium, q̄ his iplis repletis, obseptiscq; homo surdescit. Humoris itaq; aliquid e frictione ista auriū liquescit, atq; in canalem, quem modo diximus, per foramen illabitur, quod tussim mouere potest.

7 Cur sinistra auris ocyus magna ex parte perforata consolidari, q̄ dextera potest? quocirca mulieres alteram marem vocāt, alteram fœminam. An quia partes sinistræ humidiores, calidioresq; sint: quæ autem habitu huiuscemodi sunt, consolidari possint facilius. Vnde in plantis ēt tenellis, atq; viridibus coitus, concorporandiq; vnio facilius agitur. Et vero vlcera iuniorum promptius cōpaginātur, q̄ seniorum. Argumentū, partes sinistras esse humidiores, quod molliores sunt, atque effœminatiores.

8 Quam ob causam pudefactis aures sūmæ rubescant, iratis oculi? An quia pudor in oculis refrigeratio quędā cum timore est: itaq; calor iure oculos deserit. q̄ cùm inde secedendum sit, locum sui capacissimū petat necesse est, quales certo summæ sunt aures. cæteraq; nanq; partes lōgæ ossibus omnes compactę sunt. Iratis contra calor in oculos, totamq; faciem reuocatur: sed conspectior in oculis est, videlicet albi eorum coloris ratione.

9 Cur auriū sonitus accito strepitu cessat? An quia minorē strepitus amplior pellit, & eruit.

10 Cur si aqua lapsa in aurem sit, oleum, quo humor effluat, instillamus? nullo nanq; humore alio effluere potest. Vtrū, vt quoniam oleum per summa aquæ innatat, eiq; aqua prę lentitate adhæret, effluente oleo aqua etiam ipsa effluat. An vt per lubricā aurem labens aqua excurrat. oleū enim vtpote leue, facit, vt propere labescere possit.

11 Cur minus aures vrinātibus rumpantur, si oleum sibi instillatum habētes, in mare interrumpant? An ratio, cur rūpi aures possint, ante exposita est. oleum vero in aures instillatum facit, vt mare superueniens relabi faciliùs possit: quomodo in partes corporis exteriori peruncta fieri nouimus. labens autem ictum parti interiori auris nullū inuehit, itaq; disrumpere non potest.

12 Quam ob causam aures cū exāgues adeo sint, pudore erubescere possint? An res quęq; ferri in eum soleat locum, qui sui vacuus est. cū ergo sanguis efferri sursum calidus videatur, aures maxime, partemq; inanissimā adit: itaq; rubore inibi afficit. Quod idē intelligendum de genis etiam est. Adde quòd tenuissima cutis, quæ distenta est, ita fit, vt rubor percipi in auribus præcipue possit.

Cur nemo oscitans aurē inscalpere suam audeat? An quia membrana etiam, per quam audimus, inflatur, cū oscitamus. indicium, q̄ audiendi facultas tollitur, cū oscitamus. spiritus enim vt in os, ita etiam in aures interrumpens, membranam expellit, ac prohibet, quominus somnus ingrediatur. Quod cū ita sit, si sedem audiendi, cū oscitamus, auriscalpio tegerimus, plurimum membranam lædemus. ictus enim ad obijcientem, renitentemq; spiritum, non ad cedentem inferetur, & mēbranam abiunctā solidis esse certū est: quare dolor ita moueri, vulnusq; excipi facile potest.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO TRIGESIMATERTIA.

Eorum, quæ ad nares pertinent:

cuius quæstiones .XVIII.



1 VT singultus sternutamento sedari queat, ructus nequeat? An quia non partis eiusdem vtraq; ista affectio est, sed ructus ventriculi, singultus vero refrigeratio, cruditasq; spiritus, atq; humoris pulmoni cōiunctissimi est. sedes autem cerebri rem cum pulmone cōmunē fortita est: quod quidem ratione constat aurium. interdum enim surditas accidit, simul & morbus ipse aurium in pulmonis vitium transit, & nōnullis tussis statim mouet suas scalpentibus aures. locum autem sternutandi rem naribus esse cum pulmone cōmunem respiratio docet, quæ communis vtriq; est. sternuimus itaq;, loco eo ipso calefacto. calorē autem eius locus sentit inferior, cuius singultus est. calor vero vim obtinet & cōcoquēdi. Quamobrem aceto ēt, retentioneq; spiritus sinuri singultus leuior potest: spiritus enim retentus satis concalefacit. Vnde fit ēt inter sternutādum, vt spirandi retentio idem obducta efficiat. Et conuenienter quoq; expirantia superiori de loco educitur: quippe cū fieri nequeat, vt quis sternutet, nisi expiret. Impetus itaq; spiritum intercluſum rumpit, dispellitq;, qui singultū ciere potest.

Cur si quis sternutaturus oculum perfricauerit, minus sternutet? An, ppterea q̄ sternutamentum à quodā excitatur calore: fricatio autē calorem ciere potest: qui calor, quoniam locus, quo sternutamus, oculis in propinquo est, alterum sternuendi calorem tollit, quem admodum minor ignis ab ampliori emarcescit, atque absumitur.

3 Cur bis sternuere magna ex parte solemus, non semel, aut sæpius? An quia binis naribus sumus. per vtrāq; itaq; narē venula partita discurrit, qua spiritus solet permanare.

4 Quam ob causam, qui Solem aspexerint, sternutare magis cōsueuerunt? An quia Sol calfaciens mouet perinde, atq; qui nares penna solicitant. idem enim vtrique agunt: quippe qui per motum calefacientes ocyus spiritum ex humore eliciant, cuius excursio spiritus sternutatio est.

5 Cur singultus sternutamēto finitur, & retentione spiritus, & aceto? An sternutamēto, quia spiritus cohibetur inferior, atq; circumobsistit: quemadmodum medicina parti superiori adhibita aluus sentit, ac immutatur. Spiritus retētione leuiores tolluntur singultus, eo quòd exiguus spirandi impetus, si paulisq; per retinuimus, vt in tussi desistit, sic etiam in singultu reprimitur, cogitur, strangulat. Aceto idcirco sedatur, quia humor circumstans, ac prohibens eructandi licētiam, in spiritum per vim aceti calefactoriam extenuatur. Fit enim ructus, cùm ventriculi humor recalescens inflatur, atque concoquitur: singultus vero, quoties spiritus vacans ab humore in loco spiritui deputato retinetur. Hinc enim dum enititur, nec erumpere potest, distentionem inducit, quæ distentio appellata singultus est. Inde fit, vt singultus, vbi inalguimus, oriatur. trigus enim humorem spiritui obductum coangit, spiritus circumuētus exilit, cuius commotio non nisi singultus est.

6 Cur aquam nonnullis frigidam in faciem fundimus, cùm è naribus sanguis effluit? An ita calor intus se colligit, atq; circumobsistit, qui sanguinē summum reddit liquidiorem.

7 Cur sternutamentum pro numine habetur, non tussis, neque grauedo? An quia de capite membrorum præcipue omnium diuino, vnde cogitatio est, suū ducit principium. An quia ceteri illi affectus ratione morbi eueniant, hic secus exultet.

8 Cur oculo perfricato sternutamenta desistūt? An quia humor sic respirat: lachrymam quippe oculus post frictionem emittit: sternutamentum autem humoris copia excitatur. An quia minor calor corripi ab ampliori, consumiq; potest. oculus autem perfricatus plus caloris sibi acquirit, quàm sit, quem nasus complectitur. Hinc etiam fit, vt si nasum quis perfricet, ipsum sternutamentum desistat.

9 Cur eruptio cæterorum, vt flatus, vt ructus, sacra haudquaquam habetur, sternutamenti sacra habita est? Vtrum quoniam cùm tres partes principes sint nostri corporis, caput, thorax, & aluus, flatusq; alui expiratio sit, ructus ventriculi, sternutamentum capitis, quæ pars sacra præcipue est, spiritum hinc exeuntem, vt sacrum veneramur & adoramus. An quia spiritus omnis eruptio, partes, quas modo dixi, melius sese habere significat. cùm enim minus sternuere queunt, spiritus erumpens leuat, ac mitigat. Ergo sternutamentum quoque bene caput valere, possęq; concoquere indicio est. cùm enim capitis calor humorem, spiritumue conuincit, tunc moueri sternutamentum solitum est. Quamobrem moribundos interdum sternutatorio excitamus, tanquam si hoc affici nequeant, spes nulla salutis sit. Perinde igitur quasi bonæ indicium valetudinis partis optimæ, atque sacerrimæ sternutamentum adorant, beneq; augurantur.

10 Cur homo omnium maxime animātium sternutare solitus est? An quia foramina sui corporis obtinet latiora, per quæ spiritus interrumpere potest: his enim spiritu impletis sternuimus. Latiora autem esse indiciū, quòd omnium minime animantium homo olfactu valet: foramina quippe tenuiora sentiunt exquisitius. Quòd si latiores meatus plus humoris, ac sæpius subeat necesse est, quo inflato sternutamentum moueri solet, talesq; homo maxime animantium habet: merito lepidissime sternuat, præsertim qui naribus brevissimis est. sic enim humor concalefactus celerius effluere conuersus in spiritum potest: cæteris vero præ lōgitudine narium ante refrigeratur, quàm effluat.

11 Cur sternutamenta, quæ de medio noctis ad meridiem vsque mouentur, damnemus, quæ de meridie ad noctis medium, approbemus? An quia cùm rem aliquam exordimur, tunc sternutamentum potius obseruandum sit. itaque cùm rem agere perigimus, atq; inter initia sternuisse acciderit, amouemur, neq; incœptam prosequi temperandū censemus. Dies igitur, & aurora, & de medio vsque noctis quasi initium quoddam est: itaque omnosum tantisper sternutamentum esse putamus, temperamurq; sternutare, ne pergentem quempiam ad agēdum reuocemus. post meridiem vero, atque medium vsque noctis, finis veluti quidam est, tempusq; illi contrarium: itaq; contra tunc & existimat, & agitur.

12 Cur senes laboriosius sternutant? Vtrum quòd his foramina, per quæ spiritus permat-

nare ſolet,adducta atque coniuncta ſunt. An quia ſenes facile eleuare nequeunt, per vim demittunt, atque concaſſant.

13 Cur ſi ſpiritum quis retineat, ſingultus deſiſtat? An quia refrigeratio eſt, quæ ſingultū inducat: quamobrem & qui timent, & qui algent, ſingultiunt. ſpiritus vero retentus partem corporis calefacit interiorem.

14 Cur homines ſurdi è naribus magna parte loqui conſueuerunt? An quia pulmo eorū vitiatus eſt: ſurditas.n.detrimentum pulmonis eſt. vox itaque ferri expedite non poteſt: ſed quemadmodū qui ſpirandi laborant difficultate, ſpiritū vniuerſum ſuā ob imbecillitatem reddunt, ſic vocē illi emittunt. Nituntur itaq; naribus, ēt dum loquuntur, qua vox protrudens ſeſe, ſono per attritū rancido illo profertur. fit.n.vt verba per nares afformētur, cùm pars naſi ſuperior, qua per palatū foramina patent, cauſa eſt. reſonāt enim tintinabuli inſtar, ob clauſtri inferioris angustiam.

15 Cur ſternutamentū ſolum non dormientibus, ſed prope dixerim ſemper vigilantibus fiat? An quia fieri ſternutamētum nō poteſt, niſi à calore, qui partem eam cōmoueat, qua effici ſolet: ex quo faciē Soli obijcimus, cū ſternuere placet. Dormientibus autē calor intus circūobliſtit. quam ob rē imæ dormientium partes calidiores redduntur, ſpiritusq; abundat: quæ quidē res cauſam habet, cur genitura in ſomnis præ libidine profluat. Merito igitur dormientes non ſternutamus. cū enim calor recedat capitis, qui eius partis humorem natus mouere aptus eſt, quo in aera extenuato, ſternutamentū exultat, affectionem conſequentem illā obuenire non poſſe conſentaneū eſt. Crepitus tamen inferius, ructusq; ſuperius dormientes magis, q̄ vigilantes extrudimus. Quod.n. venter inflari in ſomnis amplius ſolet, accidit, vt eius inflati humores loca ſibi proxima adeant: eo nanq; vel à ſpiritu per quietē excito compelluntur. Retinere.n. potius, q̄ emittere poteſt, qui ſopitus eſt: itaq; intus calorē contrahit. at qui ſpiritum retinet, deorſum impellat neceſſe eſt: qppe cū imum deferri ſpiritum præter ſuā naturam ſit. vnde fit ēt, vt perdifficile ſit ſpiritū retinere. Quin etiam cur dormiamus, hæc eadem ratio eſt. cùm.n. vigilia motus ſit, qui mēbra ſentiendi officio accōmodata magis, cū vigilam⁹, exercet, conſtat ſomnum poſſe accedere, cùm eadem illa membra quieſcunt. Cùm vero vis ignea ſit, quæ membra corporis noſtri mouere poſſit, & hæc intus ſe contrahat, circūſiſtatq;, in ſomnis caput relinquens, quod ſenſus retinet omnes, tunc maxime ſenſuum ſedes quieſcere poſſint, quæ quidem res cauſam afferat dormiendi.

Quam ob cauſam, vbi ſternutauimus, aut minximus, mēbra noſtra inhorreſcere ſolēt? An quia vtraq; re illa venæ aeris inanes redduntur, quē calidum ante cōtinebant. inanes aer extrinſecus alius ſubit illo frigidior, qui ante in venis fuerat, q̄ ſternutaremus, aut mingeremus. q̄ cùm talis ſubeat aer, merito facit, vt membra inhorreſcant.

17 Cur ſingultus ſternutamento deſiſtere poteſt? An propterea, q̄ ſingultus non quemadmodum ructus à ventre, qui cibi conceptaculum eſt, ſed à pulmone proficiſcuntur, quod maxime refrigeratione, aut rigore, aut dolore, aut medicatione ſuperiore accidere ſolet. q̄ enim mēbrum id calidū ſua natura eſt, quoties refrigeratum ſit, totū admittere ſpiritum non poteſt, ſed bullas quodammodo excitat. Quā ob rem retento ēt ſpiritu, ſingultus finitur: ſic.n. pars illa recalefcere incipit. & aceto quoq; hauſto, deſiſtit: quoniā vis aceti calefactoria eſt. Cū itaq; calidum quodq; concalefactū reddetur, ſedesq; cerebri foraminibus peruia pulmoni reſpōdeat, efficitur vt retentio ſpiritus, quæ ſternutationi antecellit, repreſſusq; deſuper illatus, affectionem iſtā pulmonis membri calidi abigere valeant.

18 Cur homines capillo criſpo, & tortili magna ex parte reſimiores ſunt? An ſi criſpitudo ſita in craſſitudine eſt, & craſſitudo non ſine duritia conſtat, & durus ſanguis calidior eſt, et calor materiam excrefcere inutilem minus patitur, & os ex vacante materia conſiſtit, & cartilago nō niſi os eſt, merito diminutio naſi conſequatur. Indicium ætas adhibet puerilis: ſunt enim pueri omnes naſo reſimato.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO TRIGESIMAQVARTA:

Eorum, quæ ad os, & ad ea quæ in eo ſunt, pertinent:

cuius quæſtiones .XII.

1 VR homines qui raris dentibus ſunt, vitā longe agere nequeāt? An quia lōge animantia viuūt, quæ dētiū ordine prædita ſunt numeroſiore, vt mares q̄ fœminæ longius: viri nanq; diutius quàm mulieres. atque in pecudum genere, cęterorumq; animalium perſpici identidem licet. Qui itaque raris dentibus ſunt, habere quaſi pauciores indicantur.

Cur

2 Cur dentes, qui lōge ſolidiores, quàm caro ſunt, frigus amplius ſentiant, q̄ caro? An quia meatibus nituntur infixi tenuibus, quorum exiguus calor celeriter à frigore vincitur, mouetq; dolorem.

3 Cur dentes frigidum amplius, q̄ calidum ſentiant: caro è contrario? Vtrum propterea, q̄ caro mediocri, temperatoq; habitu eſt, dentes vero perfrigidi ſunt, itaq; rem frigidā ſentire plenius poſſunt. An quoniam meatibus continentur tenuibus, quibus calor inditus exiguus eſt: itaq; re aduerſa potius patiūtur. caro quia calida eſt, vt nihil affici à frigido poteſt, ita calidum compēdio ſentit. ignis enim quaſi igni adijcitur.

4 Cur lingua rerum index plurium eſſe poteſt? nam & febris ardentioris, & grādinum, ſi quę inſunt, & pecoris verſicoloris varia eſt. An quia humoris capiēs eſt, & ſuper pulmone poſita, vnde febrium principium ducitur. verſicolorum autē ratio referri ad humorum varietatem debet. inficitur tamē id primum, per quod humor primum manat, colaturq;, cuius generis lingua eſt. Grandines vero lingua propterea contrahit, quòd inanis, ſpongioſaq; eſt: quippe cùm grando veluti panis inconcoctus, crudusq;, parte interiore corporis naſci ſoleat.

5 Cur lingua amara, ſalſa & acida fieri pōt, dulcis non poteſt? An q̄ naturæ corruptiones iſthæc ſunt: conſtātiam vero ipſam, naturamq; ſentire nequaquam fieri poteſt.

6 Cur totidē coloribus lingua euariat, quot cutis? Vtrum q̄ ea quoq; in mēbrorum numero exteriorum recipitur, quāquam in ore abdita eſt. verum quia prætenui cute integitur, vel minima in ea varietas deprehendi poteſt. An q̄ aquæ ratio eſt, quæ facit, vt colorēs mutentur: lingua autem affici ex potione maxime poteſt.

7 Cur halitum ex ore tum calidum, tum frigidum reddere poſſumus? quippe qui frigidum efflemus, calidum vero exhalemus. indicium q̄ manus ori admota exhalāti calefieri poteſt. An vtroq; modo aer commotus calidus eſt. ſed quoniam qui efflat, non vniuerſum aera mouet, ſed ore anguſtiori extringit, paucum expirat, quod multum externi aeris excitat. Itaq; calor ore protectus, paſſus in eo ſuam ob exiguitatē delitefcit: at qui exhalat, vniuerſum, ob eāq; rem calidiorem expirat. eſt enim efflatio ſpiritus ſtrictim protruſus: exhalatio vero ſpiritus vniuerſim profuſus.

8 Cur ſi vehementer, vniuerſumq; expirari mus, iterū expirare nequeamus: quod idem in reſpirando ēt accidit: bis enim ex ordine id facere nequimus. An quoniam alterum dilatatio, alterum contractio loci eſt: ideirco quadantenus non vſquequaq; poſſunt. cōtrahi tur ambo vicißim fieri eſſe neceſſum, bis vero ex ordine poſſe neutrum.

Quam ob cauſam cū alius locus ſit qua cibus, potusq; tranſeunt, alius, qua ſpiramus, vbi grandiori ē buccellā deuoraturus, ſtrangulemur? An nihil abſurdum id eſt. non modo enim ſi alicuius interuentu locus ſpirandi ſtipatus ſit, verum et ſi adductus ſit extrinſecus, æque, imo magis abſtrangulamur. ſtæc vero proxima inter ſeſe poſita ſunt, quo cibum excipimus, & quo ſpiramus. quare vbi iuſto amplius fruſtum incidit, locum ſpirādi proximum adducit, inſtringitq;, vt via ſpiritui omnis denegetur.

Cur homines, qui virgulam ſuæ palmę duſtam per totam latitudinem habent, vitæ longiſſimæ eſſe poſſunt? An quia breuis ætatis, imbecillaq; ſunt, quæ artuum beneficio carent. Imbecillitatis indicium ætas prima, atq; tenerrima affert. vitæ autē breuis teſtimoniū dat genus omne aquatile: quę cū ita ſint, coarctata, compactaq; omnia contra ſeſe habere liquido eſt. quo in genere illa etiam ſunt, quæ cū ex natura artubus maxime careant, articulari tamen contigerit. palmæ autem partem interiorem penitus carere articulo certū eſt.

Quā ob cauſam dum longe ſpiramus, venter trahētibus adducit, reddētibus deducitur, atq; repletur? veri enim ſimile dixeris eſſe, vt contra veniat. An quia cū reſpiramus, venter adductis coſtis in imū comprimit: idcirco diſtēdi in amplioē molē tollū inſtar appareat.

Quam ob cauſam ſpirare neceſſe habeamus? An quēadmodū humor diſſolutus in ſpiritū poteſt, ſic ſpiritus tranſire pōt in ignem. Calor itaq; naturalis, vbi bonam ſpiritus partem in ignē conuertit, dolorē admouet, atq; eā meatus diducit, & ampliat quam ob rem ignem cū ſpiritu expellere cogimur: quibus extruſis meatus contrahūtur atq; refrigerantur: itaq; dolor iterū tentat. rurſum igitur aerem trahimus: atq; vbi poſthac ſpirandi meatus patefecimus, vocemq; reddidimus, ignis iterum oritur, atq; iterū præ dolore ſpiritum reddimus, idq; vicißim ordine perpetuo agimus: ſicuti etiā palpebras agitare ſolemus, vt corpus oculorū refrigeretur, alliceturq;. & vero cū ambulamus, ingreſſui noſtro attendimus, ſ. ex ordine gubernandi, atq; regendi, quē vis noſtra intelligēdi percōmode aſſiſtit. Hunc ergo in modum ſpirandi quoq; vſum exequimur: ingenio quippe trahendi aeris reddimus, atque illico rurſum attrahimus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRICESIMAQVINTA:

Eorum, quæ ad tactum pertinent:

cuius quæstiones .x.

1 VR inhorrescere magis solemus, cùm alius modo quodam nos tangit, quàm cum nos ipsi tangimus? An quia tangendi sedes rem plenius externam, q̄ suam sentit: quod enim natiuum, atq; insitum est, id sensum effugit. Quinetiam quod clanculo atq; subito fit, terribilius certe occurrit. metus autem refrigeratio quædā est. at vero tactus extraneus præ suo vtrunque id habet. Denique affici vnūquodq; ab alio vel tantūdem, vel magis aptum natura est: quod etiam in titillando constat accidere.

2 Cur in alis, & pedum vestigijs titillamur? An ppter cutis tenuitatem. An quia tactus earum partium insolens est, vt etiam auris.

3 Cur non eisdem in rebus inhorrescere omnes soleamus? An quemadmodum nec in eisdem omnes delectamur, nec in eisdem angimur omnes, ita nec in eisdē omnes horrescimus. Quædam enim refrigeratio æqua omnibus ratione inuehitur. sed alij tamen, cū vestis rumpitur, inhorrescunt: alij, cùm serra vel acuitur, vel trahitur: alij, cùm pumex secatur: alij, cùm lapillus mola perfrangitur.

4 Quam ob causam cum æstas calida, hyems frigidissima sit, corpora tactu frigidiora per æstatem sint, quàm per hyemem? Vtrū quoniā à sudore refrigerari corpora possint, qui, vt fieri per æstatem solet, sic ab hyeme alienus est. An quia in contrarium tempori tum frigor, tum calor circumobstitit, intusq; per æstatem calor refugit: itaque sudorem potest exprimere. per hyemē vero vis frigoris arcet, & corpus perinde quasi terra euaporat.

5 Quæ nam causa pilos inhorrescere faciat? An merito cute contracta exurgant, quę contrahi tum à plerisq; alijs affectionibus potest.

6 Cur nemo seipsum valeat titillare? An ne ab alio quidem titilletur, si rem præsenſit, vel potius si ipsum videat titillantem: ergo minime titillari quis possit, si quæ tactio affertur, non lateat. Risus vero lapsus quidam, & fraudatio est, qua cū in sede præcordiorū quis verberatur, ridet: haud.n. locus quilibet est, quo ridemus: clandestinum autem omne fraudulentum est. Qua de causa fit, vt illa eadem res & moueat risum, & non moueat.

7 Cur labris maxime intitillamur? An quia membrum, quod titillari possit, non longe à sede potissimum sentiendi abesse debet: labra autem eo maxime in loco posita sunt: sed omnium maxime locorum capitis propterea titillantur, quòd carne ex toto constant, quare mobilissima esse possint.

8 Cur si quis locum nostrarum alarum moueat, in risum continuo labamur, siquā aliam moueat partem, nullā possit ridendi causam afferre? Et quę nam ratio est, cur naribus penna tentatis sternutamentum moueatur? An quia loca quædam venularum habemus, quibus vel refrigeratis, vel contra affectis, venulæ ipsæ aut humectātur, aut in spiritum ex humore dissoluuntur, quemadmodum si venas ceruicis dormienti quis premat. lętitia itaque gestiens concalefactio quædam est: spiritum autem, cùm redundarit, foras mittimus vniuersum. Sternutamenti quoque ratio illa eadem est. cū enim pēna mouemus, atq; tepefacimus nares, humor in spiritū soluitur, quem mox redundantem expellimus.

9 Cur sæpenumero vsu euenit, vt ingesto cibo inhorrescamus? An quòd cibus frigidiusculus admissus vincit principio magis naturalem calorem, quàm vincitur.

10 Quam ob causam quod digitis vice mutata implicatis circūagitur, duo esse videatur? An quia duplici sentiendi parte attingimus. nunquam enim fieri potest, vt lateribus digitorum exterioribus vtrisque idem complectamur, & agitemus, dum manus ordinem suum obtinet naturalem.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRICESIMASEXTA:

Eorum, quæ ad faciem pertinent:

cuius quæstiones .III.

1 VR faciem effigiare consueuerunt? Vtrum quòd quales nam simus, ea ipsa corporis parte intelligi possit. An q̄ ea præcipue qui simus, agnosci potest.

2 Cur faciem maxime sudare solemus, quæ carnis omnino expers, atque gracilis est? An quòd ea propensiora sunt ad sudorē, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autem tale est, quippe quòd humorem suum plurimum habeat, quem venæ tendentes inde declarant, & destillationes, quæ è capite venire solent. Cerebrum item humidum est, & foramina capitis permulta. Capilli profecto foraminum multitudinem

titudinem foras vsque productam latissime indicant. Sudor igit nō ex parte inferiore, sed ex capite oritur. quamobrem frons prima, & maxime sudat: prima enim subiecta vertici est: humor autem deorsum, non sursum fluit.

3 Cur in facie maxime tubercula oriri solēt, quos varos vocamus? An quia locus iste rarus, atque humidus est. indicium pilorum eruptio, & sentiendi potentia faciunt. Tuberculorum autem genus id veluti pustula, minusq; abscessus cuiusdā icōcocti humoris est.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TRICESIMASEPTIMA:

Eorum, quæ ad totum corpus pertinent:

cuius quæstiones .VI.

1 QVam ob causam cùm corpus assidue fluat, defluxusq; ab excrementis proficiscatur, leuari non potest, nisi exudet? An quia nō satis secerni sic potest, diutius tamen secernitur. Cùm enim ex humore mutatur in aera, plus certe oritur ex minori. plusq; quod secernitur est: quare tēpore ampliori secerni necesse est.

2 Sed cur ita fiat? An quia foraminibus longe angustioribus efluit. Pars enim humoris lenta, glutinosaq;, vt excerni permista cum liquida potest, ita cum spiritu nequit: quæ quidem res maxime infestat. Quapropter vomitus magis, quàm sudores leuare queunt: quoniam ij partem illam lentam secum educunt, vt qui crassiores, corpulentioresq; sint. An etiam quòd locus, qui partem humoris lentā, glutinosamq; continet, semotus à carne est, ventri autem in propinquo manet. aut enim in eo, aut in vicino lentum illud contrahitur: vnde fit, vt aliter educi vix possit.

3 Quā ob causam frictiones carnē augeant? An quia vim præcipuam obtinent augendi ea, quę nostro in corpore calida habem⁹. molem quidem adipiscitur ampliorem, quod assidue ipsum in motu est, sursumq; effertur, & in spiritū humores extenuat intestinos, quæ certe fieri in perfricando videmus. quare vbi vsus defuit perfricandi, corpus decrescit, atq; minuitur. An ita fieri possit, vt vel per alimē-tum auctior caro reddatur, cōcalefaciendi scilicet beneficio. calidum enim omne humoris detrahens est: alimentum autem, quod in carnem digeritur, humidum est. plus quoq; alimenti caro ex laxitate sibi admittit, quippe quæ laxior copiosius capere instar spongiæ possit. Frictio autem nimirum carnē elaxat, & spiritibus reddit opportuniorem, et prohibet, quo minus inutiles coitiones in corpore contrahantur. quæ si absunt, tabes nulla consequitur: *vitiosum enim illud ieiunij cor- *ἀτροφία*
poris, et tabes nasci ex materia solet, quę inutilis cōgesta ē. Quòd si caro spiratior, laxiorq;, atq; æquabilior sit, molem capiat ampliorem consentaneum est. nam et alimenti capacior, & excrementorum secernentior redditur.

4 Quam ob causam vbi pfrixímus, eodem à calore vehementius vrimur, atque dolemus? Vtrum quòd caro sua densitate calorem interrumpentem coercet: quare plumbum calidius, quā lana est. An quia caloris trāsitio p vim agit, qm̄ corpus strictū à frigore constat.

5 Cur siccæ fricationes carnis soliditatē moliantur? An quia caro perfrictione recalescit, humor consumitur. Adde quòd caro perfricata dēsatur. quę autem frictionē, attritumq; pleniorem experiuntur, omnia maiorem in modum densari, reddiq; solida consueuerūt: quod multis in rebus plane intelligi potest. Nam et farina, et terra, & reliqua generis eiusdem, si aqua infusa trahas, humida titubabūt, & fluida: sed si plenius atteras, lōgioremq; tractationem adhibeas, spissescunt, solidescunt, lentescuntq; celeriter.

6 Cur amplius frictio, quàm cursus corpus implere potest? An quia cursus carnem refrigerat, nec alimēti reddit capaciorem. sed pars in imum conuertitur, pars à naturali calore penitus extenuata transit in spiritum. at manus carnem permulcet, laxat, capacem alimoniæ facit. Et vero exterior ista intentio premēdo, stipandoq; refringit interiorum impetū, obsistensq; arctius continet, & carnē attollit.

ARISTOETLIS PROBLEMATVM SECTIO TRICESIMAOCTAVA:

Eorum, quæ ad colorem pertinent:

cuius quæstiones .X.

1 VR oleum, & cera Solis calore candefiunt, caro nigrescit? An illa Sol propterea candefacere possit, quòd humorem nimium eximit: nigricat enim per naturam, quod præhumidum est, propter humoris terreni mistionem. carnem vero quòd nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atroq; afficit colore.

2 Quam ob causam piscatores, & purpurij, & omnino qui rem exercēt marinā, rusſo

fiunt

sunt omnes colore? Vtrum quòd mare sua salsugine calidum,& squalidũ est: tale autem quodq; pilos conficere rufos potest, vt lixiuia,vt auripigmẽtum. An parte exteriore calidiores, interiore frigidiores reddantur, eo quòd summa corporis vicissim modo madefiunt,modo a Sole resiccantur,idq; perpetuo agitur. Itaq; pili assiccati extenuantur,& rutilantur:et omnes quidem incolæ plagæ septẽtrionalis rufo sunt pilo,& tenui.

3 Qua de causa cursus, quem induti agim⁹, & olei sub vestem perunctio pallidullos reddat? An propterea quòd vt spiratio commoda gratum affert colorem,sic obseptio,& strãgulatio contra afficiat necesse est.Quòd itaq; humor passus per summa corporis cùm incaluerit,refrigerari non quit,pallorem facile trahit.quod idem vtrunq; illud sudor,& oleum sub amictum committit:calor enim introcludit,atq; arcetur.Cursus vero, quem nudo corpore agimus,colorem præstat amœniorem, scilicet ratione contraria: delibamenta quippe excrementitia,quæ subsistunt,aer refrigerat,corpusq; ita diffiat, euaporaturq; cõmodius. Adhæc oleum cùm tenue,atque humidum sit,subter perunctum, meatusq; corporis intersepiens,neque humorem ac spiritum e corpore profluere sinit, neq; spiritum exteriorem admitti patitur.quapropter materia vacans in corpore humida, putrescens pallorem inducere potest.

4 Qua de causa spiratio commoda colorem parit amœniorem? An quia pallor putredo quędam per summa corporis est.cùm itaque humor summũ obtinens corpus, calidus est, vt palleat accidit,nisi refrigeret, diffleturq;.

5 Quare qui mediocriter insudarint, statim ab exercitio colore hilarantur amœno,athletę vero pallidi longe euadunt? An quia labor mediocris colorem leuiter prouocat, & ad corporis summa inuitat:nimius vero cum sudore,& spiritu extrudit, dum corpus interlaborãdum rarescit,atque laxatur. Cùm igitur calor per summa residet corporis, color ille exultat,quemadmodum calefactis, aut pudefactis euenire solitum est. vbi vero inde euanuit,pallor continuo succedit.Cæteri itaque mediocriter se exercent,athletæ prorsus vehementer laborant.

Quam ob causam qui se exercẽt, amplius 6
a Sole vruntur cùm sedent,quàm cùm mouẽtur? An cùm in motu sunt,aera agitãt, itaque spiritu quasi vẽtilantur:cùm vero sedent, ga-
er immot⁹ est, vim Solis acriorẽ experiunt.

Cur Solis calor summum adurere potest, 7
ignis non potest. An quia Sol tenuior est,carnem subire amplius potest:ignis vero etiam si adurat,per summa tantum colorem inducit nigrum,quas phœdas nominant:interius autem subire minime potest.

Cur ignis hominem nigrum non reddit, 8
fictile reddit:Sol contra hominem nigrore afficere potest,fictile non potest? An non eadẽ vterq; ratione agit,sed Sol adurendo nigrificat,ignis fictile replet,obducitq; fuligine, quę fauilla prętenui,dum carbones franguntur,simul & flagrant,contrahitur.hominem nigrũ
Sol reddit,ignis minime:quoniam Solis calor lenis,mollisq; est, & præ sua tenuitate cutem ipsam leniter per summa adurit. quoniam itaque carnem non attingat,dolorẽ nullum potest infligere:quoniam vrat, nigrorẽ inuehit.Ignis profectò vel nihil tangit,vel intro irrumpit:nam arbusta quoque igni atra redduntur. verũ hic non eatenus tãtummodo vrit,quaten⁹ color ater se pandit,& auget.

Cur homines cùm senescũt,nigriores red- 9
dantur? An quia res omnes,excepto situ, nigriores,cùm putrescunt,euadant:senectus autem non nisi quædam putredo est. Ad hęc cũ sanguis siccescens nigrior reddi soleat, merito senes sunt nigriores:sanguis etenim est, qnra corpora colore intingere valeat naturali.

Quam ob causam oleum Sol candefacit, 10
carnem nigrificat? An quia olei terrenam exi
mit partem,quæ nigroris causa est, vt etiam vinum sortis ratione terrenę nigrum est. Carnem vero nigram ꝓpterea reddit, quoniam vrit.terrenum nanque omne cùm vritur,nigrum effici solitum est.

Sectionum duarum de quadraginta Problematum finis.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

QVAESTIONES MECHANICAE,

Nicolao Leonico Thomæo interprete.

Quæ sit artis Mechanicæ facultas.

MIraculo sunt ea quidem, quæ natura contingunt, quorum ignorãtur cause: illa vero, quæ prẽter naturã, quęcunque ad hominum vtilitatem arte fiunt. In multis enim natura ei, qđ nobis vsui esse potest,contrarium facit.natura etenim eundem semper habet modum,& simpliciter: vtile autem multifariam commutatur.Quãdo igitur quippiam prẽter naturã oportuerit facere,difficultate sua hæsitationẽ præstat,arteq; indiget.quam ob rem eam artis partem,quæ huiusmodi succurrit difficultatibus, Mechanicam appellamus.Quemadmodũ enim Antipho scribit poeta, sic se res habet:arte enim superamus ea,à quibus natura vincimur. Huiusmodi autẽ sunt,in quibus & minora superant maiora:& quæcunq; mẽtum paruum habentia,magna mouẽt põdera:& omnia ferè illa,quæ mechanica nuncupamus problemata.Sunt autem hæc neq; naturalibus omnino quęstionibus eadem,neque seiugata valde:verum mathematicarum contemplationum, naturaliumq; cõmunia.


De dignitatibus, admirandisq; Circuli proprietatibus.

DE numero aũt eorũ,quæ hoc in genere dubitantur,illa esse dicunt, quæ circa vectem fiunt.Absurdum enim esse videtur, magnum moueri pondus ab exigua virtute, cum pluri præsertim pondere.quod enim sine vecte quispiam mouere non possit, idipsum põderis citius mouet,vectis ad illud pondus adiungens.Omnium autem huiusmodi causæ principium habet circulus. Istud vero ratione contingit:ex admirabili etenim mirãdum accidere quippiam, non est absurdum.

Maxime autem est admirandum simul cõtraria fieri.Circulus vero ex huiusmodi est constitutus.statim enim ex commoto effect⁹ est,& manẽte,quorum natura ad se inuicem est contraria.quam ob rem isthæc cernentes minus admirari conuenit contingentes in illo cõtrarietates. In primis enim lineę illi,quę circuli orbem amplectitur,nullam habenti latitudinem,cõtraria quodammodo ineesse apparent,concauum scilicet,& curuum.hæc autem eo à se inuicem distãt modo,quo magnũ & paruum.illorũ etenim mediũ est æquale: horũ vero rectũ.quapropter cùm ad se inuicem cõmutantur,illa quidẽ prius equalia fierꝰ necesse est,quàm extremorũ vtrũlibet: lineã vero,rectam,quãdo ex curua cõcaua, aut ex huiusmodi rursum curua fit, & circularis. Vnũ quidẽ igitur istuc absurdũ ineſt circulo.

Alterum aũt,quòd simul contrarijs mouetur motionibus. simul enim ad anteriorẽ mouetur locum,& ad posteriorem. Et ea,quę circulum describit,linea eodem se habet modo ex quo enim incipit loco illius extremũ, ad eundem rursus redit, illa enim continuo commota,extremum rursus efficitur primũ. quàm ob rem manifestum, quòd inde mutatum est.quapropter(vt dictum est prius) nõ est inconueniens ipsum miraculorum omnium esse principium.Ea igitur,quæ circa libram fiunt,ad circulum referuntur:quæ vero circa vectem,ad ipsam libram: alia autem ferè omnia,quæ circa mechanicas sunt motiones,ad vectem.Prẽterea etiã,qm̃ vnica existẽte,quæ ex centro est,linea,nullũ aliud alij,quę in illa sunt punctorũ ęqua velocitate feratur, sed citius semper quod à manẽte termino est remotius,pleraq; miraculorũ accidunt in circuli motionibus:de quib⁹ in ijs,quæ posthac adducentur, quæstionibus erit manifestum.


Quoniam autem secundum contrarias simul motiones mouetur circulus: & alterum quidem diametri extremum vbi A, in ante mouetur, alterum vero vbi B,ad retro: efficiunt nonnulli,vt ab vnica motione multi cõtrario simul moueantur circuli: quẽadmodũ sunt illi, quos in locis,ꝓponũt sacris,æneos,& fereos fabricãtes orbiculos.Si enim A B circulũ alter contigerit circulus in quo C D, motà circuli in quo A B, diametro in ante,mouebit C D ad retro,diametro circuli vbi est A, circa idẽ mota.In cõtrariũ igit mouebit circul⁹ vbi C D, ad illũ vbi A B. & rursus ipse cõtiguũ vbi E F, in cõtrariũ sibiꝑpsi mouebitꝑp eãdẽ cãm.



Eodem

Eodem etiam modo si plures fuerint, idem facient, vno solo commoto. Hanc igitur in circulo existẽtem animaduertentes naturã architecti, instrumentũ fabricant, celãtes principium, vt machinæ solum manifestũ sit illud, quod admirationẽ præstat, causa vero lateat.


In primis igitur, quæ accidunt circa librã, dubitare faciunt, quam' nam ob causam exactiores minoribus maiores sunt libræ. huius autem rei principium est, quam ob rem in ipso circulo, quæ plus à centro distat linea, eadẽ vi commota citius fertur, quàm illa, quæ minus distat. Citius enim bifariam dicitur. siue enim in minori tempore æqualem pertransit locum, citius fecisse dicimus: seu in æquali maiorem. Maior autem in æquali tempore maiorem describit circulum. qui enim extra est, maior eo qui intus est. Horum autem causa, quoniam duas fertur lationes ea, quæ circulum describit, linea. Quãdo quidem igitur in proportione fertur aliqua id, quod fertur, super rectam ferri necesse: & hæc diameter efficitur figuræ, quam faciunt illæ, quæ in huiusmodi proportione coaptãtur, lineæ. Sit enim proportio secũdum quam latum fertur, quã habet AB ad AC: & A quidem feratur versus B, AB vero subter feratur versus MC: latum autem sit A quidem ad D, vbi autem est AB versus E: quoniam igitur lationis erat proportio, quam AB habet ad AC, necesse est & AD ad AE hanc habere proportionẽ. Simile igitur est, pportione paruum quadrilaterum maiori: quam ob rem & eadem illorum est diameter: & A erit ad F.



Eodem etiam ostendetur modo, vbicunq; latio deprehendatur: semper enim supra diametrum erit. Manifestum igitur, quòd id, quod secundum diametrum duabus fertur lationibus, necessario secũdum laterum proportionem fertur. Si enim secundum aliam quampiam, non feretur secundum diametrum. Si autem in nulla feratur proportione secundum duas lationes nullo in tempore, rectam esse lationem est impossibile. Sit enim recta. Posita igitur hac pro diametro, & circumrepletis lateribus, illud quod fertur, secũdum laterum ꝓportionem ferri necesse est: hoc enim demonstratum est prius. non igitur rectam efficiet id, quod secũdum nullam proportionem in nullo fertur tempore. * Si autem secundum quampiam feratur proportionem, & in tempore quopiam, hoc necesse est tempus rectam esse lationem, per ea quæ retro sunt dicta. Quam ob rem circulare est id, quod secundum nullam proportionem nullo in tempore duas fertur lationes.

* Hoc vsq; ad id, per ea quæ retro sũt dicta, ideo asserisco signaui, qm̃ nõ videtur philosophi breuitatẽ contingere. frustra. n. replicat quod dictum est supra, & interijcit cuidam glossulæ simile est, qualia in ipsis cõmentarijs plerisq; alia esse animaduerti pũ.


Quòd quidem igitur ea, quæ circulum describit, duas simul feratur lationes, manifestũ est cum ex istis, tum quia secundum rectũ lata, ad perpendiculum peruenit, vt sit rursus ipsa à centro perpendiculum. Sit circulus ABCD: extremum autem vbi est B, feratur ad ipsum D: peruenit sanè aliquando ad ipsum C. Si quidem igitur in proportione feratur, quã habet BE, EC: fertur vtiq; ꝑm diametrũ vbi BC. nunc autẽ qm̃ in nulla ꝓportiõe, in circũferẽtia certe ferẽ vbi BEC.



Si autem duobus ab eadem potentia latis, hoc quidem plus repellatur, illud vero minꝰ, rationi consentaneum est tardius moueri id, quod plus repellitur, eo quod repellitur minus: quod videtur accidere maiori & minori illarum, quæ ex centro circulos describunt. quoniam enim propius est manenti, eius quę minor est, extremum, quàm id quod est maioris, veluti retractum in contrarium ad medium, tardius fertur minoris extremum. Omni quidem igitur circulum describenti istuc accidit: feruntur q; eam quę secundum naturam est lationem, secundum circunferentiam: illam vero quæ præter naturam, in transuersum, & secundũ centrũ. maiorẽ aũt semper eã, quæ præter naturã est, ipsa minor fertur. quia enim cẽtro est vicinior, quod retrahit, vincit magis: Quòd aũt magis quod præter naturã est mouetur ipsa minor, quàm maior illarũ, quæ ex centro circulos describunt, ex ijs est manifestum. Sit circulus vbi BCDE: et alter in hoc minor vbi MNOP, circa idem centrũ A: & proijciantur diametri in magno quidẽ, in quibus CD, BE, in minori vero ipsæ MO, NP: & altera parte longius quadratum supleatur DKRC: si quidem AB circulum describens ad id perueniet, vnde est egressa, manifestum est, quòd ad ipsam fertur AB. Similiter etiam AM ad ipsam AM perueniet. Tardius autem fertur AM, quàm AB, quemadmodum dictum est: quia maior fit repulsio,

& magis

& magis retrahitur AM. Ducatur igitur ipsa ALF, & ab ipso L perpendiculum ad ipsam AB, ipsa LQ in minore circulo: & rursum ab L ducatur iuxta ABLS, & ST ad ipsam AB perpendiculũ, & ipsa FX: ipsę igitur vbi sunt ST, & LQ, æquales: ipsa ergo BT minor est, quàm MQ. æquales enim rectę lineæ in æqualibus coniectæ circulis perpendiculares diametro, minorem diametri resecãt sectionem in maioribus circulis. est autẽ ipsa STęqualis ipsi LQ. In quanto autem tempore ipsa AL ipsam ML lata est, in tanto temporis spatio in maiori circulo maiorem, quàm sit BS, latum erit extremum ipsius BA.



* etim Latio quidem igitur secundum naturam æqualis: ea autem quæ præter naturam est minor, videlicet BT, quàm MQ. Oportet autem proportionabiliter esse, sicut quod est secundum naturam, ad id quod est secundum naturam, ita quod est præter naturam, ad id quod est præter naturam. maiorem igitur circunferentiam pertransiuit, quàm sit ipsa SB. Necesse autem est ipsam FB in hoc tempore pertransisse. hic enim erit, quando proportionabiliter vtrinque accidit quod est præter naturam, ad id quod est secundum naturam. Si igitur maius est quod est secundum naturam in maiori, & quod est præter naturam, magis vtique hic coincidet vno modo: ita quòd B sit latum per ipsam BF in tanto tempore, in quo M punctum per ipsam ML. hic enim secundum naturam quidem signo B fit XF: est enim ab ipso F perpẽdiculum: præter naturam vero ad ipsam XB. Est autem quemadmodum FX ad XB, sic LQ ad MQ. manifestum autem, si coniungunꝰtur ab ipsa BM ad FL. Si autem minor, aut maior, quàm sit FB, erit illa quam latum est B, non similiter erit, neque proportionabile in vtrisque quod est secundum naturam, ad id quod est præter naturam. Quam igitur ob causam ab eadem potentia celerius fertur id quod plus à centro distat punctum, ex ijs quæ dicta sunt, est manifestum.


Quæstiones.

1 Vr autem maiores libræ exactiores sunt minoribꝰ, palã est ex ijs. Spartum enim fit centrum: id nanque manet. quod autem libræ vtrinque est, exeuntes à cẽtro. Ab eodem igitur pondere citius moueri necesse est extremum libræ, quo plus à sparto discesserit. Et nonnulla quidem in paruis libris imposita non manifesta sensui sunt ponderatio: in magnis autem manifesta. nihil enim prohibet minorem moueri magnitudinem, quàm vt visioni sit manifesta. In magna autem libra idem pondus visibile efficit magnitudo. Quædam vero manifesta quidem sunt in vtrisq;, sed multo magis in maioribꝰ, quoniam multo maior inclinationis fit magnitudo ab eodem põdere in maioribus. Quã ob rem machinantur ij, qui purpuram vendunt, vt pendendo defraudent, tum ad medium spartum non ponentes: tum plumbum in alterutram libræ partem infundentes: aut ligni quod ad radicem vergebat, in eam quam deferri volunt, partem constituentes: aut si nodũ habuerit. ligni enim grauior illa est pars, in qua est radix. nodus vero radix quædã est.

Cur siquidem sursum tuerit spartum, quãdo deorsum lato pondere, quispiam id amouet, rursum ascendit libra: si autem deorsum constitutum fuerit, non ascendit, sed manet?


Exemplaria hic tã ignãde adeo sunt mendosa, vt vix queam ex eis quicquam emendate restituere. ita enim de ꝓpria cõstructione ipsi apparatus loquitur.

An quia sursum quidem sparto existente, plus libræ extra perpendiculum fit: spartum enim est perpendiculum: quare necesse est deorsum ferri id quod plus est, donec ascendat quę bifariam librã diuidit, ad ipsum perpẽdiculum, cùm onus incumbat ad librę partem sursum raptã. Sit libra recta vbi BC, spartum autem AD. hoc igitur deorsum proiecto perpẽdiculum erit vbi ADM. Si igitur in ipso B ponatur onus, B quidem erit vbi E, C aũt vbi H. quam ob rem ea quæ bifariam libram secat, primo quidem erit DM ipsius perpendiculi: incumbente autẽ onere erit DG. quare libræ ipsius vbi EH, quod extra perpendiculum est AM, vbi est PQ, maius est dimidio. Si igitur amoueatur onus ab ipso E, necesse est deorsum ferri H. minus enim est ipsum E. Si quidẽ igitur sursum habuerit spartũ, rursum ꝓpter hoc ascẽdit libra.




Si autem

Si autem deorsum fuerit, id quod substat contrarium facit. plus enim dimidio fit libra, quæ deorsum est pars, quàm quod perpendiculum secet. quapropter non ascendit: eleuata enim pars leuior est. Sit libra recta vbi NC, perpendiculum autem KLM. bifariam igitur secatur KG. Impositio autem onere in ipso N, erit quidem N vbi O, ipsum autem G vbi R, KL autem vbi LP. quare maius est KO, quàm LR, ipso PKL. Et ablato igitur onere, necesse est manere. incumbit enim ceu onus excessius medietatis eius vbi est F.



3 Cur exiguæ vires (quemadmodum à principio dictum est) vecte magna mouent pondera, vectis insuper onus accipientes? cùm facilius sit minorem mouere grauitatem: minor autem est sine vecte. An quoniam ipse vectis est in causa libra existens, spartum inferne habens, in inæqualia diuisa. hypomochlion enim est spartum. ambo nanque stat, vt centrum. quoniam autem ab æquali pondere celerius mouetur maior earum, quæ à centro sunt: duo vero pondera, quod mouet, & quod mouetur: quod igitur motum pondus ad mouens, longitudo patitur ad longitudinem. semper autem quanto ab hypomochlio distabit magis, tanto facilius mouebit. Causa autem est, quæ retro commemorata est: quoniam quæ plus à centro distat, maiorem describit circulum. quare ab eadem potentia plus separabitur mouens illud, quod plus ab hypomochlio distabit. Sit vectis vbi AB, pondus vbi C, quod mouet autem vbi D, hypomochlion vbi E. quod aũt vbi est D mouens, vbi F. motum autem vbi C pondus, vbi G.




4 Cur ij qui in nauis medio sunt remiges, maxime nauem mouent? An quia remus vectis est: hypomochlion autem fit scalmus, stat enim ille: pondus vero mare est, quod propellit remus: vectem autem mouens ipse est remex. Semper autem plus mouet ponderis, quanto magis ab hypomochlio distabit, quicunque id mouet. maior enim ita fit, quæ ex centro. scalmus autem hypomochlion existens, centrum est. In medio autem nauis plurimum remi intus est: illa enim parte latissima est nauis: quare maior vtrinque remi pars vtrorunq; nauis parietum intrinsecus est. Mouetur autem nauis, quoniam appellente ad mare remo, extremum illius quod intus est, in ante promouetur. nauem vero scalmo alligatam simul promoueri contingit, quo remi extremum, vbi enim plurimum maris diuidit remus, eò maxime propelli necesse est. plurimum autem diuidit, vbi pars plurima remi à scalmo est. Et eam ob causam remiges, qui in media sunt naui, mouẽt illam maxime. maxima enim remi pars à scalmo in nauis medio intus est.

5 Cur paruum existens gubernaculum, & in extremo nauigio tantas habet vires, vt ab exiguo temone, & ab hominis vnius viribus alioquin modice vtẽtis, magnæ nauigiorum moueantur moles? An quoniam gubernaculum vectis est: onus autem mare: gubernator vero mouens est. Non autem secundum latitudinem, veluti remus, mare accipit gubernaculum. non enim in ante nauigium mouet, sed ipsum commotum mare accipiẽs inclinat oblique. quoniam enim pondus est mare, contrario innixum modo nauem inclinat. hypomochlion enim in contrarium vertatur: mare vero interius, si illud exterius. illud autem sequitur nauis, quoniam illi est alligata. Et remus quidem secundum latitudinem onus propellens, & ab eodem repulsus, in rectum propellit: gubernaculum autem, vt obliquum iacet, hinc inde in obliquũ motionem facit. In extremo autem, & non in medio iacet, quoniam mouenti facillimum est ab extremo motum mouere. Prima enim pars celerrime fertur: quoniam quemadmodum in ijs quæ feruntur, in fine deficit latio, sic ipsius cõtinui in fine imbecillissima est latio, imbecillissima autem ad expellendum est facilis. Propter hæc igitur in puppi gubernaculum ponitur. Nec minus, quoniam parua ibi motione facta, multo maius interuallum fit in vltimo. quia æqualis angulus semper maiorem spectat: tantoq; magis, quanto maiores fuerint illæ, quæ continent.


Ex ijs

Ex ijs etiam manifestum est, quã ob causam magis in contrarium procedit nauigium, quã remi ipsius palmula. eadem enim magnitudo ijsdem mota viribus, in aere plus, quàm in aqua progreditur. Sit enim AB remus, GVero scalmus: A autem in nauigio sit remi principium, B vero in mari palmula. Si igitur A vbi D translatum est, non erit B vbi E: equalis enim BE ipsi A D. æquale igit translatum erit. sed erat minus. erit igit vbi est F. minor .n. BF, ipsa AD. quare ipsa GF, ipsa DG. similes .n. sunt triãguli. Stãs aũt erit mediũ, vbi est C. in cõtrariũ enim ipsi, qd' in mari est, extremo videlicet B procedit, vbi extremũ in nauigio est A. Nõ procederet aũt vbi ẽ D, nisi cõmoueret nauigiũ, & eò trãsferretur, vbi remi est principiũ.



Eadem elemẽta vtriusq; figuræ deseruiunt.

Id ipsum etiã facit gubernaculum, nisi quòd (vt dictũ est retro) nihil nauigio ad id, quod in ante est, confert, sed solum puppim in obliquum pellit, vbicũq; fuerit. in cõtrariũ enim eo modo vergit prora. Vbi igit applicatum est gubernaculum, id oportet rei motæ, ceu quoddam intelligere medium: & quẽadmodum scalmus remo. Medium autem procedit secundum quòd gubernaculum transfertur. siquidem introrsus agit, & puppis eò trãsfertur. prora vero ad cõtrariũ vergit. in eodẽ enim existẽte prora, totum transferẽ nauigiũ.



6 Cur quanto antenna sublimior fuerit, ijsdem velis, & vento eodem celerius feruntur nauigia? An quia malus quidem fit vectis: hypomochlion vero mali sedes, in qua collocatur: pondus autẽ, quod moueri debet ipsum nauigium: mouens vero is, qui vela tẽdit, spiritus. Si igitur quanto remotius fuerit hypomochlion, facilius eadem potentia & citius idem mouet pondus, altius certe sublata antenna, velum à mali sede, quę hypomochlion est, remotius faciens, id efficiet.

7 Cur quãdo ex puppi nauigare voluerint, non flante ex puppi vento, veli quidem partem, quæ ad gubernatorem vergit, constringunt: illam vero quæ proram versus est, pedẽ facientes relaxant? An quia retrahere quidẽ multo existente vento gubernaculũm nõ potest: pauco autem potest, quem constringũt. Propellit quidem igitur ipse ventus: in puppim vero illum constituit, gubernaculum retrahens, & mare compellens: simul & nautæ ipsi cum vento cõtendunt: in contrariam enim se reclinant partem.

8 Cur ex figurarum genere, quæcunque rotundæ sunt & circinatæ, facilius mouentur? Trifariam autem circulum rotari contingit. aut enim secundum absidem cẽtro simul moto, quẽadmodum palustri vertitur rota: aut circa manens centrum, veluti trochleæ stante centro: aut in paumento manente centro, sicut figuli rota cõuertitur. An celerrima quidem huiusmodi sunt, quoniam parua sui parte planum contingunt, veluti circulus secundum punctum: & quoniam non offensant. a terra enim semotus est angulus. Præterea etiam cui obuiam fiunt corpori, id rursum secundum pusillum tangunt. si autem rectilineum esset, rectitudine sua multum plani cõtingeret. Ad hæc quò nutat pondus, eò motor mouet. cùm igitur ad rectum super plano circuli fuerit diameter, planum secundum punctum contingente circulo æquale vtrinque pondus disterminat diameter. cùm autem mouetur, plus illico, ad quod mouetur, ceu inde nutans, ab impellente facilius in ante mouetur. quò enim vnumquodque vergit, mouetur ex facili: siquidem difficulter ad contrarium nutus sui mouetur modum. Præterea nonnulli autumant quòd circuli linea in perpeti versatur motu, quemadmodum manentia propter contrarium nixum manent: sicut maioribus contingit circulis ad minores. Celerius enim ab æquali mouentur potentia maiores circuli, mouentq; onera, quoniam circuli maioris angulus ad minoris angulum circuli nutum habet quendam: & sicut diameter ad diametrum, ita maior circulus ad minorem. infiniti autem sunt minores. Si autem ad alterum nutum habet circulus, simi lifer est bene mobilis. Et aliam sanè habet inclinationẽ circulus, & ea quæ à circulo mouenẽ, licet planitiẽ abside non

contingat,

contingat, ſed aut iuxta planitiem, aut veluti trocleæ. etenim hoc ſe habentes modo facillime mouentur, & onera commouent. An non quia parua ſui portione cùm tangit, tum offenſat circulus, ſed aliam ob cauſam. ea autem eſt, quæ dicta eſt prius, quòd circulus ſcilicet ex duabus effectus eſt lationibus: quã ob rem illarum alteram pro nutu ſemper habet, & veluti continuo motum illum mouẽt, quicunq; mouent, quando ſecundum circun
10 ferentiam illum mouerint: latam enim ipſam mouent. Eam quidem igitur, quæ in obliquũ eſt motionem, ipſum impellit mouens: ſecundum vero illam, quę ſuper diametrum eſt, ſe ipſum mouet circulus.


9 Cur ea, quæ per maiores circulos tolluntur & trahuntur, facilius & citius moueri cõtingit, veluti maioribus trochleis quam minoribus, & ſcytalis ſimiliter? An quoniam quãto maior fuerit illa quæ à centro eſt, in æquãli tempore maius mouetur ſpatium. Quam ob rem æquali inexiſtẽte onere, idem faciet: quemadmodũ diximus & maiores libras minoribus exactiores eſſe. ſpartum enim in illis centrum eſt: libræ autem vtrinq; partes, quæ ex centro ſunt, exiſtunt.

10 Cur facilius quando ſine pondere eſt, mouetur libra, quàm cùm pondus habet? Similiq; modo rota, & huiuſmodi quippiã, quod grauius quidem eſt, maius autem minore & leuiore? An quia non ſolum in contrarium quod graue eſt, ſed in obliquum etiam difficulter mouetur. In contrarium enim ei, ad quod vergit onus, mouere difficile eſt: quò autem vergit, eſt facile. in obliquum autem haud quaquam vergit.

11 Cur ſuper ſcytalas facilius portantur onera, quàm ſuper currus, cùm tamen ij magnas habeant rotas, illæ vero puſillas? An quoniã in ſcytalis nulla eſt offenſatio, in curribus autem axis eſt, ad quem offẽſant. deſuper enim illum premunt, & lateribus. quod autem eſt in ſcytalis, ad iſthæc duo mouetur, & inferne ſubſtrato ſpatio, & onere ſuperimpoſito. in vtriſque enim ijs reuoluitur locis circulus & motus impellitur.

12 Cur longius ferũtur miſſilia funda, quàm manu miſſa, cùm alioquin proiector manu magis pondus comprehendat, quàm cùm illud luſpendit? Præterea ſic quidem duo mouet pondera, fundæ videlicet, & miſſilis: illo autem modo ſolum miſſile. An quia in funda quidem cõmotum miſſile funditor proijcit: fundam enim circulo ſubinde rotans, id iaculatur: ex manu autem à quiete eſt initium: omnia autem cùm in motu ſunt, quàm cùm quieſcunt, facilius mouentur. An & eam ob cauſam eſt. ſed nec minus etiam, quia in fundæ vſu manus quidem fit centrum: funda vero, quod à centro exit. quanto autem productius fuerit id, quod à centro eſt, tanto citius mouetur. iactus autem qui manu fit, fundæ reſpectu breuis eſt.

Cur circa idẽ iugum maiores collopes facilius, quàm minores mouentur? & itẽ ſuculę, 13
10 quę graciliores ſunt, ab eadẽ vi, cũ craſſiores?



An quia ſucula quidem, & iugum centrũ eſt: prominentes autem longitudines eę, quę ſunt à centro Celerius autem & plus mouentur quæ maiorum ſunt circulorum ab eadem vi, quàm quæ minorum. ab eadem enim vi plus tranſfertur id extremum, quod longius
30 à centro diſtat. Quam ob rem ad iugum quidem inſtrumenta faciunt collopas, quibus facilius verſant: in gracilibus autẽ ſuculis plus fit id, quod extra lignum eſt. hoc autem id efficitur, quod à centro exit.

Cur eiuſdem magnitudinis lignum facilius genu frangitur, ſi quiſpiam æque diductis manibus extrema comprehendens fregerit, quàm ſi iuxta genu: & ſi terræ illud applicans pede ſuperimpoſito, manu longe diducta confregerit, quàm prope? An quia ibi quidem genu centrum eſt, hic vero ipſe pes. quanto autem remotius à centro fuerit, facilius mouetur quodcunque. moueri autem quod frangitur, neceſſe eſt. 14


Cur eæ quæ circa littora appellantur Crocæ, rotunda ſunt figura, cùm alioquin à principio ex magnis ſint lapidibus, oſtreis'ue? An 15
quia ea, quę plus recedunt à medio in motionibus, feruntur celerius. medium enim fit cẽtrum: interuallum vero ea, quę à centro. Sẽper autem maior ab æquali motione maiorem deſcribit circulum: quod autem maius in æquali pertranſit tempore, celerius fertur: quæ autem cælerius ex æquali feruntur ſpatio, vehementius impetunt: quæ autem magis impetũt, impetũtur & magis. quã ob rem

ea quę


ea quę plus à medio diſtant, confringi neceſſe eſt. id autem cùm patiantur, rotunda fieri eſt neceſſarium. Crocis autem propter maris motum, quoniam ſimul cum illo agitantur, in perpeti eſſe accidit motione, eoq; verſatas modo ſemper offenſare. id autem ipſis maxime extremis contingere partibus eſt neceſſe.

16 Cur quanto longiora ſunt ligna, tanto imbecilliora fiunt: & ſi tollantur, inflectũtur magis: tametſi quod breue quidem eſt, ceu bicubitum, fuerit tenue: quod vero cubitorum cẽtum, craſſum? An quia & vectis, & onus, & hypomochlion in leuando ipſa ſit ligni proceritas: prior nanque illius pars ceu hypomochlion fit, quod vero in extremo eſt, pondus. quam ob rẽ quanto extenſius fuerit id, quod ab hypomochlio eſt, tanto inflecti neceſſe eſt magis. quo enim pr̃ ab hypomochlio diſtat, eo magis incuruari neceſſe eſt. neceſſario igitur extrema vectis eleuantur. Si igitur flexilis fuerit vectis, ipſum inflecti magis cùm extollitur neceſſe eſt: quod longis accidit lignis: in breuibus autem quod vltimũ eſt, quieſcenti hypomochlio deprope fit.

17 Cur à paruo exiſtente cuneo magna ſcinduntur põdera, & corporum moles, validaq; fit impreſſio? An quia cuneus duo ſunt vectes ſibi inuicem contrarij: vterque autem & pondus habet, & hypomochlion, quod diuellit, & comprimit. Plagę quinetiam ipſius latio pondus, quod percutit & mouet, magnum facit: & quoniam motum mouet, ipſa celeritate valentius fit. paruo autem exiſtente vecte, magnæ illum conſequuntur vires: quam ob rem vltra magnitudinis decentiam latet mouens, Sit cuneus vbi ABC, quod vero cuneo ſcinditur, DEFG. vectis igitur fit ipſa AB, pondus vero ipſius B inferior pars, hypomochlion autem DG, huic autem contrarius vectis BC. percuſſa igitur AC, vtroque illorum vtitur vecte: ſcindit enim ipſum B.



Cur ſi quiſpiam trochleas cõponens duas 18
in tignis duobus ad ſe inuicẽ iunctis contrario ad trochleas modo circulo funem circumduxerit, cuius alterum quidem caput tignorum appendatur alteri, alterũ vero trochleis ſit innixũ, et à funis initio trahere cœperit, magna trahit põdera, licet ibecilliũ fuerit virũ?




An quia idẽ pondus à minori potẽtia ſi mouetur, vecte medio tranſfertur magis, quàm à manu: trochlea autem idem vecti facit. quã ob rem ſi vna facilius trahet, & ab vnico tractu multo grauius trahet, quàm facere poſſit manus, idipſum duæ trochleæ plus quàm in dupla velocitate leuabunt. Minus enim altera trahit, quàm ſi ipſa p ſe ipſam traheret, quãdo circa alteram iniectus fuerit funis: illa nãque minus etiam pondus effecit. Pariq; modo ſi ad plures iniectus fuerit funis in paucis trochleis, multa fit differentia. quam ob rem à prima pondere quatuor minas trahente, ab vltima trahi multo minus. Et in re ædificatoria faciliter magna mouent pondera. traducunt enim ab vna trochlea ad aliam, & rurſus ab illa ad ſuculas, & vectes. hoc autem idem eſt, ac ſi multas facerent trochleas.

Cur ſi quis ſuper lignum magnam impo- 19
nat ſecurim, deſuperq; illi magnum adijciat pondus, ligni quippiam quod curandum ſit
50 non diuidit: ſi vero ſecurim extollens percuciat, illud ſcindit, cùm alioquin multo minus habeat ponderis id quod percutit, quàm id quod ſuperiacet, & premit? An quia omnia cum motu fiunt: & graue ipſum grauitatis magis aſſumit motum dum mouetur, quàm dum quieſcit. Incumbens igitur connatam grauí motionem non mouetur, mo-


tum vero & ſecundum hanc mouetur, & ſe cundum eam quæ eſt percutientis. Præterea ſecuris ipſa efficitur cuneus, paruus autem exiſtens cuneus magna diuidit, cùm ex duo bus ſit vectibus contrario ad ſeſe inuicem modo conſtitutis.

Cur ſtatera, qua carnes ponderantur, par uo appendiculo magna trutinat onera, cùm alioquin tota dimidiata exiſtat libra? vbi enim onus imponitur, ſolum ſuſpenditur lanx: in altera vero parte, ſola eſt ſtatera.




An quia ſimul libram & vectem ipſam contingit eſſe ſtateram. libram quidem, vbi ſpartorum quodcunq; ſtateræ fit centrum: in altera enim parte lancem, in altera autem pro lance æquipondij appendiculum habet, quod libræ incumbit, ceu ſi quis alteram apponeret lancem, & illi pondus imponeret. manifeſtũ .n. quòd tantundẽ trahit ponderis ei quod in altera iacet lance. Quemadmodum autem ſi vna libra multæ ſint libræ, ſic talia inſunt ſparta multa in eiuſmodi libra: quorum vniuſcuiuſq; quod intrinſecus eſt ad appendiculum, ſtateræ eſt dimidium. & omnino iſtuc libra eſt, vnam quidem habens lancem, in qua põdus appenditur: alteram vero, vbi in ſtatera æquipondium. Quam ob rem appendiculũ ad alteram ſui partem eſt ſtatera. huiuſmodi autem exiſtens multæ ſunt libræ: totq;, quot fuerint ſparta. Semper autem quod lanci pro pinquius eſt ſpartum, appenſoq; oneri, maius trahit pondus: quoniam fit quidem omnis ſtatera inuerſus vectis: hypomochlion nãque vnumquodq; ſpartum ſuperne exiſtẽs: pondus vero id, quod lanci ineſt. Quanto autem productior vectis fuerit longitudo ab ipſo hypomochlio, tãto ibi quidem facilius mouet: hic aũt æquilibriũ facit, pondusq; ſtaterę trutinat, qd' ad æquipõdij vergit appẽdiculũ.

21 Cur Medici facilius dẽtes extrahunt dentiforcipis onere adiecto, quàm ſi ſola vtantur manu? An quia ex manu magis quàm ex dẽtiforcipe lubricus elabitur dens. An ferro id potius accidit, quàm digitis, quoniam vndiq; dentem non comprehendũt: quod mollis digitorum facit caro: adhæret enim, & cõplectit magis. An quia dentiforceps duo contrarij vectes, vnicũ habẽtes hypomochliõ, eiſcilicet inſtrumenti cõnexionẽ. Hoc igitur ad extractionẽ vtũtur organo, vt facilius moueãt. Sit dentiforcipis alterum quidem extremum vbi eſt A: alterum autem quod extrahit, B. vectis autem vbi ADF: alter vero vectis vbi BCE. hypomochlion autem CGD: connexio vero vbi G: dens autem pondus. Vtroque igitur B & F ſimul comprehendentes mouent: quando autem commotus fuerit, facilius manu trahitur, quàm inſtrumento.



Cur nuces abſq; ictu facile confringũt inſtrumentis, quæ ad eum fiunt vſum? multum enim aufertur virium, motiõis ſcilicet, & violentiæ. Præterea duro & graui comprimens inſtrumento citius confringet, quàm ligneo & leui. An quia ſic vtrinq; à duobus comprimitur vectibus ipſa nux: à vecte autem facile diuelluntur onera. id enim inſtrumentum ex duobus componitur vectibus, idem habentibus hypomochlion, cõnexionem videlicet ipſam vbi eſt A. Quemadmodum igitur fuere diductæ ſecundum extrema motis CD ipſæ FE, ſic à parua faciliter potẽtia cõducunt. Quòd igitur cum percuſſione ſeciſſet pondus, id valentiores illa EC, & FD vectes efficiũt. eleuatiõe enim in contrarium elati & comprimentes, frãgunt vbi eſt K. Hanc etiam ob cauſam quanto vicinus fuerit K ipſum A, confringitur celerius: quanto enim ab hypomochlio plus diſtat vectis, facilius & plus mouet ab eadem potẽtia.




Eſt igitur A quidem hypomochlion: ipſa autem DAF vectis: & item ipſa CAE. Quanto igitur ipſum K vicinius fuerit angulo ipſius A, tãto vicinius fit cõnexioni vbi eſt A. hoc autem eſt hypomochlion. Ab eadẽ igitur potẽtia applicante FE plus extolli neceſſe eſt. Quã ob rem quoniam ex contrario eſt eleuatio, neceſſe eſt magis comprimi. quod autem comprimitur magis, citius frangitur.


23 Cur ſi duo extrema in rhõbo puncta duabus ferantur lationibus, haudquaquam æquale vtrunq; eorum pertranſit rectam, ſed multo plus alterum? Idem autem eſt ſermo, cur quod ſuper latus fertur, minus pertranſit, quàm ipſum latus. illud enim diametrum minorem, hoc vero maius latus. & hoc quidem vnica, illud vero duabus fertur lationibus.

Feratur

Feratur enim ex ipſa AB, A quidem ad ipſum B, B vero ad ipſum D eadem celeritate. feratur autẽ & ipſa AB in ipſa AC iuxta CD eadem celeritate cũ illis. neceſſe igitur eſt A quidẽ in ipſa AD diametro ferri, B vero i ipſa BC. & vtrãque ſimul pertranſiſſe, & ipſam AB ipſum latus AC. latum enim ſit ipſum A ipſam AE, AB autem ipſam AF, & proiecta ſit FG iuxta ipſum AB, & ab ipſo E ſimiliter repleatur. Simile igitur fit quod repletum eſt ipſi toti. æqualis igitur AF ipſi AE. ipſa autẽ AB ipſam AF lata erit. in diametro igitur erit ſecundum K. & ſemper neceſſe eſt ipſum ferri ſecũdum diametrum. & ſimul AB latus pertranſit latus AC, et ipſum A diametrum pertranſit AD. Similiter etiam demonſtrabitur & ipſum B in ipſa BC diametro latum. æqualis enim eſt ipſa BE ipſi BG. Repleto igitur ab ipſo G, quod intus eſt, toti eſt ſimile: & ipſum B in ipſa diametro erit ſecundum laterum connexionem. Et ſimul latus pertrãſit latus, & B ipſum BC diametrũ. Simul igitur A multo plus ipſa AB pertranſit: & ipſum latus, minus latus eadem lata celeritate: & ipſum latus maiorem, quàm B, pertraſiuit vna latum latione. Quãto enim acutior fuerit rhombus, diameter quidem minor fit: AC autem maior: latus vero ipſius BC minus. Abſurdum eſt enim (vt dictum) id quod duabus fertur lationibus, aliquando ferri tardius illo, quod ferẽ vnica: & vtriſque poſitis æquali velocitate punctis, alterum pertranſire maiorem. Cauſa autem eſt, quoniam ei quod ab obtuſo fertur angulo, ambæ ferè contrariæ fiunt lationes, & illa ſecundum quam ipſum fertur, & illa ſecundum quam ipſum à latere defertur. Ei autem quod ab acuto fertur, accidit vt ad idẽ feratur. coadiuuat enim quæ ipſius eſt lateris, illam quæ eſt ſuper diametrum. & quanto hunc quidem acutiorem feceris, illum vero obtuſum magis: hæc quidem tardior erit, illa vero celerior. Hæ quidem igitur magis contrariæ fiunt, quoniam obtuſior fit angulus: illę vero ad idem magis, quoniam lineæ coarctantur: ipſum enim A ferè ad idem fertur ſecundum ambas lationes. Coadiuuatur igitur altera: & quanto ſanè acutior fuerit angulus, tanto magis ipſum A ad contrarium. ipſum enim ad B fertur: latus autem defert ipſum ad D. Et quanto ſane obtuſior fuerit angulus, magis contrariæ fiunt lationes: rectior enim efficitur linea. ſi autem omnino recta fieret, penitus vtique eſſent contrariæ. latus vero ſecundum vnicam latum lationem à nullo præpeditur: rationabiliter igitur maiorem pertranſit.



24 Dubitatur quam ob cauſam maior circulus æqualem minori circulo conuoluitur lineam, quando circa idem centrum fuerint poſiti: ſeorſum autem reuoluti, quemadmodum alterius magnitudo ad magnitudinem ſe habet alterius, ſic & illorum ad ſe inuicem fiunt lineæ. Præterea vno etiam & eodem vtriſque exiſtente centro, aliquando quidem tanta fit linea, quam conuoluuntur, quandoque vero quantam maior. Quòd quidem igitur maiorem conuoluitur maior, manifeſtum eſt. angulus enim ſenſu videtur eſſe cuiuſque circunferentia propriæ diametri, maioris circuli maior, minoris minor. quam ob rem eandem habebunt proportionem ſecũdum ſenſum ad ſe lineæ, ſecundum quas fuerint conuoluti. Verum enimuero quòd etiã æqualem conuoluuntur, quando circa idem fuerint poſiti centrum, manifeſtum eſt: & ſic fiunt aliquando quidem æquales lineæ, ſecundum quam maior conuoluitur circulus, aliquando vero ſecundum quam minor. Sit enim circulus maior quidẽ vbi DFC: minor vero vbi EGB: vtriſque autem centrum A. Et quam quidẽ per ſe magnus cõuoluitur, ſit vbi FI: quam vero per ſe minor vbi GK, æqualis A. Si igitur minorem mouero, idem mouens centrum vbi A, maior autem ſit annexus, quãdo igitur AB fuerit recta ad ipſam GK, ſimul & AC fit recta ad ipſam FI. quam ob rem æqualem ſemper translata erit ipſam quidem GK, vbi eſt GB circunferentia: ipſam vero FL, quæ eſt vbi FC. Si autem quarta pars æqualem conuoluitur, manifeſtum eſt quòd totus circulus toti circulo æqualem conuoluetur. quare quando BG linea ad ipſum puenerit K, & ipſa FC circũferẽtia erit in ipſa CL: & vniuerſus erit cõuolutus circulus. Similiq; mõ ſi magnũ mouero, illi puũ annectẽs, eodẽ exiſtẽte cẽtro, ſimul cũ AC ipſa AH




perpendiculum & recta erit: hæc quidem ad ipſam FI, illa vero ad GM. Quam ob rẽ quando hæc quidem æqualem ipſi GM pertranſiuerit, illa vero ipſi FI, & rurſum tacta fuerit recta ipſa FA ad ipſam FL, & ipſa AC rurſum recta, velut à principio erant in ipſis MI. Hoc autem neque aliqua intercedente mora maioris ad minorẽ, vt ſcilicet per aliquod temporis ſpatium ſtaret in eodem puncto: neque tranſiliente minore aliquod punctum, maiorem quidem æqualem minori pertranſire, hunc autem maiori, abſurdum eſt.

Præterea vnica etiam ſemper exiſtente motione, centrum motum interdum quidem magnam, nonnunquam vero minotem conuerti, admirandum eſt. Idem enim celeritate eadem latum æqualem natum hoc eſt pertrãſire: eadem autem celeritate vtroque modo æqualem licet mouere. Principium autem ſumendum eſt circa iſtorum cauſam, quòd eadem potentia & æqualis hanc quidem tardius mouet magnitudinem, illam vero celerius. Si enim fuerit quippiam, quod a ſeipſo moueri natum non ſit, ſi ſimul & illud mouerit, quod natum eſt moueri, tardius mouebitur, quàm ſi ipſum per ſe moueretur. Et ſi quidem natum fuerit moueri, non ſimul autem moueatur, ſimiliter ſe habebit. Et impoſſibile certe eſt plus moueri, quàm mouens: non enim ſuam ipſius mouetur motionem. Si igitur circulus maior vbi A, minor autem vbi B, ſi minor maiorem impelleret nõ reuolutum ex ſe, manifeſtum eſt quòd tantum ipſius rectæ maior pertranſit, quantũ eſt impulſus: tãtum autem eſt impulſus, quãtum paruus eſt motus: æqualem igitur ipſius rectæ pertranſiuerunt. Neceſſe igitur eſt ſi reuolutus minor maiorem impellet, reuolui ſimul cum impulſione: tantum autem quantũ minor reuolutus eſt, ſi nihil ipſe ſuiipſius motione mouetur. Quomodo enim, & quãtum mouit, tantum motum eſſe neceſſe eſt, quod mouetur ab illo: ſed profecto paruus circulus tantum ſeipſum circulariter mouit, quãtum eſt pedalis quantitas: (tantum enim ſit id quod motus eſt) & magnus igitur tãtũ motus erit. Similiq; modo ſi magnus paruũ mouebit, motus erit paruus, quẽadmodũ maior. Per ſe autem motus illorum vtrumlibet, ſiue celeriter, ſeu tarde eadem velocitate, ſtatim quantum maior natus eſt circũferri lineam: quod difficultatem facit, quod non ſimiliter faciunt, quando fuerint connexi. hoc autem eſt, ſi alter ab altero moueatur, non quam natus eſt, neque peculiarem motionem. Nihil enim refert circumponere, & annectere, aut coniungere vtrumlibet alteri, ſimiliter enim quãdo hic quidem mouet, ille vero mouetur ab iſto, quantum vtiq; mouerit alter, tantum alter mouebitur. Quãdo quidem igitur adiacens mouerit, aut propenſus, non ſemper cõuoluitur: quando vero circa idem poſiti fuerint cẽtrum, alterum ab altero ſemper cõuolui neceſſe eſt. Sed nihilominus non ſuam ipſius motionem mouetur alter, ſed veluti nullam haberet motionem: & ſi habuerit, illa autem non vtatur, tantundem accidit. Quando quidem igitur magnus mouerit ſibi alligatũ paruum, paruus mouetur quãtum ille: quãdo autem paruus, rurſus magnus quantum iſte: ſeparatus autem vterq; ſeipſum mouet.

Quòd autem eodem exiſtente centro, & mouente eadem velocitate, inæqualem illos pertranſire lineam, paralogiſmo ſophiſtice vtitur is, qui dubitat. idem enim ambobus eſt centrum, verum per accidens, veluti muſi cum & album. eſſe enim vtriuſq; circuli centro non eodem vtitur. Quando quidem igitur mouens fuerit paruus, vt illius centrum & principium: quando vero magnus, vt illius. non igitur idem ſimpliciter mouet, ſed eſt quo modo.


Cur lectulorũ ſpondas ſecũdum duplam faciunt proportionem, hanc quidem ſex pedum, vel paulo ampliorẽ, illã vero triũ? cur uenõ ſecũdũ diametrũ illos reſtibus extẽdunt?




An tantos quidem magnitudine faciunt, vt corporibus ſint proportionem habentes: fiunt enim ſic ſecundum ſpondas dupli, longitudine quidem cubitorum quatuor, latitudine vero duorum. Extendunt autem illos non ſecundum diametrum, ſed ex oppoſito, vt & ligna minus diſtrahantur. celleríme enim ſcinduntur ſecundum naturam diuiſa, & eodem modo diſtenta laborant maxime. Amplius, quoniam opus eſt, vt reſtes ponderibus ferre poſſint, ſic certe pondere impoſito minus laborabunt, ſi tranſuerſim, quàm ſi oblique extendantur. Præterea hoc etiam modo minus abſumitur reſtium. Sit enim lectulus AFGK, & bifariam diuidatur ipſa FG ſecundum B, æqualia certe foramina ſunt in ipſa FB, & in ipſa FA. latera enim ſunt æqualia. nam totum FG duplum eſt.

Extendunt


Extendunt autem, vt deſcriptum eſt, ab ipſo A ad ipſum B. ita vbi eſt C, ita vbi eſt D: ita vbi H, poſtea vbi E, & eodem ſemper modo, donec ad angulum peruenerint alium.




Duo enim anguli reſtis habent capita. æquales autem ſunt reſtes ſecundum curuaturas, videlicet AB, & BC ipſis CD, & DH, & aliæ ſimili ſe habent modo, quoniam eadem demonſtratio. ipſa enim AB æqualis eſt ipſi HE: æqualia enim ſunt latera ſpatij BG, MA, & foramina æque diſtant. ipſa autẽ BG æqualis eſt ipſi MA: angulus enim B æqualis eſt angulo C: in æqualibus enim hic quidem intus, ille vero extra. & B quidem eſt ſemirectus: eſt enim FB æqualis ipſi FA: & angulus vbi F, rectus eſt. B autem angulus æqualis ei vbi eſt G: quoniam quadratum altera parte longius duplum eſt: & ad medium eſt curuatura. quam ob rem AD ipſi EG eſt æqualis: huic vero ipſa HM. Similiq; modo demonſtrantur aliæ, quoniam æquales ſunt duę, quę ſecũdum curuaturas ſunt, duabus. Quare manifeſtum eſt, quòd tot ſunt reſtes in lectulo, quot ſunt quatuor, ſicut AB. Quanta autem foraminum eſt multitudo in ipſo FG latere, & in eius dimidio FB eſt medietas. Quam ob rem in dimiato lectulo tantæ reſtium magnitudines erunt, quantum eſt AB: multitudine vero tot, quot in BG ſunt foramina. Hoc autẽ nihil refert dicere, quàm quot ſunt in ipſis AF & BF ſimul ſumptis.




Si aũt ſecundum diametrum extendantur reſtes, quemadmodum ſe habet in lectulo AB CD, dimidia nõ tot ſunt, quot amborum latera FA FG. æqualia autem, quot in ipſis FB, FA, ſunt foramina: maiores autem ſunt ipſæ AF, BF, duæ exiſtentes, quàm AB. quare reſtis in tantum maior, quantum ambo latera diametro ſunt maiora.




Cur difficilius eſt longa ligna ab extremo ſuper humeros ferre, quam ſecundum medium, æquali exiſtente pondere? An quia vibrato ligno ipſum extremum prohibet ferre vibratione magis retrahens lationem. An quoniam licet nihil inflectatur, neque multã habeat longitudinem, difficilius tamen ad ferendum eſt ab extremo, quoniam facilius ex medio eleuatur, quàm ab extremo, & ideo ſic ferre eſt facilius. Cauſa autem, quoniam ſecundum medium quidem eleuato ligno, ſemper ſeſe inuicem ſuſpendunt extrema, & altera pars alteram bene ſubleuat. mediũ enim veluti centrum ſit, vbi habet is, qui eleuat, aut fert. Extremorum igitur vtrunque deorſum vergens, ſurſum ſuſpenditur. quòd ſi ab extremo eleuetur, aut feratur, non ſane facit: ſed vniuerſum pondus ad vnum vergit medium, quo eleuatur, aut fertur. Sit medium vbi A, extrema B C. Eleuato igitur aut portato ſecundum A, ipſum quidem B deorſum nutans, ſurſum eleuat C: ipſum autem C deorſum nutans, B ſurſum eleuat: ambo autem ſurſum eleuata hoc faciunt.



Cur ſi valde procerum fuerit idem pondus, difficilius ſuper humeros geſtatur, etiã ſi medium quiſpiam illud ferat, quàm ſi breuius ſit? Quod enim dudum dictum eſt, cauſa non eſt: ſed vibratio nunc eſt cauſa. quando enim productius fuerit, vibrantur extrema; quam ob rem contingit portantem difficilius geſtare. Vibrationis autem cauſa eſt, quoniam ab eadem motione magis transferuntur extrema, quanto procerius fuerit lignum. Humerus quidem ſit centrum vbi A: manet enim is. ipſæ autem AB, AC, quæ ſunt ex centro. quanto autem maius fuerit id, quod ex centro eſt, ſiue AB, ſeu AC, plus transfertur ſpatij. Demonſtratum autem eſt hoc prius.




28 Cur iuxta puteos celonia faciunt eo quo viſuntur modo: ligno enim plumbi ad iungunt pondus: cùm alioquin vas ipſum & plenum, & vacuum pondus habeat?



An quoniã duobus temporibus hauriendi, diuſſo opere, (intingere.n. oportet, & id ſurſum trahere) continget demittere quidẽ vacuũ facſiliter, trahere vero plenum difficulter. Cõmodum igitur eſt paulo tardius illud demittere, cùm multo leuius effectũ ſuſtollat põdus. id aũt facit in extremo celonio adiunctũ plũbum, aut lapis. demittenti quidem maius fit pondus, quã ſi ſolũmodo vacuũ oporteret demittere: cũ vero plenũ fuerit, ſurſum id rapit plumbũ, aut quicquid illi ponderis inerit. Quã ob rẽ facilliora hoc mõ ambo ſunt, q̃ illo


29 Cur quãdo ſup ligno, aut huiuſmodi quopiã duo portauerint hoies æquale põdus, nõ ſimiliter premuntur, ſi ad vnũ non declinet põdus, ſed magis, q̃to viciniꝰ fuerit geſtãtibꝰ?



An quoniã vectis quidẽ lignũ efficitur, pondus vero hypomochlion: qui aũt propior eſt ponderi ex iis qui illud geſtant, id quod mouetur: alter vero portantium, quod mouet. Quãto igitur plus diſtat à pondere, tanto facilius mouet, et alterũ premit magis infertius, veluti cõtranitente pondere impoſito, quod hypomochlion factũ eſt. Si autẽ in medio inerit põdus, nihilo magis alter alteri ſit põdus, aut mouet: ſed eodẽ modo alteri alter ſit pondus.

30 Cur ſurgentes oẽs, femori crus ad acutum conſtituẽtes angulum, & thoraci ſimiliter ſurgunt? quòd ſi non, haudquaquã ſurgere poterunt. An quia id, quod æquale eſt, qetis vbiq; eſt cauſa: rectus aũt angulus equalitatis eſt, ſtationemq; facit: quã ob rẽ ad ſimiles fertur angulos ipſi terræ circũferentię: nõ enim quod ad rectum eſt ipſi pauimẽto. An quoniã ſurgens fit rectus, ſtantẽ vero neceſſe eſt perpẽdiculũ eſſe ad terram. ſiquidẽ igitur ad rectũ debet eſſe, hoc aũt eſt caput ſecundũ

16 pedes habere, & fieri oportet cùm ſurgit. Qñ quidem igitur fuerit ſedens, ſecũdũ paralellũ pedes habet & caput, & non in æquali.



Caput ſit A, thorax AB, femur BC, crura CD. ad rectum aũt fit & thorax vbi AB, ipſi femori, et crura femur. ſic ſedente. quã ob rẽ eo ſe habentẽ mo-

20 do ſurgere eſt impoſſibile. neceſſe aũt eſt crus reclinare, pedesq; cõſtituere ſub capite. hoc autem erit, ſi CD fiet, vbi CF, & ſi mul ſurgere cõtinget, & in eadẽ æquali habere caput & pedes. ipſa aũt CF acutum facit angulum ad ipſam BC.

Cur facilius mouetur cõmotũ, quàm manẽs? veluti curꝰ citius cõmotos agitãt, quàm 31
moueri incipientes. An quia difficillimũ eſt pondus mouere, quod in cõtrariũ mouet. aufert.n. quiddã ex motoris potẽtia, licet multo ſit velocior: neceſſe nanq; eſt tardiorẽ eſſe impulſionẽ illius quod repellitur. Secũdo aũt loco ſi quieuerit: reſiſtit. n. ipſum quieſcẽs. Qd aũt mouet ad id ipſum, ad quod impellit, impellenti ſimile facit, ceu ſi quiſpiam mouẽtis potẽtiã, & celeritatẽ augeret. quod enim ab illo pateret, vtiq; ipſum facit ex ſe cõmotum.

Cur ea quę proijciunt, ceſſant à latiõe? An 32
quia impellens deſinit potentia, vel pp retractionem, vel ppter rei proiectæ inclinationẽ, qñ ea valentior fuerit, quàm pijcientis vires. Aut iſthęc ambigere, principium relinquentes, abſurdum eſt.


Cur quippiã nõ peculiarẽ ſibi ferẽ latiõnẽ, 33
impulſore alioquin nõ cõſequẽte? An videlicet quoniã primũ id efficit, vt alterũ impellat? illudq; rurſum, vt alterũ. Ceſſat aũt qñ nõ poteſt amplius facere primũ impellens id qd fertur, vt ipellat: & qñ ipſi⁹ lati grauitas nutu ſuo declinat magis, q̃ ipellẽtis in ante ſit potẽtia.

Cur neque parua valde, neque magna longe proijci queunt, ſed commenſurationem 34
quãdã illa habere oportet ad id, qd proijcit?

An

An quia neceſſe eſt quod proijcitur, et impellitur, contraniti ei vnde impellitur. quod autem magnitudine ſua nihil cedit, aut imbecillitate nihil contranititur, non efficit proiectionem, neq; impulſionem. Quod enim multo impellentis excedit vires, haudquaquam cedit: quod vero multo eſt imbecillius, nihil cõtranititur. An quia tantum fertur id quod fertur, quantum aeris mouerit ad profundum: quod autem non mouetur, neque mouebit quippiam. accidit autem illis ambo iſthæc habere. Valde enim magnum, & valde paruũ, ceu non mota exiſtunt: alterum nanq; nihil mouet, alterum vero nihil mouetur.

8 Cur ea quæ in vorticoſis feruntur aquis, ad medium tandem aguntur omnia?



35

An ga magnitudinẽ habet quodcũq; fertur: quã ob rẽ illius extrema in duobus ſunt circulis, hoc quidem minori, illo vero maiori: quare maior diſtrahit, quoniam celerius fertur, et tranſuerſum impellit illud ad minorem. quoniam autem id quod fertur, latitudinem habet, & iſte rurſus idem efficit, et ad interiorem propellit, donec ad medium perueniat. An quia quod fertur, ſimili ſe habet modo ad omnes circulos propter medium. medium enim in vnoquoque circulo æqualiter diſtat. An quia quorum quidem circumactæ aquæ latio non ſuperior propter magnitudinem, ſed grauitate ſua circuli celeritatem excellunt, ea

10 neceſſe eſt relinqui, & tardius ferri tardius autem minor circulus fertur. non idem enim in tempore æquali magnus cum paruo reuoluitur circulus, quando circa idem fuerint medium. quam ob rem in minori circulo relinqui eſt neceſſe, donec ad medium perueniãt. Quorumcunq; autem ſuperior à principio fuerit latio, ea finiens idem efficiet. oportet enim hunc quidem ſtatim, alterum vero celeritate ſuperare grauitatem. quam ob rem ad

20 interiorem ſemper circulũ relinquet quodcunq;. Neceſſe enim eſt quod nõ ſuperatur, aut in exteriori, aut in interiori moueri: in illo autem in quo eſt, impoſſibile eſt ferri, quod non ſuperatur: adhuc vero minus in exteriori: celerior enim exterioris circuli eſt latio: reſtat igitur, vt id, quod non ſuperatur, ad interiorem trãsferatur. ſemper autẽ vnumquodque proficit, vt non ſuperetur. Quoniam vero peruenire ad medium, finem quidem efficit vt quippiã non moueat: ſtat autem ſolummodo ipſum centrum: ad hoc ſanè omnia cõgregari neceſſe eſt.

30

Mechanicarum quæſtionum finis.

ARISTOTELIS
LIBER DE MVNDO,
Gulielmo Budæo interprete.

Proœmium. Cap. I.

Liber hic ſi Stagiritæ dotrinã, phrãſimq; nõ ſapit, vt fama eſt) illũ forte edidit, qui & Rhetoricam ad Alexandrum.

MIhi quidem ſæpe diuina quædam res, Alexander, admirationeq; digna viſa eſt Philoſophia: præcipue vero ea in parte, in qua ſola ipſa ſublime ſeſe tollens ad contẽplãdas rerum naturas, magno illic ſtudio contendit exiſtentem in eis veritatem pernoſcere. Et cùm cæteri quidem mortales altitudine ipſa rei, atq; magnitudine deterriti, eo inſtituto abſceſſiſſent, dignum id in cœptum eſſe duxit Philoſophia, quod intrepide ipſa nec dubitanter aggrederetur, Earũ etiam rerum diſciplinam ſibi tum cognatiſſimam, tum maxime decoram arbitrata eſt. Si quidem cùm per rerum naturam negatum hoc eſſet homini, cœleſtẽ vt in locum corpore ſeſe conferret, vtq; veluti è terra peregre proficiſcens, locum illum oculis perluſtraret, id quod ſtolidi illi Aloidę quõdam facere inſtituerunt: eo factum eſt, animus vt human⁹ huius vię ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euenit, viam cum inueniſſet Philoſophia latſitudinis vacuam atq; laboris, res vt inter ſe ſitu longiſſime ſeiunctas vna intelligentia cõplectereturi facile nimirum eas res noſcitans, queis cum ſibi naturalis intercedit neceſſitudo. Eadẽ etiam cùm diuino animæ oculo diuinarum rerum naturam comprehenderet, hominib⁹ ſubinde ea interpretari cœpit, quaſiq; antiſtitis officio pertungu. Id nihilõs Philoſophia faciendũ ſuſceperat, vt quas res cunque præcipuæ commẽdationis eſſe exiſtimaſſet, eas quoad eius fieri poſſet, inter hos mortales erogaret, quibus vtiq; ipſis abunde, atq; prolixe conſultum ipſa cupiebat. Quapropter iſtos miſerari quiuis iure poſſit, vt puſilli animi ſcriptores, res quaslibet, vulgeq; expoſitas ſumma admiratione proſecutos, qui nobis vnius loci naturam, aut vrbis cuiuſdã formam ſitumq;, aut magnitudinem fluminis, aut denicq; amœni montis aſpectum deſcribere inſtituerunt: cum interim magnifice de ſemetipſis ſentiãt, ob exilem quampiam naturæ perceptionem. Quamodi nonnulli magno illi quidem ſtudio fecerunt, accuſata vt dictione deſcriberent, hic Oſſam montem, ille Nyſſam, alij Coryceum ſpecum; alij quidquis eorum, quæ inter orbis particulas cenſentur. Id quod ideo euenit, quòd illis maiora vidiſſe non contingit, mundum ſcilicet & præcipuas eius partes. Haudquaquam enim illi tantopere quęlibet admirarẽtur, ſi hiſce cõtemplandis incubuiſſent legitima contentione: omnia vero et parua, & floccifacienda duxiſſent, duntaxat præut horum extat excellẽtia. Proinde dicere ipſi aggrediamur de ijs omnibus vniuerſum collectis, quamq; fieri poteſt maxime, theologica commentatione editſerere, quæ nam ſit cuiuſq; horum natura, ſitus, motus. Tibi vero, vtpote imperatorũ præſtantiſſimo, hoc quoque decorum cõſentaneumq; eſſe arbitror, cum maximarum rerum commentationem animo conſectari, tũ vero ex Philoſophiæ ſtudio nihil iam nõ grãde animo agitare, optimates etiam viros ijs rebus inuitare, quibus rebus ipſi ab eadem munifice prædito eſſe contingit.

De Mundi partibus, ac ipſarum inter ſe ordine Cap. II.

Mundus. MVndus eſt compages è cœlo terraq; coagmẽtata, atque ex ijs naturis, quę inter ea continentur. Dicitur etiam aliter mũdus, ordo & digeſtio vniuerſorũ, quæ à Deo, & per Deum adſeruatur. Huius ſitum mediũ immotum & ſtabilem Terra vitæ fœcũditate prædita, ſortita eſt: animantium quidem illa omnifariam diſtinctarum ſedes & parens. Huius vniuerſitatis ſuprema pars omnis omnem in partem finita eſt, & terminata. Cuius id quod in celſiſſimo loco ſitum eſt, Cœlum dicitur, dei domicilium. Hoc cùm diuinis corporibus plenum ſit, quæ Sidera nos appellare ſolemus, motuq; ſempiterno agatur vno circum actu, orbiſq; ductu eodem, perrenni vtique in æuum tenore rapta ſecum illa circumagit corpora ad numerum, in moremq; præſultoris. Vniuerſi autem mundi cœliq; globoſa, vt dictum eſt, forma cõpacti, iugiq; vertigine exagitati, duo eſſe puncta neceſſe eſt inter ſe è regione obuerſa: eadem atque ſi globus in torno ei cumagatur, ſtabilia quidẽ illa, globumq; continentia: circa quæ mund⁹ vniuerſus vertitur. hos Vertices appellant, aut Cardines. Per quos ſi lineam rectam ab vno ad alterum porrectã intellexeris, quam nonnulli Axem vocitant, erit hæc vtique mũdo linea dimetiẽs, ita vt terram in medio, amboſ autem cardines habeat p terminis. Qui cùm ipſi fixi ſint & immoti, alter eorum ſemper ſublimis apparet ſuper verticem, ad tra-

Terra.

Cœlum.

Sidera.

Vertices & Cardines.

Axis.

ctum

ctum cœli aquiſonarem': ab Vrſa appellatus Arcticus. At infra terram alter ſemper conditus circa tractum auſtralẽ, Antarcticus dictus eſt, vt contrarius arctico. Cœli porro ſiderumq; ſubſtantiam appellamus Aetherẽ: nõ quidem ideo, quòd ignita flagret ipſa, vt alij qui cenſuerunt, (plurimum vtiq; aberrantes circa potentiam illam maxime ab ignea natura abhorrentem) origine vero huius vocabuli inde ducta, quòd ſemp æther currat motu circũductili, cùm ſit illud elemẽtum à quatuor illis diuerſum: tum diuinum, tum interitus expers. Eorum vero ſiderum, quæ intus cohibẽtur, ea quæ errationis neſcia ſunt, cum cœlo circũferuntur, eaſdem vtiq; ſedes, poſitusq; eoſdem tenentia. Quorum medius circulus (cui ſignifero nomen eſt) duos per orbes tranſuerſus cœlum cingit, qui à conuerſionibus ipſi ſolis, Tropici quaſi conuerſiones appellati ſunt, in duodecim ille quidem regiones totidem ſignorum diuiſus. At vero quæ erratica dicuntur, nec eadem ipſa celeritate cũ prioribus moueri ſuapte naturã comparata ſunt, nec inter ſe inuicẽ: ſed in alijs atq; alijs orbibus, ita vt orbium ipſorum partim propius terrã accedãt, partim ſublime ferantur. Et ſtatariorum quidẽ numerus iniri prorſus nequit ab hominibus: tameſi omnia eadem in ſuperficie moueantur, quæ vnica eſt totius cœli. At vero errabũdorum numerus ſeptenario collectus, in totidem orbibus ſitus eſt deinceps ſubſtitutis, ita vt ſubide inferior ſuperiore minor ſit, ſeptemq; orbes ſeſe complectentes inuicem atq; coercentes, à globo deniq; ſiderum inerrantiũ comprehendãtur. Huic porro globo contiguam habet ſemper poſituram, Phœnontis ſimul, & Saturni circuſ dictus. Cui proximus eſt Phaethõtis, qui et Iouis appellatur. Poſt hũc ſequitur Pyroïs, Herculis idem, Martisq; appellatus. Ab hoc rurſus eſt Stilbon, qui ſacer Mercurio eſſe creditur, à nonnullis etiam Apollini, ſecundum quem Luciferi orbis eſt: quem Veneris nonnulli orbem, quidam lunonis vocant. Ab eo eſt orbis Solis. Et deniq; Lunę nobis citimus, ad terrã vſq; fines ſuos proferẽs. Aether vero cùm diuina contineat corpora, ratas etiam vices motuum cõplectitur. At vero ætheriæ diuinæq; naturæ (quã certa lege conſtare demonſtrauimus, conſtitutisq; vicibus, mutabilitatis etiam immunẽ, atq; in altã aliamq; ſpeciem conuerſionis) confinis eſt natura patibilis prorſus & vertibilis, atq; (vt in vniuerſum dicã) ſolubilis, & obnoxia. Cuius etiam ipſius principia obtinet ſubſtantia tenuitate particularum prædita, flãmuliſq; ignita, quas

Arcticus.

Antarctic⁹.

Aether.

ἀεὶθῃ ὁ αἰθὴρ θέων.

Stellę fixæ.

Signifer.

Tropici.

Planetæ.

Aether.

Planetarum nomina, & poſituræ.

ætherea natura magnitudine ſua excitat, & motus celeritate. Iam vero in natura ipſa ignita, eademq; incondita appellata atq; incomposita, tũ fulgores emicant, & iacula tranſiuntur flagrantia: tum trapeculæ, foueæ, & criſtæ fixæ viſuntur, & ſæpe reſtinguuntur.

Aer. Hãc naturã excipit Aer illi ſubſtratus: ſuopte ille quidem ingenio, caligine, et gelu permixtus, cæterum illuſtratus agitatione atq; ſuccenſus: vnde calorem concipit & claritatem. In hoc autẽ ipſo vim patibilem ſortito, omniſariãq; in aliam aliamq; naturam commeare natura comparato, nubes concreſcũt, imbres cum ſtrepitu decidunt, niues, pruinę, & grandines: flatus etiam ventorum tempeſtatumq; cienẽ: ſimul tonitrua & fulgetra exiſtunt: fulmina inde caſtant: ſexcentæ deniq; ibidem conflictationes aerię opacitatis fiunt.

Terra. Ab aeria porrò natura, Terra protinus, & Mare ſitum habent fixum, & affirmatũ, ſtirpibus illa quidem animantibusq; ſcatens: tonitibus etiam & fluminibus, partim per ipſam lapſus ſuos implicantibus, partim aquas ſuas in mare eructantibus. Inſuper ipſa diſtincta, ſimul innumerarum herbarum indidem enaſcẽtium varietate, fructificantiũq; ſimul montium verticibus, nemorum opacitatibus, vrbiumq; frequentia, quas animantes ſapiẽtiæ participes, homines ſcilicet, condiderũt: inſuperq; inſulis maritimis, atq; continentibus.

Orbis terrarum diuiſio. Orbem vero terrarum, hominũ ferè ſermo in inſulas diuiſit & continentes, ſcilicet ignorantium vniuerſam ipſam terram inſulã eſſe vnicã, Atlantici maris ambitu circundatam. Multas autem, & alias lõge quidem illas ſumotaſq;, ſed tamen veluti diriment freto, huic ipſi eſſe obuerſas nõ abſimile veri eſt, partim hac maiores, partim etiam minores, ſed quarum nulla præter eã ſub proſpectũ noſtrum ſita ſit. Nam quod inſulis noſtris accidit, vndiq; vt noſtra maria eas alluant, idẽ orbi quoque huic contigit, rationẽ inſulæ vt obtineat Atlantico mari cinctæ. Complures item alij terrarum orbes eadem poſitura conſtantes, inſulæ naturam habent in vniuerſo mari ſitę: quod latiſſime patet: eorumq; nonnulli prægrandes, prægrandibus quoq; ipſis maribus circũfuſis. Enimuero humoris vniuerſi naturam finitimã merito eſſe cenſeas naturæ animabili, & aeriæ, ita vt ipſa innatabunda exiſtere terram faciat per quaſdam ſaxoſas eminẽtias, quas habitabiles vocamus: poſtquam protinus in imis mundi partibus & ſummerſis, atq; in medio maxime mũdi vniuerſa iam terra ſtabiliter defixa compreſſaq; ita conſtitit, vt imota permaneat, atq; illabefactabilis.

Plures terrarum orbes.

A ep

Vniuersitas inferna. Quinq; elementa.

Atq; hæc est mundi vniuersitas, quam inferna appellamus. Quinq; igitur hęc elementa in regionibus totidem globose incubãtia, mundum ipsum ita totum coagmentarunt, minor vt deinceps atq; minor regio a maiore cohibeatur: terra vel (gratia) vt ab aquæ globo, aqua ab aere, hic ab igne, ab ætheris deniq; globo ignis coerceatur: cùm interim supremam regionem, Deorum fecerint domicilium intimam mortalium in diem victũ. Huius porrò quod liquore cõstat, flumina & scaturigines, & maria vocare consueuimus: quod aridum est, terram & continentes insulasq; appellamus. Insularum nonnullæ grandes sunt, veluti hęc cuncta habitabilis a nobis tam dicta est, aliæq; quas ingentia maria vndiq; ambiunt circunfluis: aliæ minores nobis notæ & intestinæ. Quarũ rursus quædam memorabiles, vt Sicilia, Sardinia, Cyrnus, Creta, Lubœa, Cyprus, & Lesbos: quædam longe exteriores, tum Cyclades, tum Sporades, tum aliæ aliis nominibus nuncupatæ. Porro autem pelagus, quod extra orbem nobis habitatum fusum est, & Atlanticum dicitur, et Oceanus: quo ipsi circumluimur. Quum faucibus (vt aiunt) angustis, quæ vergunt ad occidentem veluti via patefacta, qua parte Herculis columnæ vocitatæ sunt, chaos fluxu irrumpens mare interius effecit, terme vt dicere cum poetis in portũ se recipere. sensim deinde amplior infundatur: fiunt interea ingentes complectens inter se contingentes, angustus etiam cernuibus in fauces tese comprimens, vicissimq; latus expatians. Ac primum quidem insum in dicitur dextrorsus ab Herculis columnis intro mugientibus, circa Syrtes. vtranq; Syrtim, alterum earum magnam parvam alteram vocant. At ceteram partem non tam idem tui totum mundans, effecit tria maria, Sardoum, Cilicium & Hadriu- A quibus continuo Siculum sequitur, porrectum in obliquum: quod & ipsum excipitur à Cretico. Cretico contracta sunt parte altera Aegyptium, Pamphylium, Syrium: altera Pontus. Aegæum & Myrtoum: at pontus, velut antedictus obiectus, atq; ex aduerso protensus, multis partibus cõstat: pars eius in intima penetrans Mæotis Mæotis appellatur: quæ autẽ ad Hellespontũ vergit, in fauces cõtracta est, quam Propontis. Propontidem vocant. Rursus ab ortu Solis in orbem terræ exundans Oceanus interfese velut in modum procedens, Indicos finu, Persicoq; pertotto, mediterraneum mare Rubrum intercipiens. Ad Isthmum aũt cornu simulatq; oblonga cervice angustatum penetrauit, rursus amplificatus Hyrcaniæ fines, Caspiæq; amplectitur. Mare vero, quod super Hyrcaniam est, vastum illum obtinet locum, qui est super Mæotin paludem. Tum autẽ, qua parte Scythis, Celtasq; complectitur, tensum astringit orbem terrarum ad vlq; sinum Gallicum, suprædictasq; columnas, extra quas Oceanus terra fluctibus suis oberrat. Quo ipso in mari insulæ duę sitę sunt quãmaximę, quas Britannicas appellãt, Albium, & Iernam: is etiam maiores, quas cõmemoramus supra Celtas incentes. Queis tamen ipsis magnitudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phebol nomen est: illa super Indos posita, situ ad terrarum orbem inflexo, hæc ad Arabicum sinum. Sunt etiam non paucæ, sed exiguæ, circa Britannicas, & Iberiã, quæ quasi corona cingunt hũc orbem hominum domicilium, quem supius insulam esse diximus. Huius orbis latitudo quã continẽs est amplissima, paulominus quadraginta millia stadiorũ patet, vt quidam perhibuerũt authores rectæ & exquisitę geographię: lõgitudo ad septuagintamillia.Ditur porrò in Europam, Asiã, & Africam.

Insulæ maiores. Orbis latitudo, & longitudo. Tres partes orbis.

Europa his finibus circũscribit: Herculis cippus, Poti receptus, Hyrcano mari: secundũ quam angustiæ Isthmi similes ad Pontũ vsq; pertinent. Nonnulli tamẽ ab illo Isthmo Tanaim fluuium Europæ terminum esse dixerunt. Asia est quicquid terrę situ est ab Isthmo tam dicto, à Ponto, Hyrcanoq; mari ad Isthmum vsq; alterum, qui Arabicum sinum interiacet & mare interius illud quidem cohibitum ab eo mari, & ab Oceano, qui eũ complectitur ambitu. Sunt qui fines Asiæ statuãt spatiũ, quod à Tanai protenditur ad Nili vsq; ostia. Africa ab Arabico Isthmo ad colũnas Herculis porrecta est: vel vt alij censuerũt, ab Nilo. Nam Aegypti quicquid Nilo sinis septum est, alij Africæ, alij attribuunt Asiæ insulas, q; tribus terræ partibus adiacentes, scriptorum partim vt exemptiles ab orbe terrarum censuere, partim vt contributas ijs partibus, quibus earum quæq; vicinitate coniuncta est. Proinde terræ, marisq; naturam, ac situ huiusce modi prodenda censuimus, quem habitum orbem appellare consueuimus.

Debus, quæ in Aere generantur. Cap. III.

QVas res autem tum in eo orbe, tũ circa eum existere contingit, quibus ille rebus quodãmodo afficiatur: earum ipsarum rerum vt quæq; maxime commemorandę videbunt, dicere porro aggrediamur, summam quandam colligentes eorum, quę sunt necessaria. Duas igitur exhalationes ab eo sursum ferri nouimus in aera nobis

Exhalationum duo genera.

nobis impendẽtem, tenues illas quidem omnino, nec nobis conspicuas, nisi si quid est huiusce modi ad tractus orientales, & præter ea quę ex amnibus, & locis irriguis sublimia ferri videntur. Earum autem exhalationum altera sicca est, in fumũq; conformata, è terra manans: altera humida, rosidæ expirationis plena, ab humida natura exhalata. Ex hac nebulæ, rores, & gelu omne genus, nubes, pluuię, niues, & grãdines oriuntur. A sicca autem illa venti & flatuũ differentiæ exoriũtur, tonitrusq;, & fulgura, turbines, & fulmina, aliaq; his cognata. Nebula est expiratio quædã rosida, aquę nequaquã genetrix, vt aere crassior ipsa, sic nube rarior. Gignit vel ex nubis primordijs rarescẽtibus, vel ex reliquijs nubis. Serenitas. Huius aduersaria, vt est, ita esse dicitur Serenitas: nihil aliud ipsa existens, q; aer nubibus nebulaq; vacuus. Ros. Ros est humidum quid è sere Glacies. nitate concretum, minutimq; delabens. Glacies est aqua cõterra à serenitate compactilis. Pruina. Pruina ros est concretus. πρόσοπάχνη composito nomine dicta, est ros semiconcretus, quasi ros pruinosus. Nubes. Nubes est crassamẽtum exhalationum conuolutum, vim habẽs aquę gignendæ. Imber. Imber fit expressione nubis magnopere addensatæ, tot habens differentias, quotuplex est nubis compressio. quippe quę remissa si fuerit, molles sturias dispgat: sin vehemens, plentores. Pluuia. Hocq; appellamus pluuiam, imbris cõtorta stillicidia, cùm masculà ipsa, tum vero iugi tenore casitantia. At vero nix gignitur densitate nubium sriatili, quę Nix. simul ac in aquam verti cœptæ sunt, in minuta contunduntur: cùm eo, vt illa contusio speciem spumæ, exactumq; candorem, humoris autem, qui inest, concretio, quiq; nondum fusus est aut rarefactus. rigorem efficiat. Hęc impetu & confertim decidens, νίφετος appellatur. νίφετος. Quo genere volutim contorto, libramentumq; ex compressu capiente ad ceGrando. leriorem lapsum, fit quæ Grãdo vocat: cùm interea pro fragmẽtorum magnitudine quæ abrumpuntur, tum corpuscula maiora grandinis, tum delapsus violentiores fiant. Atque hæc quæ hactenus dicta sunt, naturę vi ab humida expiratione euenire comparatum est.

Ventus. A sicca vero tum Vẽtus oriri solet, cũ à frigore ita, vt fluat, illa trudit: nihil vt aliud ventus sit, nisi aer multus fluctuãs & coactus, qui etiam spiritus appellatur: cùm alioqui spiritus appelletur substantia animata & genitalis, in stirpibus, atq; in animantibus existens, per omniaq; pertinens: de qua nũc differere nihil necesse fuit. Flatus vero, qui in aere spirant, vẽtos, auras, expirationes dicimus, quæ ex humore prodeũt. Venti, qui è terra uligi- Ventorum genera. nosa & humefacta prodeunt, ἀπογεοι, quasi terra oriundi: qui è finibus prosiliunt, ἐγκολπίαι, quasi sinuales vocantur: inter quos ipsos, eosq; qui è fluminibus erumpunt, ex aquisq; stagnãtibus, intercedit nonnihil proportionis. ἀνεφίαι appellantur, qui in tractu ra nubis, resoluendaq; eius crassitudine colliduntur inter se, quasi quidam nubigenæ. ἐξυδρίαι, quasi aquatores dicuntur, qui cum pluuijs aquis grassantur, impetu & cõfertim effusis. Et ij quidem qui ab oriente iugi teno Ventorũ nore perflant, εὖροι & vulturni: qui ab vrsa, βορέαι, & Aquilones vocantur: ζέφυροι, & Fauonij, qui ab occasu: qui à meridie, νότοι dicuntur & Austri. Vulturnorum porrò is καικίας dictus est, qui nascitur ad ortum solstitialem: Subsolanus ad æquinoctialem: ad brumalem Vulturnus. At eorum qui ex obuersa parte prodeũt, quos Fauonios vocamus, ἀφηγέτης, & Corus ab occasu solstitiali, qui etiam ὀλυμπίας ab aliquibus dictus est, & ab alijs ἰαπυξ. Fauonius ab æquinoctiali, Atticus ab hyberno oritur. At vero Aquilonum is, qui καικία coniunctus est, peculiariter appellatur Aquilo: qui autem hunc à vertice statim excipit per meridianum spirans, Septẽtrio dicitur. βορασίας deinceps à Coro spirat, quem nonnulli Cæciam appellauerunt. Rursus ex Austris is, qui à vertice nobis condito se se infert ex aduerso Septentrionis, Auster nomis prærogatiua dicitur. Qui inter hunc & Vulturnum est λίβόνοτος est vocitatus, quasi dicas Vulturnauster. At qui spirat altrilecus inter Africum & Austrum, hunc alij λιβόνοτον quasi Africaustrum: alij λιβοφοίνικα vocant. Ventorũ porrò quidam flatus rectos, quidã reflexos habent. Rectos habent ij, qui lineis rectis semper grassari solent: reflexos & refractos, vt is quem καικίαν nuncupant. Rursus quidam hyeme pollẽt, vt Austri: quidam æstate, vt ἐτησίαι qui dicuntur, id est aniuersarij, cinnum quendam conficientes Septentrionum atque Subsolanorum. ὀρνιθίαι, quasi auiarij, venti quidam dicti sunt, ex aquilonio genere, verno tempore inualescentes. Cæterum è genere violẽtiorum flatuum, κατιγὶς nomen est flatus ingruentis superne, repentęq; euerberãtis. θύελλα flatus est prævalens, qui repente profilit. λαῖλαψ, & σρόβιλος nuncupatur, qui inferne sursum versus repente conuoluitur. ἀναφύσημα, quasi efflatus terræ, dicitur ventus sublimen sese rapiens, cùm aut è specu altius depresso flatus emicuerit, aut è terra in hiatum discedẽte: qui Turbo terrestris est tũ, cũ multus ac cõtortus Turbo.

Vniuersitas inferna. Quinq; elementa.

Insularũ paruitas.

Atlanticum pelagus. Oceanus.

Herculis columnæ. Mare interius.

Syrtes.

Pontus.

Mæotis.

Propontis.

Nebula.

Serenitas.

Ros.

Glacies.

Pruina. πρόσοπάχνη. Nubes.

Imber.

Pluuia.

Nix.

νίφετος.

Grando.

Ventus.

Spiritus.

Flatus. Aura. Expirationes.

Ventorum genera.

Ventorũ nomina.

Turbo.

ferri cœptus est. Flatus vero in nube implicitus & crassa & humida, cõtinuatum nubis spissamentum violẽta eruptione perfringẽs, mugitum edere cum ingẽti fragore solet, qui
Tonitru. Tonitru dicitur, modo haud absimili spiritus
Fulgetra. vehementer in aqua impulsi. Fulgetra est spiritus ignitus & corruscans, dum nubes dirumpitur: quæ tonitru antecedere solet, cùm tamen post ipsum fiat. Siquidem quod oculis percipitur, ei quod auribus obiectũ est, anteuertere natura comparatum est: quippe illo è longinquo aspectabili, hoc tum demum exaudibili cùm auribus appulsum sit, præsertim quando alterum omnium naturarum celeritate maxima prædituꝫ est, ignita scilicet natura: alterum minus volucre, quod est naturę spirabilis & aereæ, non antequã aures pepulerit, ad aditum peruenit. At vero quod fulserit, si ad terram vsq; cursim illisum sit, Fulmen
Fulmen. vocatur. Sin semiustum quidem, sed vniuersum tamen, violentumq; incubuerit, πρήστηρ,
Præster. hoc est accensus turbo, dicitur. Quòd si prorsus ignis nihil interim conceperit, τυφὼν vo-
Typhon. catur, qui est vertex, pcellosus, & euerberãs. Horũ quicquid in terrã impetu decubuerit, σκηπτὸς, id est Fulmen, nominat. Qui ἀστραπὴ dicitur, cùm fuliginem contraxit: ἄργης, si raptum emicuerit: ἐλικίας si lineari specie cõformatus est. σκήπτοι dicuntur, quæcunq; fulmina in quiduis illisa sint. Ad summam, eorum quæ in aere apparẽt, alia specietenus exilitũt: alia etiam habent naturæ subsistentiam. Speciem tantum exhibent arcus cœlestes, & virgulæ aliaq; huiusmodi. Substantia etiã apparent fulgores cœlestes, & quos emicantes
Arcus. vocamus, & Crinitæ stellæ, & ijs similia. Arcus est species segmẽti solaris. vel lunaris, edita in nube humida, & caua, & ppetua, quã velut in speculo intuemur, imagine relata in speciem circularis ambitus. Virga est arcus cœ-
Virga. Arcus. lestis exhibitio in directum cõformata. Area est ędita imago sydereæ claritatis vndiq; illustrata: hactenus arcu differens, quòd ille è regione Solis ac Lunæ visendũ se exhibet: cùm area sidus totum ambitu cingere orbiculari
Fulgor. soleat. Fulgor est ignis collectio, qui in aere exarsit, per cœlum ille quidẽ, aut iaculari specie transmeans, aut vno loco fixus. At eiacu-
Eiaculatio. latio, ignis est enatus attritu, in aere pernici motu inuehens, ob eamq; pernicitatẽ oblongam formã simulans. Fulgor fixus est extensio longe porrecta, & loco permanẽs & tanquam profluuium sideris. Quòd si in alteram partem dilatetur, Crinita stella vocatur. Sæpenumero autem euenit, vt fulgores tẽpore multo maneant, sæpe vt cõtẽstim extinguan-
Crinita stella. tur. Complures item & aliæ rerũ formæ cernuntur in cœlo apparentium, vt quæ Faces, quę Trabeculæ, quę Dolia, quę Scrobes nuncupant: omnia ab earum rerum similitudine appellata, vnde nomina mutuata sunt. Eaq; partim in occidua mũdi parte, partim in oriente cernũtur, partim etiam ambiguo in vtrãq; partem æditu: raro vel septẽtrionali, vel austrino. Cæterum omnia incerta, quippe nihil huiuscemodi hactenus proditum est memoriæ, ita fuisse constabilitum raro situ, & constituto, vt semper conspicuum fuerit. Atq; huiuscemodi sunt, quæ in natura animabili, aeriaq; fiunt.

De his, quæ in Terra fiunt. Cap. IIII.

Spiritus, & ignis scaturigines.

IAm vero terra continet etiam ipsa in se, vt aquæ, ita spiritus igniscp scaturigines: quarum quædam sub terra latent, oculis humanis subductæ: multæ spiracula habẽt emissariaq; vaporis, oculis humanis subductæ, vt Lipara, vt Aetna, vt Aeoliæ insulæ, quæ quidem sæpe, & ipsæ fluminũ more fluunt, ignitasq; ferri glebas euomunt. Nonnullæ vero huiusmodi scatebræ secundum fontes sitæ, aquas inde manantes inde calefaciunt, aliquę inde vt tepentes, efferuetactæ aliæ, quædam modicæ temperatæ vt emittãtur. Multis ẽt in locis orbis exitus spirituum pari ratione patefacti sunt: quorum partim fanatico furore afficiunt homines propius antecedenteis: partim tabifica vi ablumunt: partim fatidicos efficiunt, vt Delphici, & Lebadici. sunt & qui prorsus enecent, vt in Phrygia. Frequenter fit etiam, vt congenitus spiritus in terra conditus, cùm aberrans insinuarit, in abstrusos quosdam eius, atq; cæcos meatus, quasi sedibus suis erumpens, multis in locis vibrãtem motum cieat. Est etiam nec raro, cũ flatus aduena, introrsus in terræ caua irrumpẽs, deinde exitu omni exclusus, intus sese versando ingenti vi terram quatiat, nequicquã exitum inde quæritans. ex quo fit naturę factus, qd vocamus Terræmotũ. Terręmotũ autem
Terræ motus. ñ, qui ad angulos acutos in obliquũ quatiũt, ἐπικλίνται appellantur, quasi in transuersum sese agẽtes: Sursum vero deorsumq; ad angulos rectos iactantes, ῥοάδην vocantur, à similitudine aquæ efferuescentis. At qui labes terræ relinquũt in caua subsidẽtis, ab hiatu χασματίαι nominati sunt. Quẽ hiatum ñ qui vi eruptione facta patefaciũt, ῥῆκται, id est effractores, dicti sunt. Iam horum aliqui flatum secum erupturũ rapiunt, alij saxa, alij cœnum. Sunt qui fontium scatebras ædidere, quæ antea nõ erant, ὦθρας, id est trusores, vocant, qui

Aquæ calidæ.

Spiracula terræ.

vno

vno obnixu subuertunt, quod impulerunt. Sunt etiam qui quassabundi, atq; vtroq; declinantes, vibrantesq; quod mouerint, semper erigũt: ob id σαλματίαι, hoc est vibratores, dicti. efficiuntq; terræmotũ tremori non dissimilem. Appellantur etiam μυκτίαι terræ motus, qui cum mugitu quatiunt, indito ob id nomine: quãquã sæpe terræ mugitus absq; terræ motu contigerit. id quod assolet, cũ spiritus impar quatiẽdæ terræ fuerit, intusq; cohibitus ac conuolutus arietarit impetu vehementi. Adde q; flatus, qui terrã subierint corroboratiores fiunt à liquoribus terrenis, qui intus conditi sunt.

De his, quæ in Mari eueniunt. Cap. V.

PRoportione his respondent ea quæ in mari eueniunt. nam & hiatus fiunt maris, & recessus, vndarumq; excursiones interdum reciprocantes, interdũ eluuie retro non recurrente. id quod proditũ est circa Buram, Helicemq; contigisse. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis existunt, fontes excaturiunt, ostia fluuiorum aptriuntur, arbores enascuntur, fluxiones & vortices existũt, instar eorũ habentes, quę à flatibus designari dictũ est, non in medio mari modo, sed etiam in euripis, & in fretis. Aiunt ẽt multos ęstus, vndarumq; sublationes statis quibusdã temporibus cum Luna circũagi. Atq; vt in vniuersum dicam, cùm elemẽta in aere, in terra, & in mari, cõmoda inter se temperatura mixta sint: nimirum affectionum quoq; similitudines ijsdem constant in ipsis: in singulis illæ quidem naturis ortus alternantes, & interitus, vniuersitatem vero asseruantes generationis immunem atq; corruptionis.

Natura apprime cõmilitarium.

Atq; haud scio an etiam contrariorum appetens sit natura: ex eisq; consona, non item ex similibus conficiat. Sic certe ipsa marem cũ fœmina coniunxit, non etiam cum suo horum vtriusq; sexu. Quin primã etiam concordiam per contraria, non per similia deuinxit. Adde q; ars naturæ æmulatrix hoc idem facit. siquidem Pictura alborũ nigrorumq; colorum, luteorumq; & rubrorum naturas inter se attemperãs, effigies rerũ efficit consonas exemplaribus. Musicę acutis & grauibus sonis, lõgisq; & breuibus vna pmixtis in diuersis vocibus, vnum ex illis concentum absolutũ reddidit. Grammatica ex elementis vocalibus & mutis inuenta temperata, artem omnem literaturæ ex illis compositam reliquit. Hocq; nimirum illud est, quod apud Heraclitum legitur, Scotinũ ab obscuritate cognominatum.

Crispa, inquit, & minime crispa vna vinxeris, consentiens & dissentiens, consonans & dissonãs: vnum etiam ex omnibus, omniaq; ex vno. Itaq; vniuersorum coagmẽtationem (cœli inquã & terræ, & vniuersi mundi) cinno quodam principiorum summe contrariorum cõmode attemperato, natura ipsa digessit, vna eademq; concinna cohærentia: quippe siccum humido, calidum frigido, graui leue mixtũ, & rectum orbiculari. Terrã etiam omnem, omne mare, ętherem, Solẽ, Lunam, & postremo totum cœlum vis vna per omnia pertinens, certo ordine descripsit, concinneq; digessit, è diuersis ipsa naturis, atq; impermixtis, aere, terra, igne, & aqua mundum architectata. Cùmq; eum etiam globosa superficie comprehendisset naturas quammaxime contrarias, veluti edicta cõcordia & imperata, adstrixit ad consensum, mutuũq; commercium: cuiusmodi rerũ mollitione vniuersitati ipsi salutem machinata est. Huius autem rei causa est concordia elementorũ. Concordię porrò causa est æquabilitas, & quod alterum altero nõ plus pollet. ad æquilibrium enim adęquant grauia cũ leuibus, calida cum ijs quæ ipsis opposita sunt: natura vtiq; nos docente in maioribus, æqualitatem tutricem esse concordiam & seruatricem: concordiam autem mundi esse salutem, rerum omnium parentis, ac longe omnibus præstantis pulchritudine. Nam quæ tandem natura præstabilior ipso? Quã enim dixeris cũq;, eius vtiq; ipsius mũdi pars erit. Nam quicquid pulchritudine prędituꝫ est, id quasi gentile habet cum eo societatem, adeo q; recte, atq; ordine cõstitutum esse id à mundi nomine cõcinne digestũ Græco sermone, consentaneaq; partium cõpositione speciosum esse significat. Ecquid

Elementorũ concordia.

Æquabilitas concordiæ seruatrix.

Mũdi ornatus.

nam

ferri cœptus est. Flatus vero in nube implicitus & crassa & humida, cõtinuatum nubis spissamentum violẽta eruptione perfringẽs, mugitum edere cum ingẽti fragore solet, qui Tonitru dicitur, modo haud absimili spiritus vehẽmenter in aqua impulsi. Fulgetra est spiritus ignitus & corruscans, dum nubes dirumpitur: quæ tonitru antecedere solet, cùm tamen post ipsum fiat. Siquidem quod oculis percipitur, ei quod auribus obiectũ est, antevertere natura comparatum est: quippe illo è longinquo aspectabili, hoc tum demum exaudibili cùm auribus appulsum sit. præsertim quando alterum omnium naturarum celeritate maxima prædituũ est, ignita scilicet natura: alterum minus volucre, quod est naturę spirabilis & aereæ, non antequã aures pepulerit, ad aditum peruenit. At vero quod fulserit, si ad terram vsq; cursim illisum sit, Fulmen vocatur. Sin semiustum quidem, sed vniuersum tamen, violentumq; incubuerit, πρήστηρ, hoc est accensus turbo, dicitur. Quòd si prorsus ignis nihil interim conceperit, τυφὼν vocatur, qui est vertex, pcellosus, & euerberãs. Horũ quicquid in terrã impetu decubuerit, σκληρὸς, id est Fulmen, nominat. Qui φολόεις dicitur, cùm fuliginem contraxit: ἀργὴς, si raptim emicuerit: ἑλικίας si lineari specie cõformatus est. σκῆπτοι dicuntur, quæcunq; fulmina in quiduis illisa sint. Ad summam, eorum quæ in aere apparẽt, alia specietenus exiliũt: alia etiam habent naturæ subsistentiam. Speciem tantum exhibent arcus cœlestes, & virgulæ aliaq; huiusmodi. Substantia etiã apparent fulgores cœlestes, & quos emicantes vocamus, & Crinitæ stellæ, & ijs similia. Arcus est species segmẽti solaris, vel lunaris, edita in nube humida, & caua, & ppetua, quã velut in speculo intuemur, imagine relata in speciem circularis ambitus. Virga est arcus cœlestis exhibitio in directum cõformata. Area est ędita imago sydereæ claritatis vndiq; illustrata: hactenus arcu differens, quòd ille è regione Solis ac Lunæ visendũ se exhibet: cùm area sidus totum ambitu cingere orbiculari soleat. Fulgor est ignis collectio, qui in aere exarsit, per cœlum ille quidẽ, aut iaculari specie transmeans, aut vno loco fixus. At eiaculatio, ignis est enatus attritu, in aere pernici motu inuehens, ob eamq; pernicitatẽ oblongam formã simulans. Fulgor fixus est extensio longe porrecta, & loco permanẽs. & tanquam profluuium sideris. Quòd si in alteram partem dilatetur, Crinita stella vocatur. Sæpenumero autem euenit, vt fulgores tẽpore multo maneant, sæpe vt cõfestim extinguantur. Complures item & aliæ rerũ formæ cernuntur in cœlo apparentium. vt quæ Faces, quę Trabeculæ, quę Dolia, quę Scrobes nuncupant: omnia ab earum rerum similitudine appellata, vnde nomina mutuata sunt. Eaq; partim in occidua mũdi parte, partim in oriente cernũtur, partim etiam ambiguo in vtrãq; partem æditu: raro vel septẽtrionali, vel austrino. Cæterum omnia incerta, quippe nihil huiuscemodi hactenus proditum est memoriæ, ita fuisse constabilitum raro situ, & constituto, vt semper conspicuum fuerit. Atq; huiuscemodi sunt, quæ in natura animabili, aeriaq; fiunt.

Tonitru. Fulgetra. Pulmen. Præster. Typhon. Virga. Area. Fulgor. Eiaculatio. Crinita stella.

De his, quæ in Terra fiunt. Cap. IIII.

IAm vero terra continet etiam ipsa in se, vt aquæ, ita spiritus ignisq; scaturigines: quarum quædam sub terra latent, oculis humanis subductæ: multæ spiracula habẽt emissariaq; vaporis, oculis humanis subductæ, vt Lipara, vt Aetna, vt Aeoliæ insulæ, quæ quidem sæpe, & ipsæ fluminũ more fluunt, ignitasq; ferri glebas euomunt. Nonnullæ vero huiusmodi scatebræ secundum fontes sitæ, aquas inde manantes inde calefaciunt, aliquę inde vt tepentes, efferuefactæ aliæ, quædam modicæ temperatæ vt emittãtur. Multis ẽt in locis orbis exitus spirituum pari ratione patefacti sunt: quorum partim fanatico furore afficiunt homines propius antecedenteis: partim tabifica vi ablumunt: partim fatidicos efficiunt, vt Delphici, & Lebadici. sunt & qui prorsus enecent, vt in Phrygia. Frequenter fit etiam, vt congenitus spiritus in terra conditus, cùm aberrans insinuarit, in abstrusos quosdam eius, atq; cæcos meatus, quasi sedibus suis erumpens, multis in locis vibrãtem motum cieat. Est etiam nec raro, cũ flatus aduena, introrsus in terræ caua irrumpẽs, deinde exitu omni excluſus, intus sese versando ingenti vi terram quatiat, nequicquã exitum inde quæritans. ex quo fit naturę facinus, qd vocamus Terræmotũ. Terręmotuũ autem ij, qui ad angulos acutos in obliquũ quatiũt, ἐπικλίντα appellantur, quasi in transuersum sese agẽtes: Sursum vero deorsumq; ad angulos rectos iactantes, βράττα vocantur, à similitudine aquæ efferuescentis. At qui labes terræ relinquũt in caua subsidẽtis, ab hiatu χασματίαι nominati sunt. Quẽ hiatum ij qui vi eruptione facta patefaciũt, ῥῆκται, id est effractores, dicti sont. Iam horum aliqui flatum sẽ cum erupturũ rapiunt, alij saxa, alij cœnum. Sunt qui fontium scatebras ædidere, quæ antea nõ erant, ὦσται, id est trusores, vocant, qui

Spiritus, & ignis scaturigines. Aquæ calidæ. Spiracula terræ. Terræ motus.

vno

vno obnixu subuertunt, quod impulerunt. Sunt etiam qui quassabundi, atq; vtroq; declinantes, vibrantesq; quod mouerint, semper erigũt: ob id παλματίαι, hoc est vibratores, dicti. efficiuntq; terræmotũ tremori non dissimilem. Appellantur etiam μυκητίαι terræ motus, qui cum mugitu quatiunt, indito ob id nomine: quãquã sæpe terræ mugitus absq; terræ motu contigerit. id quod assolet, cũ spiritus impar quatiẽdæ terræ fuerit, intusq; cohibitus ac conuolutus arietarit impetu vehementi. Adde q; flatus, qui terrã subierint corroboratiores fiunt à liquoribus terrenis, qui intus conditi sunt.

De his, quæ in Mari eueniunt. Cap. V.

PRoportione his respondent ea quæ in mari eueniunt. nam & hiatus fiunt maris, & recessus, vndarumq; excursiones interdum reciprocantes, interdũ eluuie retro non recurrente. id quod proditũ est circa Buram, Helicemq; contigisse. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis existunt, fontes excaturiunt, ostia fluuiorum aperiuntur, arbores enascuntur, fluxiones & vortices existũt, instar eorũ habentes, quę à flatibus designari dictũ est, non in medio mari modo, sed etiam in euripis, & in fretis. Aiunt ẽt multos æstus, vndarumq; sublationes statis quibusdã temporibus cum Luna circũagi. Atq; vt in vniuersum dicam, cùm elemẽta in aere, in terra, & in mari, cõmoda inter se temperatura mixta sint: nimirum affectionum quoq; similitudines ijsdem constant in ipsis: in singulis illæ quidem naturis ortus alternantes, & interitus, vniuersitatem vero asseruantes generationis immunem atq; corruptionis.

Dubitationis solutio, quo pacto mundus ex contrarijs constitutus, iam diu non dissolutus fuerit. Cap. VI.

TAmetsi extiterũt, qui sese admirari addubitabundi dicerent, quin fieri tãdem posset, si è principijs contrarijs mundus constitit (siccis dico et humidis, frigidis & calidis) vt iam diu non dissolutus fuerit, atq; interierit. Perinde quasi mirari quisquã debeat, quonam pacto ciuitas incolumis perduret, quæ è gentibus contrarijs composita sit, egenis inquam & diuitibus, iuuenibus & senio confectis, infirmis & valentibus, prauis atq; innocentibus. Ignorãtia est ista vtiq; hominum, hoc est in concordia ciuili nõ videntium longe admirabilissimũ, quod ex multis ipsa vnũ efficit affectum, & è dissimilibus simílem, omnis illa quidem naturæ susceptrix & fortunę.

Atq; haud scio an etiam contrariorum appetens sit natura: ex eisq; consona, non item ex similibus conficiat. Sic certe ipsa marem cũ fœmina coniunxit, non etiam cum suo horum vtrũq; sexu. Quin primã etiam concordiam per contraria, non per similia deuinxit. Adde q; ars naturæ æmulatrix hoc idem facit. siquidem Pictura alborũ nigrorumq; colorum, fuscorumq; & rubrorum naturas inter se attemperãs, effigies rerũ efficit consonas exemplaribus. Musicę acutis & grauibus sonis, lõgisq; & breuibus vna pmixtis in diuersis vocibus, vnum ex illis concentum absolutũ reddidit. Grammatica ex elementis vocalibus & mutis inuenta temperata, artem omnem literaturæ ex illis compositam reliquit. Hocq; nimirum illud est, quod apud Heraclitum legitur, Scotinũ ab obscuritate cognominatum.

Natura appetens sit contrariorum.

Crispa, inquit, & minime crispa vna vinxeris, consentiens & dissentiens, consonans & dissonãs: vnum etiam ex omnibus, omniaq; ex vno. Itaq; vniuersorum coagmẽtationem (cœli inquã & terræ, & vniuersi mundi) cinno quodam principiorum summe contrariorum cõmode attemperato, natura ipsa digessit, vna eademq; concinna cohærentia: quippe siccum humido, calidum frigido, graui leue mixtũ, & rectum orbiculari. Terrã etiam omnem, omne mare, ætherem, Solẽ, Lunam, & postremo totum cœlum vis vna per omnia pertinens, certo ordine descripsit, concinneq; digessit, è diuersis ipsa naturis, atq; impermixtis, aere, terra, igne, & aqua mundum architectata. Cùmq; eum etiam globosa superficie comprehendisset naturas quammaxime contrarias, veluti edicta cõcordia & imperata, adstrixit ad consensum, mutuũq; commercium: cuiusmodi rerũ mollitione vniuersitati ipsi salutem machinata est. Huius autem rei causa est concordia elementorũ. Concordię porrò causa est æquabilitas, & quod alterum altero nõ plus pollet. ad æquilibrium enim adequant grauia cũ leuibus, calida cum ijs quæ ipsis opposita sunt: natura vtiq; nos docente in maioribus, æqualitatem tutricem esse concordiam & seruatricem: concordiam autem mundi esse salutem, rerum omnium parentis, ac longe omnibus præstantis pulchritudine. Nam quæ tandem natura præstabilior ipso? Quã enim dixeris cũq;, eius vtiq; ipsius mũdi pars erit. Nam quicquid pulchritudine prędituũ est, id quasi gentile habet cum eo societatem, adeo q; recte, atq; ordine cõstitutum esse id à mundi nomine cõcinne digestũ Græco sermone, consentaneaq; partium cõpositione speciosum esse significat. Ecquid

Elementorũ concordia. Æquabilitas concordiæ seruatrix. Mũdi ornatus.

nam

nam est autem singularium partium, quod cum eo æquiparari possit ordine, quo cœlestis motus temperatus est & constitutus? Sole vtiq; & Luna, reliquis item sideribus intra spatia se mouentibus exquisitissime emodulata à seculo in seculum alterum. Age ecquæ tandem vices tam ratæ esse possunt, cũ est exacte comparatus à natura tempestatum anni tenor in orbem redeũtium: omnium ille quidem rerum fœcũditate præditus: æstates deinceps hyemesq; referens temporibus destinatis: simul dies & noctes inoffensis vicibus alternantes, è quibus mensis annusq; conficitur. Ac magnitudine quidem ambitum longe summum complexus motu pernicissimo circũagitur, claritate synceriſſima præditus: vi etiam potentiaq; fretus exorte, vt senij, sic interitus. Hic omnium animantium naturas, tum aquatilium, tum pedestrium, tum etiam in elemento spirabili victitantum segregat, ijsq; spatia vitæ suis admetit motibus. Ex hoc animam ducunt omnia: ab hoc animam habent animãtia: ex hoc denicq; miracula rerum nouarum existunt, quæ statis temporibus efficiuntur. Vis ventorum omniuaga in se ipsa conflictatur: fulmina è cœlo cadunt: pluuiæ procellosæ atque stupendæ subitos fragores ædunt. Vnde fit vt & vi humoris expressa, & vi ignea difflata, constituatur vniuersi concordia. Iã vero terra omni genere vestita stirpium fruticantium, riguisq; exuberans large erumpentibus trita vestigijs animãtium quæ in ea passim circunferuntur: omnia tempestiue proferens ex sese & vegetans, hospitaliq; sinu excipiens: cùm inumeras ipsa rerum formas perferat, ab eisq; multipliciter afficiatur, nihilo secius tamẽ naturam asseruat indomitam senectute, quamlibet ipsa motibus cõtremefacta, vndis superfluẽtibus prolata, incendijs denicq; inflammata, modo hac, modo illa parte sui. Quinetiam illa ipsa omnia censeri merito possint incolumitatis eius causa commode euenire, salutemq; illi sempiternã præstare. Siquidem ea motu quassata, continuo prosiliunt vẽti qui introrsus insinuarãt, vticq; spiraculis terrarum discessibus patefactis, vt superius dictum est. Imbribus etiam tum expurgatur, cùm omnia pestifera in ea abluuntur: ad synceriorem q; constitutionem super subterq; tum reducitur, cùm auris perspiratur. Et conflagrationes quidem quod concretius est terræ, cõcoquunt: congelationes item quod inflammatum est, id attemperant ipsæ atq; remittunt. Ac singularum quidẽ rerum aliæ oriuntur, aliæ vegetãtur, & aliæ occidũt: cùm interim ortus compescãt grassanteis interitus, rursusq; interitus rerum leuent ortus exuberanteis. Vnica vero ex omnibus conflata incolumitas permanet ipsa in æuũ: cùm inter se rebus ex aduerso obsistentibus, & cedentibus vicissim atq; præualentibus vniuersitas cõseruetur in sempiternum, noxam nullam contrahens.

De Deo. Cap. VII.

REstat vt sũmatim de causa differamus, quæ cunctarum ipsa rerum vim habet tutricem & continẽtem, quemadmodum cætera perstrinximus. Flagitij enim instar esset, cùm de mundo dicere instituerim, tractatu si minus exquisito fortasse, at certe qui sat esse possit ad formulam doctrinæ crassiorem, intactam præcipuam mundi partem principemq; præterire. Vetus igitur sermo est, à maioribusq; proditus inter omnes homines, vniuersa tum ex Deo, tum per Deum constituta fuisse atq; coagmentata, nullamq; naturam satis instructam ad salutẽ esse posse, quæ citra Dei præsidium suæ ipsa demum tutelæ permissa sit. Quocirca veterum nonnulli eo vsq; prouecti sunt, vt hæc omnia dictitarent, Deorum esse plena, hauiriq; eorum spectra ab hominibus, oculis, & auribus, reliqsq; sensibus: sniæ illi quidem fundamẽta iacientes diuinæ fortasse potentiæ, nõ item naturæ diuinę congruentis. Etenim cunctorum, quæ rerum natura cõplectitur, cũ seruator est Deus, tum vero quæcunq; in hoc mundo quoque modo perficiuntur eorum omnium genitor est: non sic tamen ipse vt opificis in morẽ, animalisq; lassitudinem sentientis, labore affici possit: vt qui ea facultate vtatur, quæ nulli cedat difficultati, cuius ipse vi facultatis omnia in potestate continet: nec minus etiã quæ longius ab ipso videntur esse submota. Sũmam igitur & primam sedem mundi sortitus, ea de causa ὕπατος, quasi supremus appellatus est: & (vt inquit Poeta) in summo culmine vniuersi cœli suum habet ipse domicilium situm & collocatum. Maxime vero vim eius sentit, numineq; eius ante omnia fruitur id corpus, quod proxime eum situm est: tũ quod secundum ab hoc situm habet, & vnãquodq; deinceps, prout situum ordo ad nostrum vsque locum natura cõstitutus est. Quo fit, vt & terra, & terrena omnia q; longissime ab diuinitatis adminiculatione abscedunt, tam infirmitate summa sint ipsa, concinnitatisq; sibi consentaneæ maxime exptia: atq; ideo multo tumultu exagitata. Atqui cùm ita sit numen diuinũ natura sua cõparatũ, quoquo vt versus permeet: nimirũ ea in quibus ipsi versamur, ac nobis

Dei domicilium.

Terrena.

ac nobis superiora, pro eo quantus est accessus ad Deum, vel abscessus ab eo, eius opitulationem quoq; sentiunt. Proinde id præstabilius esse censemus, Deoq; tum decentius, tum magis consentaneum, ita de eo opinari, vt dicamus, potestatem illam in cœlo sedes suas habentem, incolumitatis causam rebus vniuersis præstare, ijs quoq; quæ longius ab ea remota sunt: nec illis assentire, qui eam ipsam potestatem per omnia pertendentem, & ventitãtem ad ea quoq;, quæ nec adire ipsam honestũ est, nec dictu speciosum, sua illic opera efficere contendunt, resq; terrenas administrare. Atqui ne ex hominum quidem principum dignitate esse dixeris, cuilibet operi incumbere: vt (verbi gratia) exercitus ducis aut vrbis præfecti, atq; etiam domus primarij dispensatoris, si fasciculum sarcinarium componere, aut viliorem aliquam operam obire vsu venerit vt necesse sit: cuiusmodi munere, magni regis tẽpore, ne quoduis quidẽ mancipium eius facile obiuisset. Quippe, vt proditur, visenda quædã species Cambysis, Xersis, & Darij regnantium in exquisitum maiestatis fastigium exornata erat, cõpositaq; magnifice, omnibusq; numeris venerationis augusta. Et quidem (vt fama est) Susis ipse ac Ecbatanis sedibus collocatis, pcul hominum conspectu regiam sanè admirandam obtinebat, ambitu septam auro, electro, eboreq; fulgenti. Cui vestibula multa erant, atriaq; continentia: multæ vero ianuæ multorum stadiorum interstitijs ita dimẽsę inter se, atq; dirimptæ, vt aditus æneis foribus, muriscq; magnis obstructi, atq; muniti essent. Tum autem viri principes & lectissimi in stationes digesti erãt, atq; decuriati recte atq; ordine: pars munere stipantium regem ipsum fungentes, eiq; famulantiũ: pars custodes circa septa regiæ appositi (ianitores emissariosq; appellabant) cũ interim rex ipse, qui idem dominus Deusq; vocitabatur, omnia & videret, & audiret. Ab his item erant alij vectigalium quæstores obuentionumq; constituti: alij duces tum belli ci, tũ venatores: alij coactores munerarij: alij denicq; munerum reliquorũ curatores, prout vsus ratioq; administrandarum rerum ferebat. Tum autem vniuersum Asiæ imperium, Hellespontо quidem ab occidentis partibus terminatum, Indiа autem ab orientis regunt pro potestate prętores, præfecti, & reguli, seruientes regis ipsius, qui magnus appellatur. Cursores etiam, exploratoresq;, statores, & custodes stationarij, & denicq; specularij excubitores. Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descriptę collocationis ratio, tam rato ordine vices munerum constitutæ: & præsertim eorum qui ignes ædere prænuncios, & tollere è speculis soliti sunt, deinceps in aliam, illi quidem ex alia dantes accipientesq; signum in orbem, abusque finibus imperij aduscq; Susa & Ecbatana, quicquid rerum nouarum quisquã in Asia moliretur aut inciperet, rex vt ipse vno die resciscceret. Atqui statuere nos oportet magni ipsius regis fastigium, præut quidem est Dei eminentia, qui pro potestate mundum tãquam prouinciam obtinet, tam esse infimum, q; esse summum hoc ipsum regis fastigium, si cum animante quodam vilissimo, atq; infirmissimo componeretur. Quapropter si è dignitate regis haudquaquam esset, Xersem functione propria administrare omnia & absoluere, quæcunq; facta cuperet, ne ipsum quidem operibus faciendis instantem curatoris operum officio perfungi: longe id nimirum minus Deo conuenit. Quare augustius id decentiusq; existimandum est, Deum summo in loco ita esse collocatũ, numinis vt tamen eius vis per vniuersum mundum pertinens, tum Solem Lunãq; moueat, tum cœlum omne circumagat: simulq; causam præbeat eorum quę in terra sunt, salutis atq; incolumitatis. Neq; vero illi ipsi itidẽ vt principibus mortalium, opus est aut artificiosa mollitione, aut alieno ministerio: quãdo ij propria infirmitate præditi operarum decurias rebus conficiendis, & numerosas manus adhibent. Illud autem diuinitati maxime consentaneum, vt formas rerum omnium citra difficultatem simpliciq; motu absoluat: nõ secus atq; illi machinatores solent, qui instrumento vno demittendo, multos & varios affectus ęduntur: aut vt illi prestigiatores facient, νδυροπαίγμας od id appellãt, quod imaguncu las animatas esse fidiculis ductitandis ementiũtur. Qui cùm funiculum ipsi aut neruum adduxerunt, cieri ceruicem & manum, quasi animantis simulacri, humerumq; itidem, & oculum faciũt, interdum etiam omnia membra, idq; quadam cum venustate atq; æquabilitate motus. Hoc igitur modo natura diuina ab vno eodẽq; simplici motu primo vim suã immittit in ea, quæ sunt primo continentia, ab illisq; subinde in ea quæ longius atq; longius absunt, quoad permeauerit per vniuersa. Quippe alterum ab altero motum rursus ipsum quoq; aliud mouet cum mundo: cùm vnumquodq; interim agat conueniẽter constitutioni suæ, nec tamen eadem sit via omnibus, sed diuersa, nonnullis etiam contraria: tametsi primus illis velut ad concentum, atq; æquabilitatẽ auspicatus, natura sit cõparatus

Regis magni fastigiũ.

ad vnum motum: similiter atq; si quis ex eodem vase simul iaciat globum, tesseram, turbinem, & columellam, nempe vnũquodq; eorum accommodate suæ formæ mouebitur: aut si quis animal vnum aquatile, aliudq; terrestre, & aliud volucre è sinu suo emittat. Planum est enim, quòd natatile eò prosiliẽs enatauerit, vbi ei commodum est victitare: terrestre ad suas sedes, pascuaq; sua erepserit: at aerium è terra sublime raptum euolauerit, vna vtiq; eademq; prima causa propriam eorum vnicuiq; aptitudinem reddente. Eademq; ratio est in mundo. Siquidem ab vna cœli vniuersi conuersione, quæ die noctuq; finitur, aliæ atq; aliæ permeationes fiunt. Cumq; vno omnia coerceanẽ globo, pars tamen celerius, pars mouetur tardius: nimirũ interuallorum longitudine, & singulorum opificio eã differentiam efficiente. Et Luna quidem mense suum peragit orbem, augescens vicissim, imminutaq; & tabescens. Sol anni spatio suum orbem metitur: & qui eum æquãt cursu, Lucifer, & Mercurius. Pyrois spatio altero tãto maiore. Iouis stella spatio Pyroẽtis sexcupli. Vltima Saturni quæ dicitur tẽpore sesquiplo maiore quàm quantum est id quo circumagitur illa quæ infra ipsam est proxime. Qui vero ex omnibus concentus existit consonantibus in cœlo, chorumq; cõficientibus, vt ex vno ille quidem oritur, ita in vnum desinit. Vniuersumq; ipsum cõmodius κόσμον nominaueris, id est cõpagem rerũ cõpositã, concinnoq; ordine digestã, quam ἐκκοσμίαν, id est cõgeriem cõfusam & incõditã. Quẽadmodũ porrò fit in choro, vt auspicãti præsuli, aut præcentori accinat omnis chorus è viris interdum fœminisq; compositus, qui diuersis ipsi vocibus, grauibus scilicet & acutis cõcentum attemperant: eandem ipsi rationem statuimus & in Deo, qui vniuersum mundum moderatur & regit. Et sidera enim semper & vniuersum ipsum cœlũ eos ad numeros mouentur, quos Deus sursum quasi auspicando præcinendoq; emodulatur: quem à similitudine sanè congrua κορυφαῖον mundi recte appellaueris, quasi præsultorem ipsum huiusq; chori magistrum. Geminis autem itineribus Sol ingreditᵉ lumine suo cuncta quoquo versus collustrans: diem noctemq; altero itinere disterminans, ortu suo scilicet & occasu: altero quatuor anni tempora secum ductitans, vltro citroq; per cœlum perreptãdo nũc aquilonius ipse, nunc austrinus. Quid dicam pluuias tempestiue existentes, ventos, & rores, omnesq; permotiones, quæ in aere eueniũt à principe rerum causa, atque primordiali?

De planetarũ cursibus,

Adde fluminum lapsus, maris æstus intumescenteis, enascentium arborum incrementa, frugum maturitates, fœturas animalium: denicq; vegetationes rerum omnium adolescentium primum, deinde tabescentium: eodem accedentibus causis (vt dictum est) à constitutionibus singulis rerum atque opificijs. Itaq; ille omnium princeps parensq; animi tãtum sensu spectabilis, simul ac signum naturis dedit inter cœlum terramq; vehentibus, earum vnaquæq; in orbibus suis iugi motu cieᵉ, atq; inter suos limites, alternis conditis atq; apparens, sexcentas illa formas eodem à principio exhibens, vicissimq; subducens. Quod vero i hisce rebus agitur, magnopere simile est ijs; quæ belli tempore inter homines factitãtur. Nanq; statim vt classicum exaudiri in exercitu cœptũ est, alios ipse videas, scuta sibi aptantes, loricam alios inducẽtes, alios ocream vel galeam sumere, vel balteo se cingere festinanteis. Rursus videas qui frenatos equos admittant, alios qui currus conscendant, qui denicq; tesseram per explicatam aciem prodãt. Tum manipuli ductor ad manipulũ, centurio curerit ad centuriam. Postremo equites ad cornu, velites ad stationem quisque suam festinant. Cùm interim sub vno ductore omnia moueantur, qui imperia & ipse significanda accepit ab eo, apud quem summa est imperij, eodem nos & ipsos modo censere conuenit de Vniuerso. Cùm enim ab vna vi impulsrice cieantur omnia, fit vtiq; quod cuiq; cõmodum est, & conueniens. Nec vero si ea vis ipsa, nec cerni ab hominibus, nec apparere potest quoquo pacto id obstat, aut illi ad ea, quę diximus agenda, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam. Nam & anima ipsa, qua viuimus, qua vrbes, qua domos habitamus, cùm haudquaquam sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen ipsis videtur. Omnisq; vitę cultus nitorq; vtq; ab ea inuentus est, & descriptus, ita ex ea tenorem suum seruat. Terræ cultura & consitio, artium excogitationes, vsus legum reipublicę recte atq; ordine cõstituræ ratio, administrationes ciuiles, bellũ extra fines patriæ, & rursus pax in ea. Proinde hæc etiam de Deo sentiẽda nobis sunt: illo quidem, si vim spectes, valentissimo: si decorem, formosissimo: si vitã immortali: denique si virtutem, præstãtissimo. Quapropter cùm sit inconspicabilis naturæ omni interituræ, ipsis nihilo secius ipse cernitur ab operibus. Atque ea quidẽ, quæ in aere fiunt quoquo modo affecto, quæ in terra, quæ in aqua, ea certe Dei opa esse merito dixerimus: Dei inq; opera, cũ imperio summo mundum

Elegans simile.

ac pro

ac pro potestate obtinentis. Ex quo Deo, vt inquit Empedocles physicus:

» Oia quotquot erũt, quot sũt pẽsentia, quotq;
» Orta fuere ante hac, stirpes, hoiesq;, feræq;,
» Inde etiã volucres, pisces q; humoris alũni.

Enimuero non tã absurda quàm pusilla comparatio (vt opinor) fuerit, si mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operibus fornicatis, forficis in modum dispansi conformati, structura sese intersecante, vmbilici vocantur. Etenim ij lapides in medio collocati, qua parte scilicet vtroq; versus structura arcuata pendatur, quasiq; oneri cedit: in cohærentia continent, atque in constructione ordinata totam formam operis, immobilemq; asseruãt. Fama est etiam Phidiam illum statuarium, cùm Mineruam illam, quæ est in arce, coagmẽtaret, in medio eius scuto faciẽ suam expressisse, oculosq; fallẽti artificio ita deuinxisse simulachro, eximere inde vt ipsam si qs cuperet, minime posset: aliter quidẽ certe q; vt ipsum solueret simulachrum, opusq; eiusmodi compactile confunderet. Hanc eãdem igitur rationem Deus habet in mundo, vtpote qui vniuersorum coagmentationem cohẽrẽtem cohibeat & coarctet, incolumitatemq; vniuersitatis conseruet: nisi quatenus nõ medio ille loco, in terra scilicet, vbi turbida regio est: sed in excelso situs est, purus ipse in puro loco. Quem locũ tum οὐρανὸν ab origine vocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum: tũ etiam Olympum, vt vsquequaque lucidum, ab omni caligine secretum, motuq; omni incondito, cuiusmodi sunt qui apud nos venti fiũt, & tempestates. Id quod his verbis significat Homerus:

» Esse solum diuis subnixũ semper olympum
» Fama est, haud vẽtis tremefactũ, haud ibrib⁹
» Ac, pcul à niuib⁹ subductũ: nubib⁹ illic (vdũ,
» Splẽdida sũmotis, candẽsq; expandit̃ æthra.

Huius autem rei elogium est mortalium consensus, regionem mundi summam nõ dubie Deo tribuentium. Quam ob causam ipsi manus tollimus sursum inter vota concipienda. Qua ratione nec male illud quoq; ab eodem Poeta pronunciatum:

» Cœlũ sorte tulit, simul æthera Iuppiter altũ.

Quinetiã quæ maxime eximia sunt inter res sensu perceptas, eundem illa locum obtinẽt, vt sidera, vt Sol & Luna. Vnde fit, vt cœlestia concinno ordine digesta, suas ipsa vices conseruent perẽnes & constitutas, nullisq; obnoxias mutationi. Longe illa secus atq; terrena: quæ ita natura comparata sunt, ipsa in alias vt ex alijs affectiones transeant, fieriq; identidem altera atque altera non respuant. Cer-

Phidiæ statuarij insculpẽdi Mineruæ præclarũ artificium.

te contigisse aliquando constat, vt terræmotus violentia terra ipsa multis in locis discesserit, indeq; hiatus extiterint: vt imbres vi maiore ruentes, diluuium in terram intulerint: vt excursiones vndarum recessusq; tum continentes mari obruerint sæpenumero, tum rursus maris alueos adiecerint continentibus: vt vis flatuum & verticum oppida funditus disturbarit: denique vt incendia atque inflammationes aliquæ superne delapsantes partes orbis exusserint versas ad oriẽtem, vt Phaethontis tempore contigisse dicitur: quædam etiam vt è terra erumpẽtes veluti expirabundæ idem fecerint, vt cùm crateres Aetnæ abrupta terra patefacti, conflagrationem emiserunt instar torrẽtis per terrã grassabundam. Quo tempore qui e mortalium genere pietate erãt imbuti, ij à numine diuino eximio honore ingẽtiq; affecti sunt. Siquidem iuuenes & robore valentes, cùm parentes suos ætate iam confectos humeris sustulissent, igneo flumine iam iam opprimendi, in eo erant ipsi vt interirent: cùm ecce flumen ipsum ita se scidit, vt huc & illuc diuersi fluctus digrederentur, iuuenesq; intactos cum senibus transmitterent. Vt vero summatim iam loquamur, quod in naui gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus est in mundo. Nisi si hactenus interest, quòd labor et motus multiplex illos exercet, & curæ angũt variæ: cùm huic elaborata succedant omnia, omnis molestiæ expertia, citraq; corporis infirmitatem: quippe cui in loco stabili, immotoq; collocato omnia mouere, & circumagere pro arbitratu liceat, quo libitum est cũq;, & quomodo libitum est: idq; diuersis in formis simul atque naturis. Id autem ratione simili facit ille atq; lex ciuilis, quę immobilis ipsa existens in vtentium animis, regit omnia ad rempublicam pertinentia. Et ciues quidem quasi eius affectæ in medium prodeunt: qui autem principes vocantur ad prætorium se conferunt: legislatores ad propria tribunalia: senatores denicq;, & qui concionatores dicuntur ad consessus sibi contributos conueniunt. Rursus is in Prytaneum it, cui scilicet id datum est, in eo vt publico victu epuletur: alter rapitur ad iudiciũ, causam vt ibi dicat: in carcerem alius compingitur, vt supplicio afficiatur illic. Tum vero epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimasq; conueniunt. Iam vero aguntur dies festi, iam ludicra solennia: iam anniuersaria sacrificia fiunt diuis, heroesq; ritu suo coluntur: postremo inferiæ mortuis inferuntur. Sic alia ab alijs

Crateres Aethnę patefacti.

Pietati præmium apud Deum.

Lex ciuilis.

facta vno vel imperio, vel legis vna authoritate, asseruant eum, qui obtemperat.

» Sic vrbs simul plena est vaporibus sacris,
» Resonatq; cantibus pijs, ac luctibus.

Hoc idem de vrbe quoq; maiore, de hoc inquã mũdo existimare debemus. Deus enim nobis lex est, in omnem illa quidem partem ad æquilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem: quippe quæ potior sit illis legibus, & stabilior, quæ in tabulis perscriptæ sunt. Eius enim auspicijs perẽniter, & composite præeuntis vniuersus hic cœli ordo regitur atq; administratur, numeros omnes cõcinnitatis habẽs: in omneis ipse naturas partitus pro vniuersitate seminum, in ea quæ hærent solo, atq; in animantia, quę etiam suis ipsa generibus formisq; distincta sunt. Nam & vites fiunt, & palmæ, & perseæ, ficiq; dulces, & oliuæ (vt inquit poeta.) Tũ quæ fructus expertes, alios vsus præstãt, platani, pinus, buxi, alni, populus etiã nigra, & cupressus odorata. Tum quæ autũni tempore fructum suauem fundunt, sed conditu difficilem, piri, punicæ, mali. At vero animantium aliæ feræ sunt, & aliæ cicures, tum in aere, tum humi, tum in aqua victitantes: oriuntur q;, & inualescunt, & deinde intereunt, legibus obtẽperantes diuinis, atq; cedentes. Omne enim reptile (vt inquit Heraclitus) terram depascitur atque possidet. Vnus porrò Deus cùm sit, pluribus nominibus appellatus est: ab ijs vtique suis omnibus effectibus denominatus, quorum specimen edere ipse solet.

Dei nomina plura.

Atque eum quidem ζῆνα, tum δία vocant, inter se compositis vtentes nominibus, atque è regione collocatis, tanquam duabus his vocibus significare velint, per quem viuimus. Is Crono, id est Saturno, & chrono, id est tempore ortus esse dicitur: nimirum ab æuo sempiterno ad alterum æuum pertinens. Vocatur & Fulgurator & Altitonans, & Aetherius, & Fulminator, & Pluuius: à pluuijs vtique, & fulminibus, alijsq; operibus, è quibus vocabula ipsa deducta sunt. Quin & Frugipotẽs, & Custos vrbiũ vocitat, & Natalitius, Septitius, Cortalis, Gentilitius, & Patrius: videlicet à cõmunione, quæ diuino ipsi numini ijs cũ rebus intercedit. Ad hæc Sodalitius, & Amicitiæ præses, tum Hospitalis, Castrensis, Trophæalis, Expiator, Sanguinarius, & Supplex, & Placabilis, vt Poetæ loquũtur: denicq; Seruator dicitur, ac Assertor: & (vt semel omnia cõplectar) Cœlestis, & Terrenus, ab omni natura, sorteq; nomen adeptus, vtpote qui omniũ rerum author sit. Quam ob rem quę de ipso in Orphicis carminibus dicta sunt, haud quaquam perperã dicta sunt. Equidem Necessitatem ipsam etiam nihil aliud, quam Deum dici censuerim & intelligi: cui ἀνάγκη ex eo nomen est, quòd natura quędam sit immobilis. Eundemq; ἑιμαρμένην, id est fatum, dictum à serie rerum conserta, inoffensoq; tenore procedente. Quod alio nomine πεπρωμένην ideo appellauerunt, quòd ab eo omnia terminata sunt, ac nihil in rerum natura infinitum est. Quin & μοῖραν, id est Sortem, appellatum eũdem Deum à partitione rerum dixerim: & νέμεσιν, quasi potestatẽ diuinam, eius quod visum est cuique distributricem. ἀδράστειαν etiam, quasi causam quandam naturam comparatam, quam fallere nemo queat, aut vitare. αἶσαν denicq; dictum, quasi semper existẽtem. Iam quod de Parcis & de fuso proditum est earum, eodem id etiam quodammodo pertinet. Siquidem tres Parcas prisci tria in tempora partiti sunt: filumq; fusi partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixerunt. Earum vnam statuentes in eo, quod iam profligatũ est: quam Atropon ideo nuncuparũt, quoniam ea quę iam præteriere, retrorsus agi nequeunt. At Lachesis functio futuris destinata est. omniũ enim quæ secundum naturam sunt, fors sua quodq; manet. Præsentibus autem rebus aut instantibus Clothus opera attributa est, quæ netu vnicuiq; conficit, quod suum est. Hocq; fabulamentum recte atque ordine compositum est. proinde hæc omnia non aliud quicquam, quàm Deum esse planum est, vt eximius Plato censuit. Enimuero Deus (vt est vetusto verbo proditum) principium, & finem, & media rerum omnium tenẽs, rectaq; linea incedens, operatur ille quidem secundum naturam, è vestigio comitem habens iustitiæ præsidem, quam δίκην nominauerunt, diuinæ legis vindicem, simul vt quicquã sanctionum eius prætermissum est. Cuius vt sit particeps numinis iam inde oportet ab initio, qui ad vitam beatam euasurus est, atque felicem.

Tres Parcæ.

Libri de Mundo finis.

MAGNIFICO

MAGNIFICO ET GENEROSO EQVITI DOMINICO MAVROCENO

DOMINICVS MONTESAVRVS BENE AGERE.



Vm superioribus annis, magnifice ac excellentissime Dominice, Aristotelis commentariolus de Mirandis auditionibus ad nostras manus peruenisset, cum ego ipsum, ne quod tempus dabatur propter desidiam in otio viuerem, interpretari conatus sum. Librum quidem credimus Aristotelis esse, vt quidam Nicãdri expositor in Theriaca asserere videtur, necnõ & Stephanus libro de Vrbibus: quod etiam ex Galeni sexto de Locis affectis facillime colligitur. Itaq; cùm Veronæ optimus Prætor ageres, inq; ea republica gubernanda dies, & noctes excubares, & vigilares: ego qui tamen scirem magnificentiam tuam inter tot, tantaq; negotia, Philosophorum volumina quãlibentissime lectitare, commentariolum hunc in lucem sub tuo nomine exire volui: nõ enim solum in vtraq; lingua, sed in omni Philosophorũ secta versatus es. Hunc igitur, qualiscũq; sit, hilari fronte susci pe. quod vt facias eo libentius oro, atq; obsecro, quo magis acerrimo, diuinoq; tuo iudicio, quemadmodum alijs omnibus in rebus, ita in hoc omnes facile acquieturos certe scio. Vale. Veronæ.

ARISTOTELIS

DE ADMIRANDIS AVDITIONIBVS COMMENTARIOLVS,

Dominico Montesauro Veronensi interprete.



Aeonię mons est, Hesęnus nomine, Pęoniam à Media diuidẽs, in quo fama est, quoddam animal repiri, Bolinthum nuncupatum, tametsi à Pęonib⁹ Monapios appelletur. Vniuersa huius forma boui simílis est: sed eundem magnitudine, ac robore, iubaq; pariter excellit. à ceruice. n. (quẽadmodum equus) iubã valde prolixã, necnõ à vertice vsq; ad oculos ipsam demissam habet. nec (veluti boues) cornibus armatũ est, sed aduersa ipsius cornua inter se sunt, & mucronata ad inferiorẽ situm iuxta auriculas vergunt, amplitudine nõ multo arctiore, q̃ vt singula semisestariũ capiant. nigritia proba refulgẽt, veluti si decorticata, expolitaq; sint. Cũ autem id animal excoriatũ fuerit, eius tergus distentũ locum octo accubantium occupat. Qñ vero pcussum est, fugam properat: & nisi defatigatũ nunquã consistit. Caro eius grati saporis est. Calcitrãs ac proluuiem alui vel ad quatuor passus, pijciẽs repugnat, quo prælãdi modo id sępe cũ facilitate maxima vtit: & ita adurit, vt pili insectãtium canũ absumãtur: si quidẽ concitetur, stercore cõburit: (vt inquiũt) si vero nõ irriteẽ, nequaquam adurit. Tẽpore aũt pariendi ad locum, in quo pariat, quãplurima sui gñis aialia aduẽtant, quę oia cũ simul cõgregata sint, maxime parturit, in circuituq; stercorat. largam. n. quãdã eius exeremẽti copiã hæc belua eijcit.

Qui in Arabia degunt, camelos proditur suas matres nõ superuenire: quinimo, siquis cogat, ipsi nõ patiunt. Etenim, cũ aliq̃n admissarius non haberet, curator pullũ matri optæ admisit: qui dũ coiret, delapso opimẽto matrẽ agnouit: & quãuis coitum absoluerit, camelariũ illum paulo post morsu defixo interemit.

Ferũt cuculos, qui Helicẽ incolunt, parientes tẽpore non nidificare, sed in palumbiũ, aut turturũ nido parere: neq; incubare, nec excludere, neq; nutrire, sed cùm pullus genitus, ac educatus ab aliena aue fuerit, consortes, cum quibus hic vitã degit, è paterno nido eijcere. Præstat aũt (vt videtur) pullus cuculi magnitudine, pulchritudineq;: qua de re facile pullos cęteros lõge antecellit. Hoc vero & palũbes adeo lætari autumant, vt & ipsi vnà cum illo proprios pullos è nido explodant.

4 Capræ Cretenſes,cùm aliqñ ſagitta tranſfixæ ſunt,(vt vulgo ferũ) dictãnum illius inſulæ proprium quæritant, dictamnoq; deuorato confeſtim telum eñciunt.

5 In Achaia ceruæ nõnullæ, vt dicitur, eo in loco degũt,quo ſua demiſerunt cornua, vt caueãt ne facile inermes repiantur.qd'ea de cauſa faciunt, qm̃ inſtrumentũ, quo repugnare poſſunt,cũ res exigit, nõ habent.& locũ,quo cornua demiſerũt,à nemine adhuc ferũ compertum eſſe.Plurimæ quoq; viſæ ſunt ẽt ceruæ,quæ cornibus enatam hederam gerunt.

6 In Armenia venenũ quoddã naſci aiunt, quod Pardaliãches ab angore dictũ eſt. Hoc igit̃ venatores victimã aſpergunt,ac recedũt, cũ ab ipſis Panthera cõſpicata fuerit. ea vero poſtquã id tetigerit,de more ſtercus hoīs quę rit. quocirca venatores ſtercus in vaſe reponunt, ac ex aliqua arbore vas ſuſpẽdunt. feraq; iſiliẽs ibidẽ,& ad extremã defatigationẽ peruenieñs,ab ipſis ſupat̃,illorũq; prędã efficit.

7 In Aegypto autem trochilum ad os crocodilli aduolare aſſerũt,dẽtesq; ipſius depurgare,carnis excreſcentiã roſtro ex ipſis dẽtibus extrahendo. ipſe vero nõ ſolũ trochilo mini me nocet, ſed mirũ in modũ ea re delectatur.

8 In Cephalenia affirmãt aliqui capras quotidie(veluti quadrupeda reliqua)nullo pacto bibere, ſed rictu flatui oppoſito aſtare, ac ore aperto aera ſuſcipere.

9 In Syria inter equos ſylueſtres vnũ armento præeſſe inquiunt. cùm vero aliquis cęteris iunior fœminam ſuperuenerit, ducem iraſci, ac illum tandiu inſectari, quouſq; deprehenderit. & cũ ſe inflexerit, ore ex poſterioribus poplitibus genitale euellere.

10 Teſtudines cũ viperam ederint, mox cuniculam deuorare autumant: quam ſi celeriter non inuenerint, interire.Et ruricolas quãplurimos huius rei veritatem experientia comprobare, qui cùm aſpexiſſent ipſas ita agere, abvna cuniculam euulſere: quo facto eos paulò poſt ipſam defunctam vidiſſe.

11 Genitale viuerrę nõ naturę ſimile cũ cęterorum aĩaliũ genitalibus eſſe dicit̃, ſed vtcũq; diſponat̃,tempore ꝑpetuo ſolidũ, veluti os, extat.Proditur vero idem genitale præſtãtiſſimum medicamentũ vrinæ ſtillationibus eſſe, & per ramenta ex vino dari.

12 Picũ martium auiculã,& reſupinũ, & pronũ ſtellionũ more per arborẽ ſcãdere aſſerũt. Depaſcere aũt vermes ex arboribus dicit̃, ac arbores,cũ coſſos quærit,tam vehementer in profundo defodere,vt ipſas ſternat.

13 Plataleas aues conchas quę in fluminibus extant,effodientes deuorare fama eſt:deinde cùm copiã earum abſorbuerint euomere: poſtremo carnem quidem concharum edere,teſtas vero earum minime tangere.

Arcadię mons eſt Cyllene nomine,in quo 14
merulas pullos albos parere aiunt,nec vſquã aliubi naſci: ac diuerſas voces emittere, & noctu aduerſus Lunã incedere. Si quis autẽ interdiu ipſas capere tentauerit, maxima cũ difficultate eas venari poterit.

Anthinõ quidẽ quaſi iucundũ ſuaueq; vinũ à nõnullis appellatũ,circa Melũ,Gnidũq; oppida naſci,ac gratam olentiã expirare:Oligochroniõ vero quaſi inſuaue, paucíq; mẽti ac duratiõis, ꝑpe Erithacẽ fieri ꝓditur.

Locis quibuſdam Cappadociæ mel abiq; 16
fauo confici fertur, ac ſpiſſitudine ſua oleo ſimile euadere.

In Trapezõto,quę in Põto eſt, mel grauiter olens ex buxo generari aiunt. qd'quidẽ ſi edatur,ſanos mẽte abalienare: comitiali vero morbo prehẽſos integre abſoluere autumãt. 17

Stephan' li bro de Vrbibus hunc locum citat.

Lydias arbores amplã mellis copiã genera 18
re enarrãt nõnulli, ac incolas ex ipſo paſtillos abſq; cera cõficere,& ipſos abſcindẽtes paſtillos vehementiori fractione egere.In Thracia quoq;, & ſi non tã ſolidũ, ceu tñ arenaceũ gignit̃. vniuerſum vero coactũ mel nõ, quemadmodũ aqua, & cætera humida, parem ſortiri magnitudinem autumant.

Chalidicã herbam,& amygdalã ad melliſi 19
candum maximã vtilitatẽ præſtare proditur: fœtum enim plurimũ,ex ipſis fieri inquiunt.

Aſſeritur,apes ab vnguentorũ delitijs per 20
turbari,ac odores odiſſe.nõnulli tamen ipſas homines his delibutos percutere autumant.

Aiunt in Illyrijs, qui Taulantij nuncupan 21
tur,ex melle vinũ fieri.cùm. n.fauos expreſſerint,aquã infundẽtes in lebete decoquũt,donec dimidiũ defecerit: deinceps in dolijs effundẽtes,idq; iucũdiſſime iactitãtes,dolia ſuper tabulas reponunt, atq; ibi longo temporis ſpacio permanere,& vinoſum, ac præſertim ſuaue, ſpirituoſumq; euadere inquiunt. Hoc autẽ iam & in Græcia eueniſſe nonnulli enarrant,vt nequaquã à veteri vino differat. ſed cũ poſtea hoc explorarẽt, neminẽ tempe riem huius inuenire potuiſſe autumant.

Circa Theſſaliã ſerpentes tanto in nume 22
ro generari memoriæ proditum eſt, vt niſi à ciconijs interimerentur,incolas excedere, ac regione tota emigrare coegiſſent. Quocirca honos his tantus in Theſſalia eſt, vt ciconias occidere capitale ſit.et ſigs eas exanimauerit, eidem pœnæ, cui & homicida,obnoxius eſt.

Pari modo & in Lacedæmonia tã magna 23
ſerpentum copia quibuſdã temporibus fieri

rememoratur,

rememoratur, vt propter ciborũ inopiã Lacones ipſis pro alimento vti fama ſit: ex quo Apollinem Pythium ipſos ſerpentum exco riatores appellare fertur.

24 In Cypro inſula metas ferrũ comedere aſſerit̃.

25 Chalybes in inſula quadã parua, quę in ſublimi paululũ recũbit, aurũ ex pluribus rebus cõponere inquiunt.qua de cauſa & in metallis id refundunt,vt emptores decipiant.

26 Ab his, qui ex Suſis ad Mediã proficiſcuntur,ſecũda itineris die ingẽs terreſtriũ ſcorpionum copia repiri ferũ.quo circa,cũ Perſarum rex illàc exercitũ traijceret,triduo toto agmine cõmoratus,venationem ſcorpionũ imperauit, & his, qui plurimos ſcorpiones ceperint,præmium dediſſe ferunt.

27 In Cyrena mures vnius generis non eſſe, ſed forma coloreq; plurimũ diſtare aſſerunt, alios.n.ceu muſtellæ lata facie fieri: nonnullos vero vipę formã ſortiri, quos vipas vocãt

28 Circa Siciliam aquæ ſtagnũ ineſſe aſſerũt, in quo ſi quis aues,cætera'ue ſuffocata anima lia intinxerit,rurſus reuiuiſcere autumant.

29 Apud Gelonas Scytarũ ferã verſari traditur,exceſſu quidẽ raram, nomine aũt Tarandã: quę quacũq; incedit, pilorum colores mutat: ideoq; raro capitur. locorum arborũq; & omnino omnium colorem reddit. mira pilorum mutatio huius eſt, cũ reliqua colore tantum immutentur, ceu chamęleo,& polypus. Tarandæ magnitudo, quę bouis eſt:nec caput ceruino abſimile ſortitur.

30 In Abydo quendam mente abalienatũ inesſe ferũ, ac ad theatrũ pluriũ dierũ ſpacio acceſſiſſe, vt hiſtrionum acta reſpiceret, adnotaret̃ uc:qui ab inſania abſolutus fatuitatis tempore vitam iucundiſſime degiſſe aſſeuerauit.

31 In Tarento cauponẽ noctu furentẽ fuiſſe, interdiu aũt vina vendidiſſe quidã aſſerunt. etenim proprię tabernę clauim ſub zona ferebat: cùm vero multi ſurripere tentauerint, eam nullo pacto abſtuliſſe.

32 In Lipara inſula aliqui affirmant huius vis atq; naturæ terrã reperiri,in qua ſi quis ollam occultauerit, quodcunq; voluerit, dummodo in ea imponatur,decoquetur.

33 Flagrant in Medijs & Pſittacinæ gentis ac Perſidis confinio ignes,quorũ hic quidem in Medijs minus, qui autẽ in Pſittacina magis, & ſyncera flamma ardet: qua de cauſa Perſarum rex ad hunc culinas molitus eſt,vterque vero locis planis,nec inæqualibus ineſt. Cętera rum hos quidem interdiu noctu'ue pcipere licet: qui vero in Pamphylia cremant,noctu duntaxat percipi poſſunt.

34 Circa Atitaniam iuxta cõfinia Apollonia tis ſaxum quoddam ineſſe autumant,ex quo quidem emiſſus ignis nõ percipitur, cũ vero oleo deſuper reſpergitur,inflammatur.

Extra columnas Herculeas ignes flagrare 35
fama eſt, hos quidẽ ſemper, alios vero noctu ſolũ, veluti Anonus Periplus memoriæ prodidit. Et in Lipara manifeſtũ ignem, ac flammeum inueniri,verũ non interdiu, ſed noctu tantũ ardere autumant. In Pithecuſis ardentem ac ſupra modũ calidũ ignẽ reperiri aiunt, verum nõ adurentẽ. Ignem tñ, qui in Lipara extat,aliqñ anno ſextodecimo deficere,decimo vero ſeptimo redire refert Xenophanes.

Exhalationẽ Aethnę nec flãmeam nec con 36
tinuã eſſe,ſed pluribus annis fieri aſſeuerant.

Circa Lydiã ignẽ quãplurimũ ſurſum fer 37
ri, ac ſeptẽ dierũ diſcrimine flagrare inquiũt.

Miranda eſt ignis exhalatio, quæ in Sicilia 38
cõtingit,cuius ebullitio per ſtadia quadragin
ta diffunditur,ſed nec tria attollitur ſtadia.

Lapis in Thracia eſt, Spinus nomine, qui 39
interciſus ardet,idq; iuxta ſe poſitus(ceu Smarillus) reddit. iſti igitur lapides apud ſe inuicem cõpoſiti, aquaq; cõſperſi flagrant: idẽq; Maritham agere aſſeuerant.

Circa Philippos Macedoniæ metalla repe 40
riri narrant, ex quibus fruſta electa grãdeſcere proditur,aurumq;, vt clarũ eſt, producere.

In Cypro circa Tyrrhiam ęs eiuſdem natu 41
ræ fieri aiunt. quod ruricolæ minutatim cõtuſum, vt cõſtat, ſeminant, poſthacq; in id eruptis aqs augẽt̃,et redd.t̃,ac hoc modo colligit̃.

In Melo inſula loca defoſſa iterum conte 42
ſtim terra repleri aſſeuerant.

Apud Pæoniam cũ pluuiæ continuę fiũt, 43
colliquata terra aurũ, Apyron nũcupatum, inueniri inquiũt, & adeo Pæoniæ terram deaurare,vt ponderis auri vltra mnam reperiſe cõplures dicunt:& aliũ quidem tres mnas, alium vero quinque cõducere,regiq; exploratores auri geminos obolos reportare aſſerunt,& ad mẽſam recumbere, primumq; inter illos epularum primitias regẽ imparti.

Flumẽ Ozũ, quod in Bactris eſt,auri plu 44
res glebas deferre memoriæ proditũ eſt:& in Iberia flumẽ Theodorũ dictum,iuxta littora multũ auri ſcatere, ac ſimili rõne deportare.

Ab antiquis regibus in Pieria Macedonię 45
reconditã quandã auri copiã defoſſamq; eſſe ferũ,ac ex vna fouearũ quatuor,quæ ibi ſunt, aurũ renaſci ſeſquipedali magnitudine aiũt.

Argẽti Myſini,ferriq; Chalybici peculia riſ 46
ſimã eſſe generationẽ ferunt. vna. n. cũ arena ꝑ fluuiũ delata naſcit̃,(vt aiunt). hãc vero alij quidẽ vna rõne abluentes in fornace adurere autumant,alij aũt eius ſedimen naturalę

ſæpenumero lotũ comburere, lapidẽq; Pyrimacũ appellatũ interponere, cuius copia in illa regione magna eſt. Ferrũ vero hoc cæteris pulchrius efficit, nec ab argẽto diſtaret, ſi i fornace vna non cremaret. ſolũ aũt hoc minime rubigine cõſumit, nec copioſum effici, pdit.

47 Apud Indos ęs adeo lucidũ ac purũ, necnõ rubigine carens repiri aiũt, vt neq; colore diſtare ab auro pcipi ſolitum ſit, ſed in Darij poculis cados nonnullos pluresq; inueniri, qui nec alio pacto, quàm odore, ænei ſint, an aurei, cognoſci nequeunt.

48 Stãnum Celticũ plũbo multo ocyus liqueſcere ſcribit. cuius eliquationis argumẽtũ eſt, q; i aqua poſitũ liqueſcere ſoleat, vt cõſtat. ergo facile colorat. Liqueſcit aũt extremo frigore, geluq; pcreato, cũ ipſius inatus calor ad intra recludit, ac ob eius imbecillitatẽ cõpellit.

49 In Pãtheo olea eſt, optima corona noie. huius aũt folia cæteris oleis è cõtrario exeũt. intus.n. & non foris virent, ac nec aliter q; myrtus, ramos coronæ effigiẽ præ ſe ferẽtes emittit. Ab hac vero palmitẽ Hercules euulſit, ad Olympiaq; illũ explantauit: ex quo athletas coronatos fuiſſe ferũt. hęc.n. iuxta flumẽ Illiſum, puenit, ac ſexaginta ſtadiorũ diſcrimine à flumine diſtat, vallaturq; domibus circunquaq;: quã ſi qs tãgeret, magna ab accolis afficeret pœna. Cęterũ poſthac ex ea Eleios palmitẽ quoq; accepiſſe, ac in Olympia plãtaſſe, & athletis coronas inſtituiſſe aſſerunt.

50 Ad Lydiæ metalla apud Pergamũ exiſtentia, quæ antea Crœſus cõfecerat, bello quodã exorto opifices cõfugiſſe ferũt, qui obſtructo illius loci oſtio ſuffocati ſunt: poſteaq; longo tẽporis iteruallo metallis adopertis, vaſa, quibus p manibus abluẽdis opportunitate vtebant, in lapides cõuerſa inuẽta fuiſſe, ac quouis liquore (ceu amphorę) repleta fuiſſent, pari modo ipſum in lapidem conuerſum fuiſſe: necnon ſimili ratione oſſa hominum in lapides conuerſa vulgo proditur.

51 Paludis Aſcanię aqua adeo nitroſa ex ſuapte natura extat, vt nulla alia purgatione pallia, q; in ipſa remorant, egere noſcant. ſi qs vero ea i eadẽ aqua aliquãdiu pmiſerit, itercidũt.

52 Iuxta paludẽ Aſcaniam Mythepolis oppidum conditum eſt, qd per centum viginticq; ſtadia à Cio diſtat: quo in oppido algore hyemis aduentãte, puteos omnes exiccari ferũt, vt nullo modo vas ab earũ aqua intingi poſſit: feruore autẽ ęſtatis adeo repleri, vt ad extrema puteorum labia vnda proſiliat.

53 Fretum, quod Siciliam Italiamq; ſecernit, vnà cum incremento lunari decremento'ue augeri minuiq; aſſerunt.

Qua de cauſa in via quoq;, quę Syracuſas ducit, fons in prato extat, q nec magnitudine præſtat, nec multa aqua refertus eſt. cũ vero vehemẽs turbo è regione efflauerit, imẽſam aquæ copiam accolis concedere ſolitus eſt. 54

Porrò in Siciliæ paliſcis fons eſt, qui decẽ accubantiũ ſitum occupat. hunc.n. ad ſexcubitalẽ altitudinem aquã reijcere aiunt, adeo, vt accolę, cũ id videbant, cãpos exundaturos arbitrarent: rurſusq; aqua in eundẽ redit fontem. Iuſiurãdi quoq; in ſe diuinitatẽ detinere autumant. nã ſiquis tabellã inſcriptam iuſiurandi in eum impoſuerit, ſi recte iurauerit, tabellam ſupernatare affirmant: ſin ſecus, tabellam grauitate affectam in profundũ aboleri, hominẽq; periurũ comburi. quocirca ſacerdotem ab ipſo fideiuſſionem de expurgationis impenſa ſuſcipere, cùm factum quid iuſiurandum depurgare voluerit. 55

Demoneſſus Carthaginenſium inſula extat, quæ cognomẽ à Demoneſſo primo eius cultore ſortita eſt. Cœruleum metallũ chryſocollãq; hæc regio obtinet, quã optimã ad auri preciũ aliquis inuenire poterit. etenim medicamẽtum oculorũ hęc eſt. Atq; ibi æs gemmos paſſus ſupernatans in mari reperitur, ex quo ſtatua illa cõfecta eſt, quę in Sicyonia veruſtiſſimo Apollinis templo conſpicitur. 56

In Pheneo quoq; Orichalci appellati inueniunt, quibus inſcriptum erat, Hercules Amphitryonis Helide capta dicauit. Helin enim ceperat vxoris ductu iuxta oraculũ, cuius patrẽ Augeam iampridẽ iterfecerat. Cæterum cùm ęs effodiunt, acutiſſimi viſus efficiũtur, & palpebris carent: quo circa æris flore, cineręq; phrygio ad oculos vtuntur. 57

Antrũ quoq;, qd Glaphyrũ, quaſi ſculptũ vocãt, ibi eſt, ī quo niues ex guttis gbuſdã defluẽtibus cõcreſcũt. hoc aũt eius loci aſcenſus ad pauimẽtũ, quo anguſtiſſimus eſt, declarat.

Ex vno aquilarũ pari altera, quę ſterilis eſt, marina viciſſim efficit, quouſq; cõpares euadãt, ex marinis vero oſſifragæ. ex his aũt pernices, accipitres, vulturesq; fiũt. iſti quoq; nec ſobolẽ vulturum claudũt, ſed magnos vultures, qui fœcũditate carent, gignũt: argumento, q nemo vulturis magni nidum cõſpexit.

Mirandũ eſt autem, cur apud Indos circa plũbum quod ibi extat, hæc eueniant. Cùm enim colliquatũ eſt, in frigida aqua detinetur aliquandiu, demumq; ex aqua exilit.

Ferũt ęs Moſſynicon nũcupatũ nõ commixtione ſtanni, ſed ex terra quæ cũ eo naſcit decoquitur'ue, lucidiſſimũ cãdidiſſimũq; exiſtere. Auctorẽ vero huius tẽperamẽtũ neminẽ docuiſſe aſſeuerãt. qua de cauſa res æneæ, quæ

quæ ſuperiori tempore molitæ ea in regione fuerunt, recẽtiores longe excellere videtur.

62 In Põto hyeme aues nõnullas reperiri memoriæ proditũ eſt, quæ neq; cùm alui proluuiem emittunt, nec quãdo pẽnæ eis euelluntur, ſentiunt; neq; ẽt cùm minuto veru tranſixæ ſunt, niſi cùm igne torreantur.

63 Apes ſolſtitia pręſagire videntur, cũ opera non iubeant: quo indicio apiarij vtuntur, ac tunc temporis quietẽ degunt. Cicadæ quoq; poſt ſolſtitia canere videntur.

64 Echinum interuallo annuo ſine cibo viuere aiunt.

65 Feles cũ coriũ exuere velint, reliquorum ſerpentium more vultu reſupino bibere inquiunt, eũq; à medicis ſeruari, cùm mirum in modum comitialibus proſit.

66 Vrſæ adipem traditur, cũ algore hyemis in vaſe congelatus fuerit, per id tẽpus, quo vrſa condit, creſcere, vaſq; in quo inerit, ſupgredi.

67 In Cyrenenſi agro ranas vocales penitus deeſſe ſcribitur: atq; in Emathia Macedoniæ regione ſues ſolipedes generari legitur.

68 In Cappadocia mulas fœcundas victitare proditur: ac in Creta populos nigras fructiferas naſci vulgo fertur.

69 Circa Babylonis rigua decedentibus fluuijs in cauernas aqueas, hebetes piſces nõnullos remanere prodit, quos inde exire ad pabula pinulis gradientes crebro caudæ motu, cõtraq; venantes refugere in ſuas cauernas, & in his obuerſos ſtare, ac ſępenumero viros aliquos eorum cauernas ingredi, ipſosq; irridere aiũt. Illorum autem capita ranæ marinæ proxima extant, reliquæ partes gobijs, brancħiæ cæteris piſcibus.

70 In Heraclea, quę in ponto eſt, & i Rhegio defoſſos piſces innaſci legit, qui iuxta amnes aquatilesq; regiones incolunt. cũ vero certo tempore hæc exiccantur, exareſcuntq;, in terram iter contẽdũt. poſtea aũt terra magis deſiccata humorẽ inſectantes, ad ſyluam confugiũt. poſtremo vero hac arefacta adhuc in humore perſeuerant, quẽadmodum animalia, quæ in latebris remorãtur. cũ autem eos effodiunt, anteaquã aquarum ſucceſſio eueniat, motu demũ corporũ ipſos viuere approbãt.

71 Apud Paphlagoniã effoſſos ex altis ſcrobibus piſces oriri aſſerũt, virtute quidẽ præſtãtiſſimos in locis, vbi nullæ prope reſtagnãt aquæ, ſola tellure vitam illis ſuppetente.

72 Ceruas, quæ in Epiro oriuntur, dextrũ cornu defodere, ceu multa vtilitate prędituũ aiũt.

73 Vitulũ marinum coagulũ euomere, cùm eum capiunt, ferunt, tanquã medicamentum ad comitiales morbos vtile.

Lyncẽ quoq; vrinã terra opire ſcribit, eo q; ad multa alia, necnõ ad gẽmarũ vtilitatẽ pſtat. 74

Italiæ mõs eſt, Cyrceus nomine, in quo veneni quædã ſpecies letalis orit, huius vis atq; natura, vt ſi quis ex ipſo aſpſus fuerit, cõtinuo concidat, ac caluus efficiatur, mẽbraq; totius corporis defluãt. quã ob rẽ ſupficiẽ corporis defunctorũ miſeratione dignã ineſſe tradit. Hãc aũt veneni ſpeciẽ ferũt Paulũ Peuceſtiũ, & Gaiũ, cũ Cleonymo Spartano tradere decreuiſſent, à Tarẽtinis compertos, ac de vene no interrogatos capitales pœnas pſoluiſſe. 75

In inſula Diomedea, quę in Adriatico ſinu iacet, mirabile diuinũq; Diomedis delubrum ineſſe legit, circa quod aues in circulo verſari magnitudine quidẽ præſtãtes, roſtris autem longiſſimis duriſſimiſq; : quæ Græcis tãtum ad eum locũ aduenientibus adulant, ac accolas barbaros alarum clangore infeſtant, & in ſublimi elatæ eorũ capita vehementer percutiunt, vulnerãtesq; roſtris ipſos necãt. Vnde origo fabulę, Diomedis ſocios in earum effigies tranſfiguratos: qui cùm naufragia haud procul ab inſula ſuſtuliſſent, Diomedes dolo ab Aęneo, qui eorum locorum imperium gerebat, interfectus fuit. 76

* Enęto.

Apud Vmbros pecora anno ſingulo terparere aiũt, terrãq; multo copioſiorẽ multitudinẽ fructuũ emittere regione quæ ſeminat. 77

Mulieres quoq; eius loci accolas plures generare, raroq; ſingulas ſingulos parere, quãmultas vero geminos, ternosq; parturire ferunt.

In Electris inſulis, quę in Adriatico ſinu extant, ſimulacra gemina adiacere ferũt, quorũ alterũ quidẽ ſtanneũ, alterũ vero æneũ extat, veruſtiſſimo tũ more elaborata. Hęc quidem Dædali opera fuiſſe priſcorũ monumenta teſtantur, cùm Minoem ex Sicilia, Cretaq; inſectantem effugeret, atq; in eis ſe accommodaſſet regionibus. Antedictas autem inſulas ab Eridano aſtrui aſſeuerant. 78

Lacus non procul ab amne Eridano conſtat, cuius aqua calida eſt, ac odorem grauem moleſtumq; exhalat, ex qua nullum animal bibit, nullaq; auis eum ſuperuolat, ſed interciꝑit, pariter'ue moritur. hic autem .cc. ſtadia circuit, ac per .x. latus eſt. Accolæ vero fabulantur Phaethontẽ iam fulmine ictum in hũc decidiſſe: inibiq; crebras populos exiſtere, ex quibus electrũ dictũ excidere: quod nec abſimile gẽmi eſſe aſſeritur, cũ lapidis dutitiã ferè ſortiatur: collectum vero hoc ab accolis ad Græcos trãſferri. Ad has ergo inſulas Dædalum perueniſſe inquiunt, ac eas occupaſſe, in earumq; prima eius ſimulacrum, ac Icari ipſius filij appẽdiſſe. poſtea aũt cùm Pelaſgi ex 79

Argo depulsi, in eas nauigassent, irruissentq;, Dædalum effugisse, atque ad Icarũ insulam applicuisse ferunt.

80 Sicilię mõs est, Aethna nomine, in quo antrũ quoddã inesse tradit, in cuius circuitu cętetorũ florum ingentẽ copiam oibus anni temporibus innatam esse asserunt, sed multo maxime locum aliquem immensum violarũ repletum fuisse: quæ regionem proximã suaui olentia replent, quamobrem venatores cùm canes ab odore deuicti fuerint, leporũ vestigia insectari nequeunt. In hoc autẽ hiatu occultus est ingressus, quo Plutonem Proserpinam rapuisse fabulãtur. Triticum quoq; hoc in loco reperiri affirmãt dissimile illi, quo accolæ vtunt, necnon cætero aduentitio. quandam tamen peculiarissimam magnitudinem sortitur. hoc enim adnotarunt primum triticeum fructum apud ipsos apparere. Quocirca Cererem sibi vendicarũt, enarrantes apud se Deam hanc natam educatamq; fuisse.

81 Cretę insulæ lupos, vrsosq;, ac viperas, cætera uę ijs similia maleficia naturam negasse ferunt, ea de causa, quòd in illa regione lupiter ortus atque alitus sit.

82 In mari trans Herculeas colũnas insulam desolatam à Carthaginensibus inuentã fuisse proditur, quæ quidẽ omniformi lignorũ materia, amnibusq; nauigabilibus, necnon cæterorum fructuũ genere mirabilis est, distatq; à terra plurium dierum spacio: ad quã Carthaginenses sæpe ob eius felicitatem accedebãt, ac illorum nonnulli eam incolebãt. Præsides vero Carthaginensium cũ id intercipere decreuissent, mortali pœna ad ipsam accedẽtes puniebãt: indigenas vero omnes interimi iusserunt, ne ibi degerent, ac etiam ne turba aliqua in ipsos conuersa insulæ imperium consequerẽtur, & Carthaginensium libertatem tranquillam perturbaret, surriperet ue.

83 Ex Italia in Galliam vsq; Celtiberorũ Iberorumq;, viam quandã reperiri aiunt, cui Herculea nomen est, in qua tam Græcus, quã incola viator indigenarum beneficio nulla iniuria molestia ue afficitur. cæterum si quis ex eis quempiam infestaret, pœnã eiusdem generis dare ferunt.

84 Venenum à Gallis Toxicum dictũ confici legitur, idq; adeo velocem interitum corporibus afferre aiunt, vt Galli venatores cũ cerum, aut quoduis aliud animal sagitta transfixerunt, maxima cum festinatione accurrentes, carnem vulnere infectã resecent, ne reliquæ animalis partes veneno afficiantur, partim quidẽ cibi causa, partim vero, ne animal putridum conficiatur. Alij tamen remedium toxico inueniri corticem roboris affirmant: alij autem alterum aliquod foliũ, quod Coruatium appellant, cùm illi animaduertissent, coruum venenum degustasse, languoreq; affectum ad eum magno impetu aduolare, ac illud, postquã deuorasset, à dolore quieuisse.

Cùm Iberiæ pastores nonnulli locum arboribus refertũ incendissent, ac terra à syluæ cõbustione vehemẽter supcalefieret, argentum regionem manifeste etfluxisse asserunt: paulóq; post terræmotibus succedẽtibus, ac disruptis locis, quãplurimum argentum vnà coactum fuisse traditur, quod maximam vtilitatem Massilienſibus tribuit.

In Gymnasijs apud Iberiæ insulas adiacentibus, quæ præter alias septem famosas insulas cæteras magnitudine excellere videntur, oleum ex oliuis minime effici traditur, sed ex Terebintho vehemẽtẽ ei⁹ copiã fieri, idq; ad omnia congruẽs. Cæterum illius loci accolas adeo mulierum cõmercio delectari autumãt, vt pro singulo fœmineo corpore, quatuor quinquéue masculina corpora mercatoribus exhibeant. Cùm vero pro Carthaginensibus militiam exercerẽt, nihil aliud pro eorũ mercede præter mulieres deliberant, suscipiũtq;, nec enim apud eos vllum aurum, argentũ ue possidere licet. Hinc autẽ illud ortum est, ipsos nullo pacto diuitias in patriam exportare posse, quoniam Hercules maximo cũ exercitu ob opulentiã illorũ Iberiã deprędatus sit.

Circa Liguriam in Massilienſium agro stagnum quoddam reperiri asserunt, qd̃ebullire, ac aquas supereffundere aiunt, tantamq; piscium copiã ejicere, vt nec credere dignũ sit. Cùm vero Etesiæ efflant, terræ puluerem suum per se obducit, eumq; talem illic procreat, vt superficiẽ eius, ceu solum firmet. Cæterũ indigenæ tridente id interrũpunt, & quotquot pisces voluerint, prompte excipiunt.

Ligures nonnullos adeo fundarum iactu præstare traditur, vt cũ multas viderint aues, inter se certatim eligunt qualem quisque earũ necis apparatu capere decreuerit, vt prompte omnes quisq; suam consequantur auem. Peculiarem quoque isti naturam detinent, vt mulieres in puerperio vnà operentur, infantemq; aqua abluunt, ac saltim terrã scalpunt, effodiũt ue, cæteraq; domestica exercẽt, quę neq; priusquã ad puerperiũ accederẽt, agenda erant. Mirabilem ẽt amnẽ sortiuntur, cuius vnda in sublimi tãtum attollitur, fluit ue, vt ij, qui trans fluuiũ sunt, conspici nequeãt.

Insulam quandam Thaliam nomine in Tyrrhenæ prouinciæ mari inesse fama est, in qua ex eadem metalli minera antea quidem

90 In Tyrrhenia oppidum quoddã, Oenareũ appellatum extat, cuius apicem munitũ inesse affirmant. in medio enim collis. xxx. stadiorum altitudine consurgit, qui syluam arborum aquarumq; variam continet. At cùm accolæ extimescerent, ne illorum quis eius loci tyrãnus efficeretur, quosdam ex seruis suis libertos principes sibi constituunt, ac annis singulis eorum successores procreant.

91 Cumæ Italiæ ciuitas est, in qua, vt clarũ est, Sybillæ fatidicæ sub terra quidam subterraneus thalamus panditur; quam diutissime ibi virginem degisse iniquiũt. cæterum cùm quidem hæc Erithręa sit, à quibusdam Italiæ accolis Cumęa, ab alijs vero Melachręna appellatur. Loci autem huius præsides Leucades extant. Ex ea quoq; regione amnem apud Cumas quendam reperiri asserunt, cetum nuncupatum, in quem si quid proiectum fuerit, primum nasci, pullulariq;, ac postremo lapidescere affirmant.

92 Alcisthenes Sybarita miro sumptu clamydem cõfecisse, exornasseq; legitur, ac eam in Crotonis promõtorio ad Iunonis nundinas præposuisse, ad quas vniuersæ Italiæ indigenæ confluunt. cæterum præter omnia, quæ ibi mira videntur, hoc incredibili admiratione Italos maxime detinuit: illamq; in suã potestatem Dionysius senior redegit, qui hanc Carthaginensibus centum vigintiquinq; talentorum precio vẽdidit. Colore quidẽ purpurea erat, amplitudine vero vlnarum quindecim. vndique autẽ minutis animalibus velabatur intextis. desuper quidem Susæ, deorsum autem Persę oppida inserta. in medio vero Iupiter, Iuno, Diana, Minerua, Apollo, Venus inaderãt. ĩ vtroq; añt extremo Antisthenes ierat, vtrinq; vero Sybaris ipsa eminebat.

93 Circa Iapygiæ extremitatem locum reperiri autumant, in quo bellum Herculem cum Gigãtibus gessisse fabulantur: ex quo quidẽ fanioſum humorem tantum talemq; efflu ere, vt gratia grauis olentię ipsius regionis mave eius innauigabile extet. Herculem quoq; quamplurima monumenta ac penè infinita in itinere, quo Italiam peragrauit, reliquisse affirmant. Cæterum circa Pandosiam Iapygiæ oppidi Dei certa vestigia apparent, ad quæ nemini incedere fas est. Amplius quoque circa extremam Iapygiam lapidem plaustrali pondere grauem inesse, quem ab illo eleuatum, ac retro transmissum aiunt, etenim seq; eũ vno digito dũtaxat à Deo cõmoueri.

In Orchomenioru oppido, quod in Bœotia extat, vulpem apparuisse affirmant, quam cùm canis insectaretur, in scrobem quãdam irrupisse, canemq; vnà intrasse, ac latrantem magnum fecisse sonum, ceu si campestris amplitudo ipsi inesset: venatores vero, cùm de hac re felicitatem cogitarent, eius loci ostium fregisse, ac seipsos intro misisse: videntes autẽ ex quibusdam spiraculis lumen ab extra intro ferri, manifeste cętera contemplasse, ac celeri cursu omnia suis magistratibus enũciasse. 94

In Sardine insula Antiquorũ ædificia multa, pulchraq; Græcorum more elaborata extare affirmant, ac fornices nouis proportionibus expolitos, quos Iolaus Iphiclis filius fabrefecit: qui cùm ab Hercule Thespiades accepisset, ad ea loca nauigauit, illaq; inhabitauit ob sanguinitatem, quam cum Hercule congruentem habebat, præcipue tamen quoniam Hercules vniuersas occidentis regiones subiugauerat. Ea autem insula antea quidem (vt constat) Ichnusa vocabatur, quia immensam humani vestigij similitudinem figuramq; sortita est. Felicem, fertilemq; superiori tempore hanc fuisse asserunt: Aristeumq;, q agricultura inter Antiquos maxime pollebat, eius loci indigenis imperasse fabulantur, cùm iampridem à magnis auium copijs occuparentur. Nunc vero tali fertilitate fortuna ue minime viget, ob Carthaginensium imperiũ, quòd vniuersos fructus cibo idoneos extirpare incolis iubebant. at si eorũ quis ipsos plantasset, capitali pœna trucidabatur. 95

Inter septem Aeolias insulas vna est Lipara nomine, in qua sepulcrum esse fabulãtur, de quo quamplurima ac sanè mõstrosa enarrant. In hoc vero conueniunt omnes noctu ad eum locum accedere non tutum esse. inde enim tympanorum, cymbalorumq; sonitũ, risum ue cum tumultu ac crepitaculis euidẽter exaudiri asserunt. Aliud quoq; circa eius insulæ speluncam, quod magis horrorẽ portentum ue inducit, euenisse, s. cùm quidam ebrius ante Solis ortũ eo in specu obdormisset, quem serui eius inuestigabant, tres dies integros cubauit, quarta vero luce à domesticis inuentus est: qui cùm ceu mortuus à domesticis haberetur, ad peculiare sui sepulcrũ delatus fuit: sed repẽte surrexit, omniaq;, quę sibi eo in somno euenerant, astantibus enarrauit. Cæterũ etsi hoc quidem fabulosum nobis videtur, nihilominus id obliuioni minime ꝓmittere operęprecij esse duxim⁹, cũ eorũ lo eorũ designationẽ descriptionẽ ue fecerim⁹.

Apud

97 Apud Italię Cumas lacus extat, cui Aornꝰ nomen eſt, qui cùm nihil (vt conſtat) admiratu dignum habeat, collibus altiſſimis trium ſtadiorum altitudine circundatur, ac eius figura rotunda eſt, immenſamq; profunditatem habet. Cæterum idq; mirabile videtur, cùm multæ denſæq; in eo loco ſupertollantur arbores, ac nonnullæ in eo reclinentur, nullus tamen introſpicere poteſt in eius aqua folia conſtanter ſtare, ſed adeo pellucida ſyncerag; eſt, vt qui eam contemplantur, ſtupore maxime afficiãtur. Circa Epirũ aũt, q̃ ab eo haud multum diſtat, calida aqua regionem ſæpe irruit, ex qua regio vniuerſa Pyriphlegeton eſt appellata. Quòd autem in eo nulla auis ſuperuolet, abſurdum eſt. qui enim ad eum acceſſerunt, quandam cygnorum copiã in ipſo oriri referunt.

98 Inſulas Syrænũ intra Italiæ limites poſitas eſſe traditur circa fretipromontorium, quod ante locum præcipitem, ſinibuſq; redundantem iacet, ac Cumas, & Poſſidoniam appellatam cõtinet. Cæterum in eo earum templa conſtituunt, easq; excellenter & accurate indigenę ſacrificijs venerãtur: quarum hęc nomina eſſe dicuntur, & primam quidem Parthenopem, alteram vero Leucoſiam, tertiam autem Ligiam vocant.

99 Mons quidam, cui Delphion nomen eſt, qui Mentoricam Iſtriamq; mediat, cuius faſtigium altum extat: quod cùm Mętores, qui littora Adrię incolunt, aſcendunt, ea quæ in Ponto euenĭunt, longa intercapedine contemplantur. cæterum in eo monte forum cõmune efficitur, ad quod quidem cùm Ponti mercatores aſcenderũt, Lesbia, Chia, Thaſia vendunt, ex Adriatico vero mercatores amphoras Corcyraicas.

100 Amnem Iſtrũ nomine, qui ex Hercynijs quercetis effluit, bifidum eſſe proditur, & partim quidem in Põtum, partim vero in Adriaticum mare diffundi, argumento, quòd non ſolum hac tempeſtate, ſed antiquorum ſęculo multo magis viſum fuiſſe, eo quòd loca innauigabilia ibi extant: etenim cùm Iaſon ad Cyaneas nauigaret ex Ponto, nauigaſſe per Italiam fama eſt. At inter cætera ſigna, quæ nec pauca numero ſunt, altaria ab Iaſone confecta oſtendunt. Inter inſulas quoq; Adriæ vna eſt, in qua ſacellũ multo ſumptu Midias Dianæ ædificauit. Amplius Iaſon freti planctas minime tranſnauigaſſet, (vt dicunt) niſi illinc itinera tolerare cœpiſſet.

101 In Aegiala inſula, quam Tyrrhenum mare inundat, alia optimatum monumenta oſtendũtur: atq; id quod de calculis dicitur, cõſtat, cũ iuxta Aegiala littora calculos verſicolores reperiri affirment. Hi enim (vt inſulæ illius Græci indigenę aiũt) ex abſterſionibus, quas vnctores corij tunc temporis efficiebant, colorem ſuſcipiebant, cùm nec antea nec poſthac conſpectas fuiſſe fabulẽtur. Amplius hu 102
ius rei manifeſta adnotarunt ligna, vnũ quorũ eſt, quòd id fretum ob Symplegadum ortum innauigabile ipſis efficitur, vtũturq; qui
10 eo in loco extant Poeta teſte. hic enim periculi difficultatem monſtrat, cùm inquit, nemini
per loca hæc tranſuehi congruit, cùm pariter »
nauium tabulas, hominumq; corpora vndæ »
maris pernitioſi, ignisq; turbines alio ferant. »
Cæterum circa quidem Cyaneas ignem crũ 103
pere minime aſſerunt, circa vero fretũ, quod Siciliam determinat, effundi, cùm in medio vtriuſq; ignium ſpiraculis ſita ſit, inſulæ videlicet, quæ continuo comburit, & eruptiones
20 ignis æthnæ, quæ ſæpenumero per vniuerſam regionem dilabitur.

Certis anni tẽporibus Tarẽtinos Atrei, et 102
Tydei, Aiacis ue, ac Laertis liberis ſacrificare aſſerũt: at alia & peculari die filijs Agamẽnonis ſeorſum ſacrificium perficere, in qua minime mulieribus fas inerat ea quæ in illis ma
ctabantur, deguſtare. Apud eos quoq; ſacel 104
lum Achili dicatum extat. Cęterum poſtquã
30 Hercules Tarẽtinos occupauit, regionẽ, quã nunc incolunt, Herculeam nominarũt: cùm ſuperiori tempore ab Ionibus deprędata Pliõ appellaretur, etſi ab illorum prioribus debellata Sigion nominaretur.

Apud Sybaritas vero Philoctetem vene 103
rari ferũt, ipſumq; cùm in patriam ex Troia reuerteretur, Malaca Crotoniata appellata condidiſſe, quæ per .cxx. ſtadia à Crotona ciuitate diſtare aſſerunt, ac inibi in Apollinis tẽplo arcus, ſagitasq; Herculis repoſuiſſe enarrãt, ſed Crotoniatas ipſos vi inde furripuiſſe, ac in eorum Apolliniaco appẽdiſſe. Inquiũt quoque Philoctetem vita functum ibi prope fluuium Sybarim adiacere, cùm Rhodijs cũ Tripolemo opem ferret, qui aduerſus eius re
gionis indigenas, vt bellũ gereret, aduẽtabat.

In Italia regio eſt prope Metapontũ, Gar 104
garia nomine, in qua templum Græcę Mineruæ ineſſe autumant, vbi Epij inſtrumẽta eius inſcripta titulo recumbere, quibus ligneum equum cõfecerat. hic enim cùm Palladem in ſomnis cerneret, dignum cenſuit ei opera dedicare. cæterum cùm tempus itineris differret, adeo eo in loco ſomno correptus fuit, vt minime nauigare poſſet: qua de cauſa ſacellum id Palladis Græcæ nomenclatura fortitum eſt.

Delubrum

105 Delubrum Palladi Achaiæ dicatum ea in regione, quam Dauniam vocant, reperiri affirmãt, in quo æneas bipennes, & arma Diomedis, eiuſq; ſociorum dependere conſpiciũtur. Eius vero loci canes Græcos extra aduẽtantes minime iniuria afficiunt, ſed adulantur ac ceu domeſticis alludunt. Cæterum viros omneſq; mulieres Danaos ac eorum proximos veſtes atras pullaſ ue hac potiſſimum vt cõſtat cauſa induere. etenim cùm Troianę in captiuitatem eſſent deductæ, ad ea loca aduẽtarunt, ac verentes ne ab vxoribus Græcorũ compatriotis ſeruitutem acerbiorem atq; duriorem conſequerentur, naues incẽdio abo-
luerunt (vt fama eſt.) itaque ſeruitutẽ, quam verebantur, effugerũt, ac vnà ipſarum viros ſecum vi, et demum æquo animo degere decreuerunt. ideo nunc quoq; Apulas mulieres veſtimenta ſolo verentes, & in imo ſuccinctas conſpici licet, quales Troianas elegã
ter Poeta deſcripſit, Helceſipeplus, & Bathycolpus appellans.

106 Inter Picentinos ſacellum Dianæ extare vulgo fertur, in quo antiqui operis ęneus torquis in Deæ finibus adiacet, cuius epigramma eſt, Diomedes Dianæ. Verum enimuero » hunc collo cerui circumpoſitum fuiſſe fabulantur, quem quidem cum cerui collo cõpliçatum, et tali modo ab Agathocle Siculorum rege compertum, in Iouis delubrum appoſitum fuiſſe legitur.

107 Siciliæ promontorium eſt Pelorus nomine, circa quod tam magnam croci copiã prouenire enarrãt, vt Græci eius loci incolæ qualitatem huius floris comprehẽdere nequeãt: colligunq; illum ac magnis curribus in Pelorum trahunt, ac verno tempore lectulos tẽtoria ue ſibi ex eo croco p̃parãt atq; cõficiũt.

108 Polycritus, qui Siculorum res carmine cecinit, in quodam loco mediterraneo lacum quendam inſtar imi menſi clypei ineſſe ſcribit, cuius aqua pellucida, at cæteris turbulentior extat. cæterum ſi quis eam lauandi beneficio ingreditur, in latitudinem creſcere: ſi vero rurſus ſe abluerit, longe eum diffundi, ac tãta magnitudine augeri, vt eius extremum quinquaginta hominum receptaculum occupat. cùm vero hunc numerum latitudine attigerit, denuo hic extumeſcens abluentium corpora in ſublime elata ſup ſolum extra expellere, quo peracto illum ad priſtinam mediocremq; formam cõſtitui. Hunc vero haud ſolum homines, ſed quadrupeda, cùm in eũ ſe iniecerint, effectum patiuntur.

109 In Carthaginẽſium regno mons extat, cui Goniũ nomẽ eſt, multis varijſq; arboribus refertus, ac florum copia adeo diſtinctus, vt loca ei proxima, quæ ſuauem olentiam participant, gratam iter agentibus exhalationem efflent. Ea tamen in regione tantum olei exoriri aſſerunt, qui redolentiam ramentis cedrię proximam detinet. ad hunc autem neminem accedere fas eſt, niſi naturæ fontis neſcius ſit. hac vero ignorantia ſeruata fontem plurimã olei copiam efferuere inquiunt, adeo vt tuto
10 id exhaurire liceat. Aiũtq; fontem prope, lapidem quendam magnum ac ſponte natum ineſſe, qui æſtatis feruore ineunte ignis flammam effundere aſſeritur: at algore hyemis procedente ex eodem loco aquę emanationem erumpere, quæ adeo frigida eſt, vt collecta minime à niue differre videatur. nec quidem hoc modico tempore apertum eſſe, ſed vniuerſo quidem æſtu ignem emittit, cæteris vero anni temporibus aquam. Cęterum cor
20 uos geminos continue circa Iouis delubrum degere affirmant, quorum vnum aliò minime aduoluare, ac alterum in anteriori parte colli albicare traditur.

Sitarũ Medorumq; regio eſt, Thracia no 110
mine, quam fluuius, cui Ponti nomenclatura extat, inundare proditur: in quo lapides ardentes deferuntur, verum ligneis carbonibus contrariũ effectum cõſequuntur: etenim follibus excitari quamcitiſſime extinguuntur, aqua autem reſperſi refulgent, pulchrioriq; flamma flagrant. cæterum cùm comburunt, flagitioſam grauemq; olentiam bitumini proximam efficiunt. qua de re reptilia ea in regione his ardentibus degere nequeunt.

Locus nec valde paruus, ſed viginti ſtadio 111
rum amplitudine iuxta ipſos eſt, qui ordeum procreat, quo homines vtuntur: equi vero, et boues, ac his proxima id comedere nolunt, cęterum nec ſues canesue ob id ſtercus hominum deguſtare audent: at horum quicunq; pulmentum panemue ex hoc ordeo confectũ ederit, aluĭ pluuiẽ emittũt, donec intercãt.

Inter Scotuſos Theſſalię quędã naſci fon 112
ticulum legitur, ex quo immenſa aquæ copia effluit, qui quidem vlcera confractaq; hominum ac iumentorum membra conualeſcere facit. At ſi quis lignum, nec penitus, ſed tantillũ reciſum in ipſum iniecerit, id denuo conglutinari, in priſtinumq; conſtitui autumãt.

In ea Thraciæ parte, quæ ſupra Amphipo 113
lin extat, mõſtruoſum quid ac incredibile his qui rem cernere minime potuerunt, euenire aſſerunt. Etenim pueri cùm ad aucupationẽ ex ruribus regionibusue exeunt proximis, venandi gratia accipitres aſſumunt, atq; ita venationem perficiunt. poſtquam autem ad

locum

locum idoneum aduentauerint, nominatim magno clamore accipitres vocant. at illi puerorum voce audita ad ipsos accedunt, atque ad arbusta iter arripiunt, vbi pueri eos baculis percutiētes deprehendunt. Verum quod cuncta mirāda excedit, est, accipitres ipsos, cùm auiculas nonnullas aucupantur, eas venatoribus reportare: pueros vero deprehēsis auiculis omnibus portionem quandam accipitribus tradere, ac inde discedere.

114 Mirandum id quoque est, quod apud Venetos fieri contingit. In eorum enim regione sæpe monedularum innumerabiles copias deferri, triticumq; , cùm semināt deuorare cō sumereq; aiunt: quibus Venetos anteaquā ad sua loca aduolare debeant, inter terræ confinia diuersorum fructuum munera apponere, ac ea seminare consueuerunt: quæ si monedulæ degustauerint, adeo in cōfinio remorantur, ceu si hostiū impetus ipsas repelleret.

115 Ager Chalcidic⁹ in Thracia Olyntho proximus extat, in quo locus Scarabeorum interfector dictus est, cuius amplitudo paulo amplior area est. at si in hoc cætera deuenerint animalia, rursus ex eo discedere possunt, præterquam scarabei omnes: sed ij locū circūcirca inambulantes fame inibi moriuntur.

116 Iuxta Thraciæ Cyclopas fonticulus existit, cuius aqua aspectu quidem syncera pellucida ue incolis, ac pari modo cæteris apparet. cæterum si ex ea aliquod animal biberit, confestim obire diem aiunt.

117 Iuxta Bisaltas Graftoniæ regionis lepores captos bina iecora habere traditur. Inibiq; locus quidam est, qui iugeris magnitudinē non excedit, in quem si bruta ingrediantur, repente interire autumant. In ea quoq; regione delubrum aliud Dyonysio dicatum, quod amplitudine pulchritudinē ue cætera excellit: in quo, cùm eius festiuitates ac sacra celebrātur, si Deus quidem annualem feracitatem agere intenderit, magnum ignis splendorem apparere asserunt, & hunc omnes, qui circa delubrum degunt, homines cōspicere. si vero frugum penuriam, lucem hanc minime videri, sed tenebras locum occupare, ceu cæteras noctes legitur.

118 In Elide domicilium quoddā inesse legit, quod ab oppido octo stadiorum discrimine maxime distat: in quo, cùm Dionysia persoluuntur, tres vacuos lebetes imponūt. at hæc ita agentes Græcum peregrinum quem volunt vasa explorare, foresq; domicilij sigillo concludere adhortantur. & postquam portas aperire decreuerint, sigilla ciuibus aduenisq; ostendunt, foresq; aperiunt. qui vero ingrediuntur, lebetes vino repletos, lociq; pauimentum ac eius parietes minime oblæ tos inueniunt: qua de causa nequaquam suspicā dum est, vt id arte aliqua incolæ moliantur.

Iuxta Elides miluos quoque carnem ē manibus illorum, qui per plateā eam deferunt, eripere scribitur: eos tamen qui sacra confi ciunt, minime tangere autumant.

In Coronea Bœotiæ talpæ vitam degere, & terram infodere nequeunt, cùm in reliqua Bœotia talparum multa copia habeatur.

In Arcadiæ collossis fontem quendā in esse asserunt, in quo musculi terrestres generantur, ac inibi interdiu noctu ue pernatāt, deguntq;. Hocidē in Lāpsaco inueniri asserūt.

In Cranone Thessaliæ geminos duntaxat coruos oppidum incolere asserunt. ij vero cùm enidulati fuerint, (vt constat) peregrę abeūt, ac alios eiusdem numeri et sui generis inibi relinquunt.

In Apollonia, quæ regioni Atlātinorum proxima extat, bitumē fossile enasci, picemq; aquarum more scaturientem emanasse proditur, haud à Macedonica differentē, nisi hæc crassior, nigrior ue illa existeret. Cæterū nec longe ab ea regione ignis omnibus anni temporibus flagrat, veluti circa regionem illā accolæ affirmant. at locus qui cōburit, non multum extenditur, (vt constat) sed amplitudinē quinq; accubātium occupat: redolet vero sulphur, alumen ue. prope autem hūc herbę profundæ nascuntur. Sed quod alicui admiratio nem inducere posset, potissimum est, arbores magnas interuallo cubitorū quatuor ab igne distare. Flagrare quoq; eiusmodi ignē circa Lyciam, & Megalem Peloponnesi ciuitatem ferunt.

Pecora apud Illyrios bis singulo anno parere traditur, ac p maiori parte gemellos, multaq; ternos vel quaternos pullos parturire, nonnullas vero quinos aut plures. Amplius autem terna lactis mulctra implere facile asserunt. Gallinas quoque non (vt alibi) semel, sed bis terq; interdiu parere affirmant.

Syluestres boues Pæoniæ longe maiores cæteris, q in alijs locis reperiunt, extare legit.

Et si de Siciliæ freto quamplures alij scripserunt, attamen hic, quem retro diximus, Polycritus de ipso portentuosum quid euenire cecinit. Etenim ex Tyrrheno pelago multo cum stridore ac impetu elatam fluctuationē vtriusque promontorij cacumina incurrere ait: quorum aliud quidem Siciliæ, aliud vero Italiæ, cui Rhegion nomen est, ex vasto scilicet mari delatam in angustam fluctuationem concludi inquit. hoc autem exacto vndā in

sublimi

sublimi altum ue extolli multo cum fremitu, vt penitus multam loci amplitudinem ascendentis occupet, & longe astantibus eius elationem visibilem esse, quæ fluctuanti mari ne quaquam similis extat, tum altitudine, tum albedine, tum etiam spuma. pari quoq; ratione qui in locis à mari insuperabilibus extāt, inundationes ad vtraq; promontoria irruere, ac inibi conscendere affirmant. cuius quidem rei enarratio incredibilis est, contemplatio vero aspectu intolerabilis extat. cùm interdum vero huius inundationes ex mutuo confractu cōcertant, adeo profundum horridumq; spectaculum his qui vident, exhibere necesse est, vt illorum quamplurimi se sustinere nequeant, sed præ timore hallucinati in terram concidunt. postquam vero vnda ad vtrunq; deuenerit locum, ac in sublime elata vsque ad extrema fuerit in mare, quod subter labitur, defertur, ac tūc rursus maximo rugitu fremitū ue per immensas asperasq; vortices fretū ebullire inquiūt, & ex profundo ad sublime in orbem eleuari, ac versicolorem deferri: cū eius fluctuatio atq; longitudo aliquādo quidem obscura, quādoq; vero cœrulea, sæpenumeroq; purpurea apparere dicatur. Addebat præterea, quòd animalia cuncta nec auditu nec visu huius fretum tolerare queunt, sed ad infimas latebrosasq; montium partes cōfugiunt. cùm vero inundatio cessauerit, vortices sublimes variasq; deferre, adeo reciprocationes diuersas actitantes, vt flammę, ac ali quorum magnorum serpentum contorsioni persimiles motiones referre videantur.

127 Athenienses cū Cereri Eleusinæ delubrū ædificarent, columnam æneam inter lapides reperisse proditur, cuius inscripto erat: DEI OPEAE hoc monumentum: quam alij quidē Musęi vxorem extitisse asserunt, nonnulli Triptolemi matrem fuisse.

128 Inter insulas, quæ nomenclaturam Aeoli sortiuntur, vna extat, in qua quandam phœnicon, ideſt palmularum copiam innasci affirmant: qua de causa phœnicodam quasi palmulaceam eam appellari. Haud igit verum dixit Calisthenes, cū hanc arborem à Phœnicibus Syriam littoralem incolentibus cognomen ademptam fuisse enarrat: quinimmo & ipsos Phœnices à Græcis vocatos fuisse tradunt nonnulli, eo quòd primos mares nauitas, si illàc pertransibant, cūctos interficiebāt, mactabantq;. vnde & idiomate Perębeorum cruentaræ phœnixæ appellant.

Vide Gal. vj. de Locis affectis.

129 Oppidum est, quod ab indigenis Hypata dicitur, in quo columnam quandam vetustissimam repertam fuisse ferunt, quam cùm illam literis vetustissimis insculptam homines eius regionis, cuius tuisset, cognoscere voluerint, nonnullos Athenas columnam deferentes miserūt. ij vero dum Bœotiam perambularent, causam peregrinationis quibusdā externis communicarūt, qui eos Thebas introduxere, in eo præcipue loco, quem Ismenion appellant, cùm assererent inibi maximam literarum inscriptionem reperiri. Referebant quoque in illo quædam consecrata vetustissima inesse, quæ cōsimiles literarum numeros detinebant: qua de causa ex cognitis earum, quas inuestigabant, inuctionem ipsos tecisse affirmant, ac huiusmodi carmina cōposuisse. Abducta boue Geryōis, pulchraq; Erythia,
Hæc luco Alcydes Persephone posuit.
Victorem at desyderio Dea candida vicit,
Nympharum vero de genere vna Erythe.
Hic puerum fago cōplexa Erythōta sub alta,
Concubitus sola hæc dat monumenta sui.
cùm ex eo, & non ex Erythia boues abdixerint: etenim in Lybię & Iberię regionibus nullum Erythiæ nomen reperiri legitur.

In Lybia ciuitas est, cui Ityca nomen extat: quæ quidem (vt inquiunt) sita est in eo sinu, qui Hermææ & Equi promontoriū mediat, vltra vero Carthaginem .cc. stadiorū interca pedine, quam etiam superiori tēpore à Phœnicibus conditam fuisse traditur, quam Carthago annis . cclxxxvii. (veluti Phœniceę enarrant historiæ.) In hac enim sal defossile altitudine trium cubitorum innasci aiūt, aspectu quidem candidum, minime vero solidū, sed tenacissimæ sorditiei proximum. cęterum cùm Soli exponitur, consolidatur, ac persimile pario lapidi efficitur, & ex eo animalia cætera ue supellectilia, ac vasa sculptores scalpūt, & conficiunt.

131 Legitur priscos illos Phœniciæ indigenas, cùm ad Tarteſſum nauigare cœpissent, tantā argenti copiam pro oleo atque alia sorditie nautica delata exportasse, vt nec plus habere nec surripere argentum ex eo poterant. cęterum cùm adnauigarent aliorsum, cūcta nō solum quibus vtebantur, argentea, sed et anchoras omnes ex argento confecisse,

132 Asserunt Phœnices, qui apud Gadirā incolunt, cùm trans columnas Herculeas quatuor dierum itinere subsolano flatu expirante adnauigarent, ad nōnulla loca solitaria incultaq; accessisse, vlua tamen ac alga repleta: quæ cùm quidem aquarum gurges efficitur, tinguntur: cùm autem inundatio, demerguntur. in quibus thunnorum protentam copiam inuenisse, qui magnitudine & crassitia ppingues inerāt. hos vero cùm exsiccassent,

in vasis

ín vaſis repoſuerunt, ac Carthaginem detu-
lerunt. cæterum Carthaginenſes eos ex vrbe
minime admouebant, ſed ob excellentem vir
tutem, quam in epulis cibis ue afferunt, eos
inter ſe illi conſumebant.

133 In Pedaſia Cariæ regionis Ioui ſacrificia
perſoluuntur, ad quæ capram quandam in-
colæ mittunt, de qua mirandum quid eueni-
re autumant. Incedit enim hæc ex Pedaſſo
per. lxx. ſtadia, ad locũ ſacrificij, per turbamq; 10
multam, quæ eam contemplatur, minimeq;
capra ipſa conturbatur, neque ab itinere auer
titur. cùm vero funi alligat, tramite pulchrior-
i eum, qui ſacerdotia exportat, præcedit. Ve
rum quod cęteris aduenis ſtuporem inducit,
eſt, eius cornua calices quaternos occupare.

134 In Illyrijs, quæ Ardia vocãtur, iuxta Auta
riatarũ confinia, inquiunt nonnulli montem
reperiri, cui vallis ampliſſima vna quampro-
xima eſt, ex qua multam aquæ copiam, non
omnibus horis, ſed vere dũtaxat reſilire aiũt:
quam cùm indigenæ exhauriunt, in cauerna
aliqua interdiu quidem conſeruant, noctu ve
ro ſub dio exponũt: idq; per quinque vel ſex
dies illi actitantes, aqua induratur, ac optimũ
ſal efficitur: quod gregis gratia præcipue re-
ſeruant: ſal etenim ad ipſos minime vehitur,
eo quòd loca longa intercapedine à mari di-
ſtantia incolant, nec ipſi cum alienigenis de-
gant. Salis igitur maximo vſu greges paſcun
tur. ſal enim bis in anno gregibus cibi cauſa
exhibent. quod ſi non agerẽt, quamplurimã
gregis copiam ipſis perire contingeret.

135 In Argo vero locuſtarum quoddam ge-
nus innaſci affirmant, quod aduerſus ſcorpio
nes pugnator nuncupatur. etenim cùm ſcor
pionem viderit, in eum ſurgit: pari paſſu quo-
que & ſcorpio contra illam irruit. hæc quidẽ
in orbem oberrans, in ipſum ſtridorem emit
tit: ille vero aculeum, quo armat⁹ eſt, elleuat,
& in eam circunducit, mox aculeum remittit,
ac demum omnimode extendit. at illa eũ cir-
cũcurſat, illumq; poſtremo aggreditur, ac de
uorat. Cęterum hãc comedere locuſtam ſcor
pionũ ictui optimũ ineſſe medicamẽtũ aiunt.

136 Veſpas, quæ in Naxo oriuntur, cùm vipe-
ram ediderint, eius venenum attrahere prodi
tur: etenim caro viperæ gratiſſima guſtui ve-
ſpæ extat. verum ſi poſtea aliquem aculeo fe
riunt, eas adeo illi circundolentias efficere
aſſerunt, vt in illis grauiores morſibus vipe-
rarum videantur.

137 Venenum Scythicũ, quo milites Scytha-
rum ſagittas reſpergunt, ex vipera confici aſ-
ſerunt. Scythæ etenim vſui reſeruãt viperas,
quæ iam ſobolem procrearunt, veluti aper-
tum eſt. has vero capiunt, ac nonnullorum
dierum ſpacio liquefcere dimittunt. cùm au-
tem eas idonee putrefactas eſſe illis viſum
fuerit, ij vniuerſum hominis ſanguinem in ol
la effundentes, intra ſterquilinia defodiendo
operiunt. cęterum cùm ſanguis putruerit, ei⁹
partem ſuperiorem, quę aquę effigiem repre
ſentat, virulentæ ſaniei viperę commiſcẽt, ac
hoc pacto lethalem veneni ſpeciem efficiunt.

Regio in Cypro inſula extat, cui Curium 138
nomen eſt, in qua quoddam ſerpentum ge-
nus ineſſe ferunt, quod proximam cum alpi-
de Aegypti naturam atque facultatem obti-
net: prętereq; quòd ſi hyberno tẽpore aliquẽ
morſu defixerit, minime eum lædit. Id autem
alia de cauſa non euenire ſolet, niſi quòd ani-
mal illud condenſatum, atque contractum al
gore hyemis prorſus impotens, niſi cale-
fiat, redditur.

In Ceo quoddam apij genus innaſci au- 139
tumant, à quo ſi quis ſpina percuſſus fue-
rit, moritur.

In Myſia album quoddam vrſarum gen⁹ 140
ineſſe aiunt, cuius fœminæ cùm à venatori-
bus inſequũtur, huiuſcemodi expirationem
flatus emittunt, vt inſectantium canum car-
nes putreſcere dicantur. pari quoque modo
cæteras beluas cibo ineptas reſpiratione red-
dere ſolet. cæterum ſi quis vi prope eas aduẽ
tauerit, tãm magnam pituitæ copiam ex ore
effundunt, ceu conſtat, quæ faciei canum, ac
ſimili ratione hominum adhærẽt, vt ipſos ſuf
focare, vel excæcare videatur.

In Arabia hyenarũ quoddam genus repe- 141
riri affirmant, quod, cùm beluam vel homi-
nem præuiderit, eos obtumeſcere facit, ac ſic
in veſtigio hærere, vt corpora mouere ne-
queant. cæterum cùm hæc fecerit, id hiena-
rum genus flagrare videtur.

Circa Lyciam animal quoddam ineſſe fe- 142
runt, cui Leontophonon nomen extat. leo * Syriam
enim interit, cùm hic ex eo aliquid deuorau
rit, tametſi id ſponte nõ efficiat, ſed ipſum ani
mal fugit. cæterum ſi venatores eum capiũt,
veru decoquũt, & farinæ albæ modo alijs car-
nibus ferę inſidiantes aſpergunt: quas ſi Leo
guſtauerit, ab illis repente interimitur. Illud
quoque animal aduerſus leonem vrinã ſpar
git, quam leoni exitialem ineſſe ferunt.

Vultures ab odore vnguentorum, ſi quis 143
eos inunxerit, vel aliquod edẽdi gratia eis de-
libutum dederit, exanimari affirmant. Scara-
beos pari quoque paſſu roſarum redolentia
interire proditur.

In Sicilia, ac in Italia muſtellas ineſſe enar- 144
rant, quarum morſus exitiales ſunt, cæterum
nec

nec molles & imbecilles, veluti illę, quę apud
nos degũt, extare traditur. Ac eo in loco mu
ſcarum quoddam genus reperiri, quod circũ
quaq; aduolare dicitur, ac cùm momorderit
animalia aliqua, ea interire efficit.

145 In Meſopotamia Syriæ prouinciæ, ac in
Iſtronte anguiculos oriri ferunt, qui indige-
nas minime mordent, aduenas vero mirum
in modum iniuria afficiunt.

146 Circa Euphratem exacte hoc euenire aſſe
runt. etenim quamplurimi angues præcipue
iuxta vtraſque amnis ripas verſantur. quocir
ca in meridie ibi viſuntur: cùm vero lux defi-
cit, in altera duntaxat riparum parte apparẽt.
cæterum illi Syrios dormientes minime mor-
ſu defigunt, aduenas vero Græcos auide &
cum cruciatu exanimant.

147 In Theſſalia ſerpentem, Sacrum nomine,
cuncta non ſolum quæ momorderit, ſed etiã
quæ tetigerit, interficere fama eſt. qua de cau
ſa cùm apparuerit, ac ſibilus eius auditur, ta-
metſi id raro videatur, ſerpentes, & viperę ac
cætera omnia beluarum genera fugiunt. Ma
gnitudo huic non ad amplitudinem, ſed ad
mediocritatem tendit. Verum in Teno ip-
ſius Theſſaliæ oppido tandem à muliercula
hic occiſus fuit, hoc maxime (vt dicunt) mo-
do. Mulier orbem in terram deſcripſit, venefi
ciaq; in eo depoſuit, ac ad eum vna cum filio
introiuit, moxq; eius feræ ſibilum voce imi-
tata eſt. hic vero aduerſus eam reſibilauit, &
ad orbem acceſſit. at cùm illi quamproxime
aduentaret circulo, ſopore mulierem labefa-
ctabat, adeo vt illa fere minime ſopori reſiſte-
re poſſet. cæterum puerum iuxta ipſam ſedẽ
tem, dormiẽtemq; verberibus excitabat, ſeq;
increpabat, & filium, ac aſſerebat ſi dormire
perrexiſſent, facile interituros: at ſi coacta vi
beſtiola orbem ingrediatur, ambo ſalutem
conſequuturos. cùm vero ſerpens in circulũ
ſe cõiecisſet, ipſum quamprimum mortuum
eſſe memoriæ proditum eſt.

De Admirandis auditionibus
commentarioli finis.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS
PHYSIOGNOMICA.

Physiognomonicam scientiam reperiri. Cap. I.



VOd & animæ ſequuntur corpora, & ipſæ ſecundum ſeipſas nõ ſunt impaſſibiles à motib⁹ corporis, id manifeſtum fit valde in ebrietatib⁹, & ęgritudinibus: multũ nanq; animæ mutatæ videntur à paſſionibus corporis. Et è cõtrario quòd corpus compatitur paſſionibus animę, manifeſtum circa amores, & timores, & dolores, & voluptates. Amplius autem & in ijs quæ natura fiunt, magis vtique aliquis conſpiciet, quòd corpus & anima ita ſe habent connaturalia, vt fiant cauſæ plurimarum paſſionum adinuicem. Nunquam enim animal factum vel generatum eſt tale, quod formam haberet alterius animalis, animã vero alterius: ſed ſemper eiuſdem corpus & animam. quare neceſſarium eſt conſequi tali corpori talem formam. Amplius autem & ſcientes circa vnumquodq; animalium ex forma poſſunt conſyderare, equites equos, & venatores canes. Si autẽ hæc vera fuerint ſemper autem hæc vera ſunt, erit ſane ars quæpiam Phyſiognomoniæ.

Priores tribus modis Phyſiognomoniam ſpeculaſſe, ac tradidiſſe, non tamen perfecte. Cap. II.

PRiores itaque Phyſiognomones iuxta tres modos aggreſſi ſunt hãc diſciplinã, quiſque iuxta vnum. Alij quidem ex generibus animalium phyſiognomizant, ponentes ſecundum vnumquodque genus figurã quãdam animalis, & ſpeciei animam. Alij autem in talibus corpori ſimilem habenti corp⁹ & animam ſimilem putabãt. Alij autem quidam hoc quidem faciebant, non ex omnibus autem animalibus experiebantur, ſed diſtinguebant ex ipſo genere hominum ſecundũ gentes, quæcunq; differunt ſecundum vſus & mores; vt Aegyptij & Thraces, & Scythæ ſimiliter electionem ſignorum faciebãt. Quidam autem ex moribus à parentibus, quales mores diſpoſitionem ſequantur. ſequitur autem vnicuiq; mos, iracundo, timido, coeunti, & in vnaquaq; aliarum paſſionum. Eſt autẽ ſecundum oẽs modos hos phyſiognomonizare, & adhuc ſecundum alios, et electionem ſignorum diſſimiliter fieri. Hi quidem igitur iuxta mores ſolum phyſiognomonizãt. Primũ quidem q̃ quidam non ĩdem cùm ſint, mores qui ſunt in facie, eoſdem habẽt: vt fortis & inuerecundus eoſdem habent, animabus vel intellectibus multum ſeparantur. Secundo autem, quòd ſecundum quædam tempora mores non eoſdem, ſed aliorum habẽt. triſtibus enim exiſtentibus, quandoq; contingit diem delectabiliter ducere, & morem accipere, qui eſt hilaris: & è contrario hilarem cõtriſtari, vt mos, qui erat in facie, permutetur. Adhuc cum his, de paucis vtique ſemper apparentibus coniecturam quis accipiat. Qui autem ex feris phyſiognomonizãt, nõ recte electionem ſignorum faciunt. non enim eſt vtique dicere percurrẽtem formam vniuſcuiuſque animalium, quod quicunq; vni ſimilis huic corpore erit, & anima ſimilis erit. Primum enim, vt ſimpliciter dicam, nullus vtiq; videbit hominem ita ſimilem beſtiæ, ſed aſſimilantem in aliquo. Adhuc autẽ cum his, animalia pauca quædam propria habent ſigna, multa vero cõmunia. quare ſi quis ſimilis tuerit non ſecundum proprium, ſed ſecundũ cõmune aliqd, quo pacto magis iſte leoni, quã ceruo ſimilior dicetur. decẽs enim propria ſigna proprium quid ſignificare, cõmunia autem commune. Communia ergo ſigna nihil vtique manifeſtabũt phyſiognomonizãti. Si autem aliquis propria vniuſcuiuſq; ferarum elegerit, non vtique habebit aſſignare cuius ſunt hęc ſigna. merito enim proprij propriũ. Nihil autem proprium animaliũ phyſiognomonizatorum in anima habebit vtiq; aliquis accipere. neque enim forte ſolum leo, ſed alia multa: neq; timidum lepus, ſed & alia infinita. Si ergo neq; communia eligenti manifeſtum aliquid fit, neq; ſecundum propria, non vtiq; erit vnumquodq; animalium aſpicere, ſed ex hominibus electionem facere oportet patientibus eãdem paſſionem. vt ſi fortis inſpiciat aliquis ſigna, fortia animalium in vnũ accipientem oportet perſcrutari, quæ paſſiones his quidem omnibus inſunt, aliorum autem animalium nulli accidant. Si enim ita qs elegerit, quòd eadem ſunt ſigna fortitudinis prędictis animalibus, non ſolum fortitudinis communem ineſſe paſſionem eorũ quę ſunt in intellectu, ſed & alia quędã, ſic vtiq; dubitabit, vtrum fortitudinis aut alterius ſigna ſint. Sed oportet ex pluribus eligi animalibus, & non habentibus vllam paſſionem communẽ manifeſtam,

manifeſtam, cuius vtiq; ſigna reſpicias. Quęcunq; itaque ſignorum ſtabilia ſunt, aliquid ſtabile ſignificant. quę autem adueniunt, atq; diſcedunt & deficiunt, quomodo vtique ſignum verum erit nõ manentis in intellectu. Si quidem enim ſtabile adueniens, & deficiẽs ſignum quis ſuſcipiet, contingeret vtique ipſum quidem verum eſſe, non tamen conueniens erit, non perpetuo conſequens rem. Quæcunque autem paſſiones factæ in anima non in aliquo permutant ſigna quæ ſunt in corpore, quibus vtitur Phyſiognomõ, nõ erũt huiuſmodi, cognitiones arti: vt quę ſunt circa opiniones, & ſcientias Medicum, aut Citharœdum non contingit cognoſcere. nam addiſcens aliquam diſciplinam, nullum permutauit ſignorũ, quibus vtitẽ Phyſiognomõ.

Quid ſit Phyſiognomonia, et ex quibus generibus Signa in uniuerſũ accipiant. Cap. III.

OPortet ergo determinare circa qualia quædam eſt Phyſiognomonia (quoniam nõ circa omnia) & ex quibus ſingula ſigna accipiantur. deinde conſequenter de manifeſtiſſimis circa vnumquodque declarare. Phyſiognomonia ergo eſt, ſicut et nomẽ ipſi⁹ dicit, circa naturales paſſiones eorum quæ ſunt in intellectu, & eorum quæ ſuperacquiruntur, quæcunq; aduenientia tranſmutant ſigna eorũ quæ phyſiognomonizantẽ. Qualia aũt hæc ſint poſterius declarabitur. nũc autẽ dicam ex quibus generibus ſigna accipiuntur, & ſint oĩa. Ex motibus enim phyſiognomonizãt, et ex figuris, et ex coloribus, et ex moribus in facie apparentibus, & ex lenitate, & ex voce, & ex carne, & ex partibus, & ex figura totius corporis. In vniuerſum igitur huiuſmodi ſunt, quæ dicunt Phyſiognomones de omnibus generibus, ſigna. Si igitur imma nifeſta, aut nõ recte deſignãs eſſet talis explicatio, ſufficiant quæ dicta ſunt. Nunc autem fortaſſe melius eſt ſingillatim de oĩbus, quæcũq; manifeſta ſunt ab his quę phyſiognomonizamus, exactius explanare, dicentẽ cuiuſmodi ſigna referantur ad ſingula, quæcunq; in prædictis declarata non fuere.

Phyſiognomiæ definitio.

Quo pacto per unumquodq; dictorũ generum Signa accipiantur. Cap. IIII.

COLORES ergo ſignificant, acuti quidẽ calidum, & ſanguineum: albi cum rubore, bonam indolem, quando in leui corpore accidit hic color.

PILI vero, molles quidẽ timidũ, duri autẽ fortẽ. Hoc aũt ſignũ ſumptũ eſt ex oĩbus animalibus. timidiſſimum enim eſt ceruus, lep⁹; ouis, & pilũ molliſſimũ habent: fortiſſimũ autẽ leo, aper, & pilũ duriſſimũ habent. Eſt autẽ et in auibus hoc idẽ videre. vniuerſaliter. n. quæcunq; quidem habent durã pennam, fortes: quæcunq; aũt mollem, timidę: & particulariter eſt hoc quidem videre in coturnicib⁹, et in gallis. Similiter autẽ et in generibus hominum hoc idem accidit. quicũq; enim apud ſeptentrionem habitant, fortes ſunt, et durorũ pilorũ: qui aũt apud meridiẽ, timidi, et mollẽ pilum habẽt. Piloſitas aũt quæ eſt circa vẽtrem, loquacitatem ſignificat. hoc autẽ referẽ ad genus auium proprię. n. auis eſt eorũ quę ſunt circa corp⁹, piloſitas quæ circa vẽtrẽ eſt: eorũ aũt quæ ſunt circa intellectũ, loquacitas.

CARO autẽ, dura qdẽ, et boni habitus natura inſenſibilẽ ſignificat; lenis autẽ & ingenioſum, et inſtabilẽ: niſi in forti corpore et habenti extremitates potentes hoc acciderit.

MOTVS aũt, tardi quidẽ mollẽ intellectũ: acuti vero calidũ. IN VOCE aũt, grauis qdẽ et intenſa fortẽ: acuta aũt et remiſſa timidum.

FIGVRAE autẽ, et PASSIONES, quæ apparent in facie, ſecundum ſimilitudines accipiũtur paſſionis. quando enim patitur aliquid, fit vt ſi hoc haber, quando aliquis iraſcitur, iraſcibile ſignum eiuſdem generis. Mas autem fœmina maior eſt, et fortior, et extrema corporis fortiora et craſſiora, et habitus melioris, et potiora ſecundum omnes virtutes.

Inueniendorum ex ſignis Habituum, & Paſſionum modi duo. Cap. V.

SIgnorum autem, quæ ſunt in partibus, fortiora ſunt, ea quæ accipiuntur in moribus manifeſtis, et ſecundum motus, et figuras. Omnino autem vni quidem ſignorum credere ſtultũ eſt: quãdo aũt plura cõueniũt, quę ſunt in vno, magis vtiq; cõueniet, vt quis accipiat vera eſſe ſigna. Eſt aũt alius etiã modus, ſecũdũ quẽ aliquis phyſiognomonizet: nullus tamẽ aggreſſus eſt. Vt ſi neceſſe ſit iracundũ et triſtẽ et paruũ ſecundũ morẽ, inuidũ eſſe, etſi non ſint inuidi ſigna: ex illis tamẽ prioribus cõtingat vtiq; Phyſiognomoni et inuidum inuenire, maxime quidẽ, quãdo taliſpprius modus fuerit eius q philoſophatus fuerit. poſſe enim quibuſdã exiſtẽtibus neceſſariũ eſſe, proprium putamus Philoſophiæ, quod eſt, quando contraria ſunt huic iuxta paſſiones, phyſiognomizare etiam mala.

De voce ſecundũ paſſionẽ intendẽs quiſpiã, acutã putarit, duplicẽ ob cauſam, iracũdi vocẽ ponẽdã eſſe. Indignatus. n. et iratus intẽdere cõſueuit vocẽ, et acutẽ loq: ſegniter autẽ diſpoſitus remittit vocẽ, et grauiter loquitur. Rurſus aũt aliũ, fortia qdẽ grauis vocis sũt, timida

Dubitatio.

timida aũt acutę vocis. Ieo qdẽ, & taurus, et canis latrabilis, et gallorũ qui sunt animosi graviter vociterant: ceruus aũt, & lepus acutę vocis sunt. Solutio. Sed forte & in his melius est, non eo quòd ipsorum vox est acuta & grauis, fortẽ aut timidũ ponere: sed arbitrandũ est, fortem quidem fortis, remissam autem & imbecillem timidi. Est autem potissimum, quando signa non sunt confessa sed subcontrariantia, nihil ponere, nisi sint discrepantium inter se quędam quibusdam credibiliora. Et maxime quidem in speciem, sed non in tota genera referre decet: similiora enim sunt quælibet. non enim totum genus hominum physiognomizamus, sed quędam eorũ quę sunt in genere.

Passionum, Habituum'ue multorum signa. Cap. VI.

FORTIS CORPORIS SIGNA. Pili duri: figura corporis erecta: ossa, & costæ, et extrema corporis fortia & magna: et venter amplus, et contractus ad se: armi lati et distantes, nec valde colligati, nec omnino dissoluti: collum forte, non vehementer carnosum: pectꝰ carnosum, et latum: coxa cõtracta: suræ deorsum contractæ: oculus charopus, nec valde expansus nec omnino clausus: squalidior color in corpore: acuta frons, recta, nõ magna: * a.l. gena nãtis neq; lenis, neque omnino rugosa.

TIMIDI SIGNA. Pili molles: corpore inclinatus non erectus: suræ sursum contractę: circa faciem subpallidus: oculi imbecilles, et nimium cõniuentes: et extrema corporis imbecilla: et crura parua: manus longæ et graciles: lumbi autem parui, et imbecilles: figura contensa in motibus: non temerarius, sed supinus, et stupefactibilis: mos qui est in facie, facile mobilis: mœstus.

INGENIOSI SIGNA. Caro humidior et mollior, nõ boni habitꝰ, neq; valde pinguis: q̃ circa humeros et collũ macriora, et quæ circa faciem: et colligata quæ sunt circa humeros, et inferiora laxata: bene soluta, quæ sunt circa costas: et secũdum dorsum non carnosus: corpus album mixto rubore, et purum: cutis tenuis: pili nõ valde duri, nec valde nigri: oculus charopus, humidus.

INSENSATI SIGNA Quæ sunt circa cõllum et crura, carnosa, complexa et colligata: cotyle rotunda: humeri sursum cõtracti: frõs magna, circularis, carnosa: oculus pallidꝰ, obtusus: crura circa talum crassa, carnosa, rotunda: mandibulæ magnæ, carnosæ: lũbi carnosi: crura lõga: collũ grossum: facies carnosa, sublõga satis: motus autẽ, et figurã, et morem qui apparet in facie, ꝑm similitudines accipit.

INVERECVNDI SIGNA. Oculus apertus et splendidus: palpebræ sanguineę et crassæ: et parũ curuus: humeri sursum eleuati: figura non rectus, sed parũ pronus: in motibus prȩceps, rubeus corpore, color sanguineus; facies rotunda, pectus sursum cõtractũ.

MODESTI SIGNA. In motibus tardus, et loquens tarde: vox tarda, et plena spiritu, et mitis: oculus hilaris, non splẽdidus, niger, neque valde apertus, neque omnino clausus, conniuens tarde. oculorum enim qui celeriter conniuent, hi quidem timidum, illi vero calidum significant.

IVCVNDI SIGNA. Frons ingens, et carnosa, et lenis: quæ sunt circa oculos humiliora: apparet, et facies somnolentior, neque intense aspiciens neque remisse: et in motibus tardus erit, et remissus: figura, et more qui est in facie, non præceps, sed videtur bonus.

TRISTIS SIGNA. Rugosa facies: et macri oculi, confracti. simul autẽ et confractiões oculorũ duo significant, hoc quidẽ molle et fœmininum, illud vero demissum triste. & in figura humilis, et motibus remissus.

CINAEDI SIGNA. Oculus cõfractus, genu flexibilis, inclinatio capitis ad dextrã, motus manuũ supini et dissoluti, et ambulatiões duplices, hæc quidẽ circunclinantis, alia vero tenẽtis lumbos. et oculorum circũspectiones, qualis vtiq; fuit Dionysius Sophista.

AMARI SIGNA. Facie remissus, nigri coloris, macer, q̃ sunt circa faciẽ quasi abrasa: facies rugosa, nõ carnosus, recti crinis et nigri.

IRACVNDI SIGNA. Rectus corpore, figura bene costatus, aiosus, subrufus, humeri distantes, et magni, et lati: extrema magna, et fortia: lenis et circa pectus, et circa bubones: barbatus probe, capillorum ambitus floridus, deorsum tendens.

MANSVETI SIGNA. Grauis specie, carnosus, caro humida, & multa: bonæ magnitudinis, et commẽsuratus: figura curuus, cursus capillorum sursum vulsus.

SIMVLATOR. Pinguia quę circa faciem, & quę circa oculos rugosa, somnolẽta facies de more videtur.

PVSILLANIMVS, puorũ mẽbrorũ, et parvorũ articulorũ, macer, et puorũ oculorũ, et puæ faciei, q̃lis vtiq; fuit Leucadiꝰ Corinthiꝰ.

TALORVM AMATORES, iusto breviorẽ cubitum habentes, gaudentes parta victoria.

AMATORES* MVNERVM, quibuscunque est superius labium eleuatum, et forma proni, et rubicundi. * a.l. contrectatorum.

MISERICORDES, quicunque pulchri & albi coloris, et habẽt oculos pingues, et nares deorsum

deorsum distãtes, & semp plorant. Iidem etiã amatores sunt mulierũ, et genitores fœminarum, & circa mores in amorem propensi, et semper memores, & ingenioſi, & calidi. horum autem signa dicta sunt. Misericors est sapiens, & timidus, & modestus. Immisericors insipiens, & inuerecundus.

VORACES sunt hi, quibus id quod est ab vmbilico ad pectus, maius est, quàm quod inde est vsque ad collum.

LVXVRIOSVS, qui est albi coloris, & hirsutus: rectis capillis, & crassis, & nigris: & tempora hirsuta, oculus pinguis, & lasciuus.

AMATORES SOMNI, qui habẽt supiora maiora, curuipedes, calidi, hñtes carnẽ boni habitus, elegãtes forma, & hirsuti circa vẽtrẽ.

MEMORES, qui habent superiora maiora, pulchra, & carnosa magis.

Inueniendorum Signorũ methodus. Cap. VII.

VIdentur autem mihi anima & corpus compati adinuicem: & animæ habitus alteratus simul alterat corporis formã, & iterum forma corporis alterata simul alterat animę habitũ. Quoniã enim animæ ineſt tristari & lætari, manifestum est quòd tristes obscurę faciei sunt, & gaudẽtes hilaris. Siquidem igit anima dissoluta, formam, quæ est in corpore, adhuc existere contigeret, sanè & ita anima & corpus compatibilia forent, q̃uis conferẽtes adinuicem non essent. nunc aũt manifestum quòd vtrunq; sese consequitur. Maxime tamen id ex hoc manifestũ fiat. Mania. n. videtur esse circa animam: & Medici medicamentis purgantes corpus, & victibus nonnullis vtentes in ipsis permutant animam à mania. curationibus autem corporis, simul & corporis forma soluitur, & anima à mania permutatur. Quoniam igitur vtraq; soluuntur, palã, quòd sibi inuicem conferunt. Manifestũ insuper est, quòd virtutibus animę similes corporis formæ fiunt. quare sunt omnia similia in animalibus eiusdem cuiusꝑiã declaratiua: hęc vero minime. Et quibus animalia operantur, hę quidem proprię passiones vniuscuiusq; sexus animalium sunt, illæ vero cõmunes. In propriis igitur operibus animæ, propriæ passiones secundum corpus, in cõmunibus autẽ cões. Cõmunes quidem sunt, iniuria, & quæ est circa venerea excessus. iumẽtorum, & nõ iumentorum communis est iniuria: porcorũ, & asinorũ habitus qui est circa venerea. Proprium autẽ est, in canibus quidem, contumelioſum: in asinis autem indolens. Qũo igitur cõmune quidem & proprium cõuenit distinguí, dictum est. Opus autem est multa cõsue- masticando cocunt.

tudine, si quis debet esse sufficiens ad dicendum singula de his. Quoniam enim ea quæ videntur in corporibus, dicuntur referri ad similitudines quę fiũt ab animalibus, & ab actibus: & proprietates quædam aliæ à caliditatibus, & frigiditatibus fiunt. Sunt autẽ horum quædam apparentium in corporibus partia differentia vtentia, & eodem nomine appellata: vt pallores qui fiunt à terroribus, & qui à laboribus: hi enim eodem nomine vtuntur, & differentiam paruam habent inter se. parua autem differentia existente, non facile est cognoscere: sed ex consuetudine formæ apparentem quidem assumere conuenientiam oportet. Est igitur & optimus modus & citissimus, qui est ab apparente conuenientia, & contingit ita eo modo vtentem multa digno scere: & non solum vniuersaliter vtile est, sed ad electionem signorum singulariũ. electorũ enim quodq; decere oportet tale, vt quod eligitur vult. Amplius autem secũdum electionem signorum, & syllogismo, quo vti opus est, vbicunq; contingat, adiungentes conuenientibus conuenientia. vt si inuerecundus erit & paruiloquus, & fur vtique erit & illiberalis. & fur quidem consequens inuerecundiam, & paruiloquium illiberalis. In talibus igitur quibusq; oportet hoc modo congruętem fieri methodum.

Passionũ, Habituumq; in animalibus distinctio, ex masculini fœmininiq; generis comparatione. Cap. VIII.

NVnc autem primum tentabo genera animalium distinguere, & quæ ipsorum conuenit permutari, vt sint fortia & timida, et iusta et iniusta. Distinguendum aũt animalium genus in duas formas, in masculinã et in fœmininam, adiungentem id quod coꝰ gruit vnicuiq; formæ. sunt enim similes. Et quas conamur nutrire, ferarum, mãsuetæ magis, et molliores secundum animas fœminæ maribus sunt, minus autem fortes. verum nutrimenta, et assuetudines manuum recipientes magis. quare existentes tales erunt fermè minus iracundæ maribus. Manifestum autem id ex nobis alicubi est: quoniam cũ ab ira vincimur, difficillime persuasibiles, et maxime respicimus, ne quicquã vsq̃ eueniat. ferimur autem ad violentiam inferendam, et patrandum, ad quodcunq; ira impulerit. Videntur autem mihi magis malefica fieri fœminea masculis, et proteruiora, petulantioráue, et illiberaliora, et impotẽtiora. Fœminę igitur, et quę apud nos nutriuntur, valde manifesta sunt: quæ vero sunt apud syluã, omnes cõſi-

tentur & paſtores & venatores, quòd talia ſunt qualia ſint dicta. At vero & hoc manifeſtum eſt, quòd ſingula in vnoquoq; genere fœmina mare minoris capitis, & anguſtioris faciei, & gracilioris colli ſit. & pectora ibecilliora habẽt, et minorũ coſtarũ ſunt. coxẽdices aũt, & coxas magis carnoſas maribus. genua aũt flexibilia, & crura gracilia hñt. pedes vero pulchriores, & formã totius corporis mollioręs, quã fortiorẽ. minꝰ neruoſa aũt ſunt, et molliora p̃dita humidioribus carnibꝰ. Maſculina aũt his oibus cõtraria habentia, eo quòd natura ſunt fortiore, & iuſtiore, genere. fœmina autem eſt timidior, & iniuſtior natura.

De Leone, oium animaliũ perfectiſſime maris formam aſſumente.

His ita ſe habentibus, videtur Leo omniũ perfectiſſimo aſſumpſiſſe maris formam.

Leo enim habet os ingens: faciem autem quadratiorem, nõ valde oſſeam: ſuperiorem mandibulã nõ proeminentem, ſed æqualiter pendentem deorſum: naſum autẽ magis craſſum q̃ ſubtilem: oculos charopos, cõcauos, non valde rotundos, neque valde proeminẽtes: magnitudinem vero moderatam: ſupercilium ingens: frontem quadratam, ex medio ſubcauam magis. ad ſupercilia autem & naſum ſub fronte velut nubes ſuperſtat. ſupra frontem, iuxta naſum, habet pilos inclinatos, veluti aſylum: caput moderatum, collum bonæ longitudinis, craſſum, commenſuratũ: crinibus flauis, non planis neq; valde criſpis. quæ ſunt circa humerorũ claues ſpacioſa magis, quàm coniuncta. humeros fortes, & pectus iuuenile, & metaphrenũ latũ: robuſtis coſtis, robuſtoq; dorſo abunde prædituꝫ. coxendices non carnoſas, nec coxas: crura fortia & neruoſa: greſſum iuuenilem: & totum corpꝰ articulatum, et neruoſum, neq; valde durum, neq; humidum. ambulãs autem tarde, & magnifice incedens, & ſe in humeris cùm ambulat quatiens. Talis igitur eſt ſecundũ ea, quæ ſunt circa corpus. Quæ autem circa animã ſuſceptiuũ, & liberale, magnanimum, & amans victoriæ, & manſuetum, iuſtum, & amãs eorum cum quibus verſetur.

δεκτικὸν, Trãs. ant. ledatiuum, σωτικὸν De Pardali, omnium animalium fœmineam formam maxime oſtẽdẽte.

Pardalis aũt, inter ea quæ fortia videntur, fœmineæ formæ magis eſt, niſi ſecundũ crura. his autem operatur & aliquod opus fortitudinis facit. Habet enim facilẽ paruam: os magnum: oculos paruos, albos, concauos, ipſoſq; circumuagantes magis: frontem longiorẽ, verſus aures rotũdã magis, quã planã: collum lõgum valde, & gracile: pectꝰ expers coſtarũ, & longum dorſum: coxẽdices carnoſa, & coxas: quę vero ſunt circa ilia et vẽtrem, leuia magis. color autem varius. & totum inarticulatum, & incõmenſuratum eſt. Forma corporis talis eſt. In his aũt quæ circa animã, puſillum eſt, & furax, & in ſumma doloſum. Animalia igitur, quę videntur fortia, conuenientiora trãſumpta, maſculinæ formæ & fœmininæ, dicta ſunt. alia aũt quęcunq; ſunt, facile eſt vtiq; pertranſire. Quæcunq; aũt ad phyſiognomonizandum inſpicere conuenient ab aĩalibus, in electione ſignorũ dicetur. Electio aũt ſignorũ, quę eſt ſecundũ hoies, ſic accipiť:

De Paſtorum, Habituumq; ſignis, à corporis partibus ſumptis. Cap. VIIII.

De Pedib⁹.

QVibuſcũq; pedes bñ formati, et magni et articulati, & neruoſi, fortes ſunt ſecũdũ ea quæ ſunt in anima. reducuntur ad maſculinũ genus. Quicunq; aũt pedes paruos, ſtrictos, inarticulatos habent, delectabiliores aũt viſu quàm fortiores, molles ſunt ſecũdũ ea quæ ſunt in aĩa. referũtur ad fœmininũ genus. Quibus pedum digiti curui, inuerecũdi, & quibus vngues curui. referunť ad aues curuorũ vnguium. Quibus pedũ digiti coniuncti ſunt, timidi. referuntur ad coturnices ſtrictorum pedum in lacubus degentes.

De Talis pedum.

Quibuſcũq; ea quæ circa talos ſunt & neruoſa & articulata, fortes ſecundũ animã. referunť ad maſculinũ genus. Quicunq; autem ſunt talis carnoſi & inarticulati, molles ſecundum animam. referuntur ad fœmininũ genꝰ.

De Crurib⁹.

Quicũq; crura habent articulata, & neruoſa, & robuſta, fortes ſecundũ aĩam. referũtur ad maſculinũ. Quicũq; crura gracilia, neruoſa habent, luxurioſi. referuntur ad aues. Quicunque crura valde ſuperflua habent, vt parũ dirupta, odibiles, & inuerecũdi. referuntur ad apparẽtẽ decentiã. Qui genu flexiles, cinędi. referuntur ad apparentem conuenientiã.

De Coxis.

Qui habent coxas oſſeas & neruoſas, fortes ſunt. referuntur ad maſculinum. Qui habent coxas oſſulentas, & ſuperfluas, molles ſunt. referuntur ad fœmininum.

De Natib⁹.

Quicunq; nates acutas oſſeas habent, ſunt fortes. Quicũq; vero carnoſa, pinguia habẽt, molles. Quicũq; aũt hñt modicã carnẽ veluti deſiccatã, mali moris ſunt. referunť ad ſimias.

De Lumbis.

Qui lumboſi, amatores ferarum. referuntur ad canes & leones. Videbit vtique aliquis & canes ferarum amatores lumboſos eſſe.

De Ventre.

Quibus ea quæ ſunt circa ventrẽ, pinguia, bene fortes. referũtur ad maſculinum. Quicunque autem non pingues, molles. referuntur ad indecentiam.

De Dorſo.

Quibuſcunq; dorſum ingens, & forte, fortes ſunt anima. referuntur ad maſculinum. Qui autem dorſum ſtrictum, & imbecille habent, molles. referuntur ad fœmininum.

Qui

Qui autem robuſtis coſtis, fortes ſunt ſecũdum animam. referuntur ad maſculinũ. Qui autem non bene coſtati, molles ſunt ſecundum aĩam. referuntur ad fœmininum. Quicunq; autẽ ex coſti circumtumidi ſunt ſicuti inflati, loquaces, & ſtultiloqui. referuntur ad boues, vel ad ranas.

De Vmbelico.

Quicunq; aũt maius habent, quod ab vmbilico eſt vſq; ad extremũ pectoris, eo, quod eſt ab extremitate pectoris vſq; ad collũ. voraces, et inſenſibiles. Voraces qdẽ, quoniã vẽtrem magnũ habẽt, quo appetũt cibũ: inſenſibiles aũt, quia anguſtũ locum habent ſenſus, atque in arctum redactum, ab eo, qui recipit cibum, ita vt ſenſus grauati ſint propter repletiones ciborum, aut indigentias.

De Pectore.

Quicunq; autem pectus magnum habẽt, et dearticulatũ, fortes ſunt ſecundum animã. referuntur ad maſculinum.

De Metaphreno.

Quicunq; aũt metaphrenũ habẽt magnũ, & bene carnoſum, & articulatũ, fortes ſunt ſecundũ aĩam. referunť ad maſculinũ. Quicũq; aũt ibecille, & nõ carnoſum, & inarticulatum, molles ſunt ſm animã. referunť ad fœmininũ. Quibuſcũq; aũt metaphrenũ curuum eſt valde, humeriq; ad pectus contracti, mali moris ſunt. referũtur ad apparẽtẽ cõueniẽtiã: qa apparent ea quę antrorſum, conuenientia videri. Quicunq; aũt metaphrenũ eminẽs habẽt, glorioſi, & inſipientes. referuntur ad equos. Qm̃ autẽ neq; curuũ vehemẽter oportet eſſe, neq; cõcauũ metaphrenũ, q̃rendũ bñ formati.

De Ceruice, & Humeris.

Quibuſcunq; ceruix articulis eminentibus et humeri, fortes ſunt ſecundum animam. referuntur ad maſculinum. Quibuſcunq; autẽ ceruix, & humeri imbecilles, & inarticulati, molles ſunt ſecundũ aĩam. referunť ad fœmininũ. Hęc dico, quæ dixi de pedibus, & coxis.

Quibuſcũq; humeri bene ſoluti ſunt, liberales ſunt ſecundũ animam. referuntur ad aparẽs: qa cõuenit apparẽti formæ liberalitas. Quibuſcũq; vero difficulter ſolubiles, cõuulſi, illiberales. referunť ad apparẽtẽ conueniẽtiã.

De his quæ ſunt circa claues Colli.

Quibuſcunq; autẽ ea q̃ ſunt circã clauem colli bene ſolubilia, ſenſibiles. nã bene ſolubilibus exiſtentibus his quę circa claues motũ ſenſuũ recipiũt. Quibus vero quę circa claues ſunt, cõcluſa ſunt, inſenſibiles. difficulter enim ſolubilibus exiſtẽtibus his quę circa clauẽ, impotentes ſunt recipere motũ ſenſuũ.

De Collo.

Qui collũ groſſum habẽt, fortes ſunt ſecũdũ animã. referuntur ad maſculinũ. Qui autẽ habent gracile, ibecilles ſunt. referunť ad fœminas. Quibus collum craſſum, & carnoſum, iracundi. referunť ad iracundos tauros. Quibus autem eſt ingens, non valde crat-

De Labiis.

ſum, magnanimi. referuntur ad leones. Quibus eſt longum gracile, timidi ſunt. referuntur ad ceruos. Quibus autem breue valde, doloſi, & inſidiatores. referuntur ad lupos.

Quibus ſunt labia gracilia et in extremitatibus laxa, ita vt ſuperius labiũ ad inferius protendatur ad coniunctionẽ labiorum, magnanimi ſunt. referũtur ad leones. Videbit vtiq; aliquis hoc & in magnis & fortibus canibus.

Quibus labia gracilia dura, circa dentes caninos ſupereminentia, qui ita habẽt, ignobiles. referũtur ad ſues. Qui aũt craſſa labia habẽt, & ſuperius inferiori propendens, fatui. referuntur ad aſinos. Quicunq; autẽ ſuperius labiũ, & gingiuas proeminentes habent, amatores ſunt contumeliarũ. referũtur ad canes.

De Naſo.

Qui aũt naſum extremũ craſſum habent, ſegnes. referunť ad boues. Qui autem naſum extremum a ſummo craſſum habent, inſenſibiles ſunt. referuntur ad ſues. Qui naſum extremum acutum habent, ſæue iraſcibiles ſunt. referunťad canes. Qui aũt naſum habẽt rotundũ & obtuſum, magnanimi. referũtur ad leones. Qui vero naſum extremum ſubtilẽ hñt, auiculares. Quibꝰ incuruꝰ à frõte mox deducitur, inuerecundi ſunt. referunť ad coruos. Qui autẽ aquilũ habẽt, articulatũ à frõte, magnanimi. referuntur ad aquilã. Qui autẽ naſum cõcauũ habẽt, & quæ ante frontẽ rotũda, circũferẽtiã aũt ſupiorẽ erectã, luxurioſi. referuntur ad gallos. Qui vero ſimũ, luxurioſi. referunť ad ceruos. Quibus autẽ nares ſunt aptę, iracũdi. referunť ad paſſionẽ, q̃ fit in ira.

De Facie.

Qui faciẽ carnoſam hñt, ſegnes. referunť ad boues. Qui faciẽ macilẽtã habẽt, accurati. Qui autem carnoſam, timidi. referuntur ad aſinos, & ceruos. Qui valde paruã habent, puſillanimi. referuntur ad catũ, & ad ſimiã. Qui bus facies magna, tardi. referunť ad aſinos, & boues. Quoniam vero neque paruã neque magnã oportet eſſe, medius habitus vtique horum erit cõueniens. Quibus autem facies videtur parũ decens, illiberales ſunt. referuntur ad apparentem conuenientiam.

De Oculis.

Quibus aũt ab oculis tanq; veſiculę depẽdẽt, amatores vini ſunt. referunť ad paſſionẽ. Itẽ qbus vehemẽter cadunt quę ante oculos apparẽt, vt veſiculæ, amatores ſomni. referũtur ad paſſionẽ. Itẽ ex ſomno ſurgentibus dependent quæ ſunt in oculis. Qui oculos patuos habẽt, puſillanimi. referuntur ad apparẽtem decentiam, & ſimiam. Qui vero habent oculos magnos, referuntur ad boues. Igitur bñ formatũ oportet neq; magnos neq; paruos habere oculos. Qui vero cõcauos habẽt, malefici. reducũtur ad ſimiam. Quicunq; habẽt

oculos eminẽtes, fatui. referũtur ad apparẽtẽ decẽtiã, & asinos. Qm aũt neq; eminentium oculorũ, neq; concauorũ oportet esse, medi⁹ vtiq; habitus præstabit. Quibuscunq; aũt oculi sunt parum concaui, magnanimi. reducuntur ad leones. Quibus vero plus, mansueti. referuntur ad boues.

De Fronte. Qui frontem paruam habent, indisciplinabiles. referunt ad sues. Qui autem magnã valde, tardi. referũt ad boues: Qui vero rotundã habẽt, isensati. referũtur ad asinos. Qui autem minus planã habẽt, sagaces. referunt ad canes. Qui vero quadrãgulũ cõmẽsuratũ frõti habent, magnanimi. referuntur ad leones. Qui autẽ collectã habent, adulatores. referuntur ad passionem quæ fit. Id autem in canibus videbit quispiã: qm canes cũ blandiuntur, cõtractã habet frontem. Qui autẽ nebulosam, audaces. referunt ad taurũ, et leonẽ. Quoniã aũt nebulosus habitus audaciã significat, tranquillus autẽ adulationẽ, medius habitus vtiq; horum bene decenter se habet. Qui tristem habent frontẽ, mœsti. referũtur ad passionẽ: quoniã mœsti tristẽ habent faciẽ. Qui autem demissam, lamentabundi. referũtur ad passiones, quia lugentes demissæ sunt frontis.

De Capite. Qui habent magnum caput, sensati. referuntur ad canes. Qui vero paruum, insensati. referunt ad asinos. Qui hñt capita pineata, iuerecũdi. referunt ad hñtes vngues curuos.

De Auribꝰ. Qui aures puas habẽt, similes sunt. Qui autem magnas, asinini. Videbit autem aliqs & canũ optimos moderatas aures habere.

De Passionum, Habituumq; signis, à communibus quidem generibus desumptis, mẽbris tñ particularibꝰ applicatis. Ca. X.

De Coloribus QVi valde nigri sunt, timidi. referunt ad Aegyptios, et Aethiopes. Valde autẽ albi, timidi sunt. referunt ad mulieres. Color aũt qui confert ad fortitudinẽ, mediũ horum oportet esse. Flaui, magnanimi sunt. referũtur ad leones. Rubei valde, astuti. referuntur ad vulpes. Pallidi, colore turbati, timidi sunt. referũtur ad passionẽ quæ fit ex timore. Qui autem mellei coloris, sunt frigidi. frigida autẽ mobilia difficulter. mobilibus aũt difficulter existẽtibus ijs quæ iuxta sunt corpus, erũt vtiq; tardi. Quibus color ruber est, acuti sunt: quoniã oia quæ sunt secundũ corpus, à motu calefacta erubescunt. Quibus color flãmeus est, maniaci: quia ea quæ sunt in corpore, vehementer calefacta, flammeũ colorẽ habẽt. Qui autem extreme calefacti, maniaci vtiq; eẽnt. Quibus autẽ est flammeus color circa pectꝰ, difficilis iræ sunt. referunt ad passionem. iratis nanq; superaccẽduntur ea quæ sunt circa pectus. Quibus autẽ circa collum & tẽpora venę distensę sunt, difficilis irę. referũtur ad passionem, quia iratis hęc accidunt. Quibus facies supererubescens est, verecundi sunt. resęruntur ad passionẽ, quia verecundatis supererubescit facies. Quibus genę supererubescũt, amatores sunt vini. referũtur ad passionem, quia ebrijs supererubescũt genæ. Quibus autem oculi supererubescunt, extra se feruntur ob iram. referuntur ad passionẽ: quia qui ab ira efferuntur, erubescunt oculis. Quibus autẽ oculi valde nigri, timidi. niger enim color valde, videtur timiditatẽ significare. Qui aũt non sunt valde nigri, sed declinant ad flauum colorẽ, boni animi sunt. Quibus autem oculi glauci aut albi, timidi sunt. visus ẽ. n. albus color timiditatẽ significare. Qui autẽ non sunt glauci, sed charopi, boni animi sunt. referunt ad leonẽ, & aquilam. Quibus autem vino colore simíles sunt, stolidi sunt. referuntur ad capras. Quibus ignei sunt, inuerecundi. referũtur ad canes. Qui autem oculos discoloratos habent & turbatos, timidi. referuntur ad passionem: quia qui timuerint, pallidi fiunt colore non æqualiter. Quicunq; oculos lucentes habẽt, luxurioſi. referunt ad gallos, et coruos.

De Pilositate in quacunque corporis parte. Qui tibias pilosas habent, venerei sunt. referunt ad hircos. Qui autẽ ea quæ sunt circa pectus, & ventrẽ valde pilosa habent, nunq; in eisdẽ perseuerãt. referunt ad aues: quia eæ pectus, et vẽtrẽ valde pilosa habẽt. Qui pectora habent valde nuda, vel non pilosa, inuerecundi sunt. referũtur ad mulieres. Quoniam igitur non oportet valde pilosa esse, neque nuda, medius habitus est optimus. Qui humeros pilosos habent, nunquam in eisdem perseuerant. referuntur ad aues. Qui dorsum habent pilosum valde, inuerecũdi sunt. referuntur ad bestias. Qui autem collum retro pilosum habent, liberales sunt. referuntur ad leones. Qui autem mentum habent acutum, animosi. referuntur ad canes. Qui habent supercilia coniuncta, tristes sunt. referuntur ad similitudinem passiõis. Qui supercilia diuulsa habẽt ante nasum, & extẽsa vsq; ad tẽpora, fatui sunt. referunt ad porcos. Qui erectos pilos habent in capite, timidi. referuntur ad passiões: quia timẽtibus erigũtur. Qui capillos multũ crispos habent, timidi. referuntur ad Aethiopas. Quoniã igitur & erecti, et vehementer crispi timiditatem ferũt, qui in extremitate sunt crispi ad bonum animum referunt. referunt autẽ et ad leonẽ. Qui id frontis, quod est ante caput, eleuatum habẽt, liberales sunt. referuntur ad leones. Qui in capite

adnatos

adnatos habẽt capillos ad frõtẽ iuxta nasum, sunt liberales. referunt ad apparẽtẽ decentiã.

Pars hæc nõ est i antiqua trãslatione, & forte Græco codici ad data est.

{QVI lõgi, ac tardi gressus, sit vtiq; tarditate molestus, perfectiuus: qm longe progredi efficax, tarde vero cogitabundum. Qui breuis, ac tardi gressus tarditate molestus, non perfectiuus: quoniã breuiter, tardeq; progredi minime efficax. Qui longi, ac celeris gressus minime molestus, perfectiuus: qm celeritas pfectiuũ, longitudo vero non inefficax. Qui breuis, et celeris gressus molestus, nõ pfectiuꝰ.}

*nõ molestꝰ

De mẽbrorũ Motibꝰ. DE manus, & cubiti, & brachij motu eadẽ referunt. Qui humeris rectis, tensis insultãt, galeangones. referuntur ad equos. Qui scapulis mouentur curui, elati. referuntur ad leones. Qui pedibus inuersis ambulantes, & cruribus, fœminini. referuntur ad mulieres. Qui vero corporibus circũtorquẽtes se & fricantes, adulatores sunt. referuntur ad passiones. Inclinati aũt ad dextrã in ambulando, cinædi sunt. referuntur ad apparentẽ decentiã. Quicunq; oculos habẽt bene mobiles, acuti, rapaces. referunt ad accipitres. Qui palpebrizant, timidi: quia in oculis primũ mouentur.

Hæc etiam pars in antiqua deest trãslatione: fortecq; et ipsa Græco codici est adiecta.

{Qui demissum aspectũ: & quibus altera palpebra immittitur in oculis per medium fixi aspectus: & qui palpebras supiores tarde reducunt, molliterq; intuẽtur: & qui palpebras immittunt: in vniuersumq; omnes, qui molliter soluteq; spectant, referuntur ad apparẽtẽ decentiã, & ad fœminas.} Qui oculos frequenti tempore mouentes, tincturam albuginis in oculo velut immotam habent, intellectiui. si enim in quopiam intellectio vehementer fiat, anima stat, & visus.

De Voce. QVI voce admodum magna vociferantur grauiter, iniurioſi. referunt ad asinos. Quicũque aũt vocãt à graui incipientes, et finiunt in acutũ, iracundi, & lugẽtes. referunt ad boues, & ad decentiã vocis. Quicunque aũt vocibus acutis, molibus, ac ruptis loquuntur, cinædi. referuntur ad mulieres, & ad decentiã. Quicunq; grauiter vocãt, magnũ ac perplexum, referunt ad fortes canes, & decentiam. Quicũq; molliter sine contentione vocant, mansueti. referuntur ad oues. Quicunque vocant acute & fortiter, iracundi. referunt ad capras.

De Paruis corpore, & Magnis. PARVI valde, acuti sunt. Iatione enim sanguinis paruũ locũ cõtinẽte, motiones quoq; valde velociter accedũt ad sapere. Qui autem sunt valde magni, tardi. Iatione enim sanguinis magnũ locũ cõtinẽte, motꝰ tarde accedũt ad sapere. Quicũq; aũt paruorũ siccis carnibꝰ vtunt, aut & coloribꝰ, aut quę p caliditatẽ corporibus superfluunt, nihil perficiunt. existẽte enim in latione paruo, & veloci pp igneũ, nũquam secundũ idẽ est sapere: sed aliud in alio prius, quàm excedens perficiat. Quicunq; vero magnorũ humidis carnibꝰ vtunt, et aut coloribus, qui propter frigiditatem innascũtur, nihil perficiunt. existente enim latione in magno loco & tardo per frigiditatẽ non permittit aliquid accedere ad sapere. Quicunq; aũt paruorũ humidis carnibus vtuntur, & coloribus propter frigiditatẽ, fiũt perfectiui. existẽte enim motu in paruo, difficulter mobile tẽperamẽti, cõmensurationẽ prębuit primũ pficere. Quicunq; aũt magnorũ siccis carnibus vtunt, & coloribus per caliditatẽ fiunt perfectiui & sensitiui. existente enim latione in loco magna, & tarda propter frigiditatem, nihil cõducet accedẽs ad sapere. Quicũq; vero magni siccis carnibꝰ vtunt, & coloribus propter caliditatem, fiunt perfectiui & sensitiui. magnitudinis enim excessum, & carnium et coloris caliditas acquisiuit, vt commensurata sit ad perficiendum. Excedentia igitur corporum magnitudinibus, aut paruitatibus deficientia, quomodo perfecta sunt, & quomodo imperfecta, dictum est. Media aũt natura horũ ad sensus optima & perfectissima, quibꝰ vtiq; supponitur inesse. motus enim nõ multi existentes facilius ad mentẽ accedunt: nec etiam parui existentes supergrediunt. quare perfectissimam & ad perficiendum quæ fuerint proposita, & ad sentiendum oportet moderatam esse magnitudinem.

De Commẽsuratis & Incommensuratis. INCOMMENSVRATI, astuti. referunt ad passionẽ, et ad fœminã. si enim q incommensurati, astuti: commensurati vtiq; erũt simul et iusti, & fortes. Relationẽ aũt cõmẽsuratis ois ad corporũ bonã motionẽ & bonã natiuitatẽ reducere oportet, sed non ad formã maris, sicut in principio dictũ est. Bene se habet aũt & oia signa, quęcunq; prædicta sunt, referre ad apparentẽ conuenientiã, & in masculũ & fœminam. hæc enim perfectissima diuisione diuisa sunt, et demõstratũ est quòd masculꝰ est fœmina iustior, & fortior, & vt in vniuersum dicaẽ melior. In omni aũt electiõe signorũ, alia alijs signis magis declarant manifeste subiectum: manifestissima aũt, quę in principalibus locis fiunt. Principalissimus aũt locus est, qui est circa oculos, & frontẽ, & caput, & faciẽ. secũdus aũt qui est circa pectus, & humeros. cõsequẽter circa crura, & pedes. qui aũt circa ventrẽ, minimus. Oino aũt, vt sic dicã, istã loca manifestissima signa prębẽt, in quibus & prudẽtię plurimæ decor apparet.

Physiognomicorum finis.

ARISTOTELIS
DE COLORIBVS LIBELLVS
A Simone Portio Neapolitano latinitate donatus, ac

COSMO MEDICI

Florentinorum Principi Magnanimo D.

De coloribus Simplicibus. Cap. I.

Libri huius phrasis Theophrasti potius aut alterius, quam Stagiritam sapere videtur.

Implices colores sunt, qui elemẽta, puta ignem, aerem aquam, & terram sequuntur. Aer.n. & aqua per se sunt natura alba: ignis autem, & Sol, flaui: terra vero natura alba est, at propter tincturam multicolor apparet. quod in cinere fit manifestum. nam exusto colore, qui tincturam faciebat, albus euadit: non tamen omni ex parte: quòd fumo, qui niger est, tingat. Quocirca etiam lixiuium efficitur flauũ: flammeo, & nigro aquam colorante. Niger autem color consequitur elementa, cùm in se invicem mutantur. Alij, qui ex his facile intelliguntur, fiunt mixtione sibi inuicem temperatorum. Tenebra autẽ fit deficiente lumine. Tripliciter enim nigrum nobis apparet. aut enim omnino quod non videtur, est natura nigrum: aut à quibus nullum prorsus lumen fertur ad oculos. nam quod nõ videtur, cùm ambiens locus videtur, nigri reddit apparentiam. apparent item nobis huiusmodi omnia nigra, à quibus rarum & paucum lumen repercutitur. Quare et nigrę apparent vmbrę. Similiter & aqua, quando exasperata fuerit, quemadmodum maris horror. nam propter superficiei asperitatem paucis radijs incidentibus, & dissipato lumine, vmbrosum nigrum apparet. Propterea et nubes, quando densa fuerit valde. eadem quoq; ratione, & aqua, & aer, quando nõ omnino penetrat lumen. etenim hæc videntur esse nigra, quòd profunditatem habeant: eo quòd omnino rari radij refranguntur. intermediæ enim partes ipsorum luminis, omnes videntur esse nigræ, propter tenebram. Quòd autem tenebra non sit color, sed luminis priuatio, nõ difficile est tum ex alijs multis discere, tum potissimum ex eo, quòd non sit sensibilis, quanta qualisq; figura sit tenebra, quemadmodum in alijs visibilibus. Quòd autem lumẽ sit color ignis, perspicuum ex eo est, quoniam nullum alium quàm hunc inuenitur habere colorem: tum quia hic solum est per se visibilis, alia vero per hunc. Cæterum hoc est considerandum. nõnulla enim quæ nõ sunt ignis, neque ignis species natura, lumen facere videntur. Quin ergo ignis color est lumen: nõ tamen etiam lumẽ, ignis solius est color. Sed vsu venit hunc colorem, non soli igni inesse, lumen tamen esse ipsius colorem. nullo quippe alio eius visionem fieri contingit, nisi lumine: vt & aliorum omnium corporum corporis apparentia. Nigrum autem colorem fieri contingit, cùm aer, & aqua ab igne combuntur. quare & omnia ambusta nigrescunt, velut ligna, & carbones igne extincto. Quin & fumus, qui ex latere prodit: vbi humidum, quod lateri inerat, excernitur, & comburitur. Quocirca & is fumus est nigerrimus, qui ex opimis, & pinguibus, puta oleo, pice, ac teda erumpit: propterea quòd hæc maxime cõburantur, continuitatemque faciant. Nigra præterea & hæc fiunt, per quæ fluit aqua, cùm, vbi muscosa facta fuerint, primum humidum exiccatur: quẽadmodũ et parietũ tectoria, itidẽ et lapides, q̃ sunt i aqua. etenim hi facti muscosi, ac postea exiccati, euadũt colore nigri. Simplices igit̃ colores, tot tales q̃ sũt.

De coloribus Medijs, siue Mixtis. Cap. II.

Reliqui colores, qui ex horum temperamento, & maioris, minorisq; ratione gignuntur, multas ac varias præbent colorũ imagines, maioris quidem, minorisq; ratione, ceu puniceus, & halurgus: temperamento vero, vt albus, & niger, quandoquidẽ mixti, fusci reddunt apparentiam. Quamobrem niger & vmbrosus mixtus lumini, puniceũ. nam nigrum mixtum lumini, tum quod à Sole, tum quod ab igne emicat, cõspicimus semper esse puniceum: & nigra ignita omnia mutari in puniceum. etenim fumosæ flammæ, et carbones, quando sunt accensi, cernuntur colorem habere puniceum. Halurgus vero floridus fit, & splendidus, quando cum mediocri albo & vmbroso infirmi Solis radij temperantur. Vnde & circa orientem, ac occidentem aer purpureus est, siquando oriente, occidenteq; Sole apparet. radij enim imbecilles tũc maxime in aerẽ vmbrosum incidũt. Apparet præterea mare purpureum, cùm vndæ sublatæ in inclinatione vmbrantur. nã imbecilles Solis radij in sedem illabentes, efficiunt vt color appareat halurgus.

Quod

Quod in pennis quoq; fieri conspicitur. cùm enim aliquo modo ad lumen extenditur, halurgum reddunt colorem: verum pauciore incidente lumine, caliginosum, quẽ vocant ὄξφνιον, id est opacũ. Copiosum autem, & primo nigro temperatum, puniceum. qui cùm floridus est, ac coruscans, in flammeum colorem mutatur. Nam pro mutuo in se inuicem temperamento ita accipere conuenit, ex subiecto colore conspecto miscentes, non autem omnium similem statuẽtes generationem. Est enim colorum, non simpliciter quidem, sed rationem habet eãdem cum quibusdam compositis, quam habẽt simplices inter se: propterea q̃ mixtio vnius habet latitudinem, & non insignem in vniuerso, & præuisum similiter constituit. Nam cùm dicimus temperamẽtum halurgi, aut puniceĩ, necesse est similiter atq; eos qui miscentur ex his, faciuntq; alium colorẽ, narrare generationem, & non facere similem apparentiam: eo quòd oporteat sumere & cõsiderare temperamentum ex præconstituto. puta, q̃ color vinosus gignitur, quando cũ nigro puro & coruscãti temperãtur radij aerij, quemadmodum & racemorum acini. etenim horũ apparet color vinosus, interea dum maturãtur: at simul, atque nigruerint, puniceus in halurgũm mutatur. Porrò iuxta commonstratum modum, oportet omnes colorum differentias considerare, sumẽtes similitudinem ex motu, secundum apparẽtem mixtionem quæ est in vnoquoq; assimilantes, atq; in his, qui particulatim in generatione aliqua & temperamento præbent apparẽtiam, etiam fidem adferẽtes. Oportet autem & omnium horum instituere cõtemplationem, non cõmiscentes hos colores, velut pictores: sed ex prædictis, conferentes radios reflexos inter se. ita enim potissimum quispiam possit secundum naturam temperamenta colorum cõtemplari. Fides vero & similia considerare oportet ex ijs, in quibus erit manifesta colorũ generatio. Hæc autem præcipue sunt, lumen Solis, & ignis, aer, & aqua. nã prout magis, minusq; miscentur, hæc potissimum omnes, vt ita dicam, colores absoluunt. Assumere præterea oportet similitudinẽ & ex alijs coloribus permixtis cum radijs. carbones enim, & fumus, & ærugo, & sulphur, & pennæ, mixta alia radijs Solis, alia splendori ignis, multas & varias reddunt coloris mutationes. Sunt quædam etiam in concoctione consideranda, quæ fiũt in plantis, & fructibus, & pilis, & pẽnis, & id genus omnibus.

De colorum Infinitate. Cap. III.

At vero nõ oportet nos latere, ob quot causas multiformitas, & colorum infinitas accidit. inuenietnus enim, aut propterea q̃ impariter ac inæqualiter cũ lumine & vmbris temperamenta sumuntur: nam lumen et vmbrę, secũdum magis & minus, plurimum à se inuicem dissident, quare tum per se, tum mixta cum coloribus, creant colorum mutationes: aut eo q̃ qui temperãtur, multitudine & viribus differunt: aut quia non habẽt eãdem rationes. multas enim & halurgus habet differentias, & puniceus, & albus, & reliquorum singuli: tũ propter magis & minus, tum ob mutuam mixtionem, ipsorumq; sinceritatem. Adfert item differẽtiam, & cùm splendidum ac coruscãs est id quod admiscetur: aut contra, squallidum, & minime splendidum. Est autem coruscans, nihil aliud nisi continuitas lumĩnis, & densitas. fit enim aureum, quando flauum & solare densatum vehementer coruscat. Quare & columbarũ colla, & aquarum guttæ, aureę apparent, cùm lumen repercutitur. sunt etiam quædam, quæ læuigata attritu, & potentijs quibusdam, diuersos & varios obtinent colores, ceu argentum attritum, & aurum, & æs, & ferrum. Et nonnulla genera lapidum diuersos faciũt colores (ceu &c. * nigri enim cùm sint, albas depingũt lineas. eo q̃ omnium eiusmodi primæ quidem cõstitutiones ex paruis sint particulis, & densis & nigris: sed à tinctura, quam nacti sunt in generatione, omnibus meatibus coloratis, per quos permeauit ipsorũ tinctura, aliam habuerint coloris imaginem. qui vero attritu absumptus est ab ijs, non amplius est aureus, neque æreus, neq; alium vllũ eiusmodi habet colorẽ, sed prorsus niger est: propterea q̃ pori, dum ipsi conteruntur, disrumpantur, per quos tinctura permeauit: natura vero etiam ex eisdem sit.) nam cùm prior his color non amplius sit nobis manifestus, propterea q̃ in attritu tinctura sit distracta, secundum naturam illis insitum colorẽ videmus. quocirca etiam omnia apparent nigra. dum autem vnumquodq; horũ atteritur ad æquale aliquid & læue, quemadmodum & ad lapidem Lydium, deponunt insitũ ipsis colorem, nigrum scilicet, & assumunt denuo colorem, quem habebant à generatione, † in coniunctione, & cõtinuitate, ipsum tincturę diaphanum. † Quæ comburuntur autem, & dissoluuntur, & liquefiunt in igne, hæc multos habent colores, quorum fumus est tenuis, & aereus, etiam colores vmbrosi, vt is qui ex sulphure, & æruginosis æramentis exhalat, &

quæcunq;

Hæc verba his inclusa in quibusdam desunt codicibus.

Et ttt hęc in al quo codice desiuunt.

quæcunq; sunt densa & lęuia, velut argẽtum.

Alia autem, quibus vmbrosi sunt colores, etiam læuitatem participãt, velut aqua, & nubes, & auium pẽnæ. etenim hęc, tum propter radios incidentes, tum læuitatem, aliàs aliter temperatos, diuersos efficiũt colores: quemadmodum & tenebra. Nullum autem colorum videmus purũ qualis est, sed omnes alijs temperatos. nam etsi aliorum nulli, luminis tamen radijs & vmbris temperati, alij atque alij, & non quales sunt apparent. Iccirco & quæ in vmbra spectantur, & lumine, & Sole, & duro aut molli fulgore, & quæ secundum inclinationes ita aut ita se habent, & secũdum alias differẽtias, diuersa apparent. Item cum radijs, qui ab igne, & Luna, & candelis emittuntur: eo q; lumen vniuscuiusq; horum diuersiorem obtineat colorem. † Et colorum inter se inuicem mixtione. nam cùm per se inuicem feruntur, colorantur.† Lumen enim quando illabens ab aliquibus coloratur, & fit puniceum, aut herbaceum: & quando quod temperatum est incidit in alium quẽpiam colorem, rursus ab illo temperatum, aliud quod dam sumit coloris temperamẽtum. atque id assidue quidem patiens, sed non sensibiliter, interdũ accedit ad oculos, ex multis quidem temperatum coloribus, sed vno quopiam ex ijs quæ maxime præpollent, sensum creans. Quapropter & per aquam aquea magis apparent, & quæ videtur in speculis, colores habere similes speculorum cernuntur. quod ẽt in aere euenire putandum est. Itaq; colores omnes mixti ex tribus gignuntur, lumine, & per quæ apparet lumen, ceu aqua & aere, & tertio subiectis coloribus, à quibus contingit lumen refrangi. Album aũt & diaphanum, quãdo rarum fuerit valde, apparet colore aereum. in densis vero omnibus apparet quædam caligo, quemadmodũ in aqua, & vitro, & aere, quãdo fuerit crassus. radijs enim propter dẽsitatem vndequaq; deficientibus, nequimus quæ intra eos sunt exacte perspicere.* Aer autem cominus inspectus, nullum videtur habere colorem. nam propter raritatem à radijs vincitur, ab ijs seperatur cũ densiores sint, & per eum appareant. Cùm vero in profundo cernitur, proxime apparet colore cyaneus, propter raritatem. vbi enim deficit lumẽ, ibi tenebra interceptus, apparet cyaneus. cõdensatus autem quemadmodum & aqua, omnium albissimus est.

Et hæc †† desunt f aliquibus codicibus.

De coloribus Artificialibus. Cap. IIII.

POrrò quæ tingũtur, omnia colores à tingentibus sumunt. multa enim floribus, & terra nascentibus, & radicibus tingũtur, & corticibus, & lignis, & folijs, & fructibus. pręterea multa terra, multa spuma, multa et atramento. quinetiam nonnulla, animalium succis, quemadmodum halurgus purpura. alia vino, quædam fumo, aliqua lixiuio, nonnulla mari, ceu pili maritimorũ. etenim hi à mari ruffi euadunt. Et omnino quæ colores habẽt proprios. semper enim ab omnibus ijs, vnà cum humido & calido coloribus simul ingredientibus in eorum quæ tinguntur, meatus, quando aruerunt, ab illis colores suscipiunt. quocirca & sæpenumero ex ijs eluuntur, floribus et fluxis ex meatibus. Quinetiam astrictiones, multas gignunt in tinctura differentias, & mistiones, & patliones eorum quę tinguntur, quomodo & de temperamento dictum fuit antea. Tinguntur aũt & nigra vellera, non tamẽ simili modo colore fiunt splendida: eo q; meatus ipsorum tingantur, ingredientes in florum poros: verum intermedia pili spatia nullam sumunt tincturam. Albaquæ sunt, quæq; inuicem comparantur cum coloribus, efficiũt, vt omnes flores appareãt splendidiores: nigra vero contra, vt vmbrosi, & caliginosi. quocirca & qui opacus vocatur, floridior fit in nigris, q̃ albis. ita enim meracior ipsis apparet flos temperatus cum radijs nigri. nam per se interuallum inter meatus non videtur, propter exiguitatem: velut neq; stannum temperatũ æri, neq; aliud quippiam eiusmodi. Colores vero eorum quæ tinguntur, alterantur propter prædictas causas.

De mutatione colorum ex Concoctione. Cap. V.

PIlli porrò, & pennæ, & flores, & fructus, & plantæ omnes, q; simul cum concoctione omnes sumunt colorum mutationes, ex multis est conspicuum. quę nam autẽ sint singulis eorum quæ terra nascũtur, colorum principia, & quales ex qualibus mutationes suscipiũt, & propter quas causas hæc patiuntur: item si quas dubitationes contingit ea comitari, de his omnibus ex huiusmodi est considerandum. In omnibus autem plãtis principium colorum est herbaceus. etenim germina, & folia, & fructus fiunt initio herbacei. Viderit autem id aliquis, & in aquis pluuijs, vbi plusculo tempore aqua cõsliterit, denuo exiccata, fit colore herbacea. Secundum rationem autem accidit, hunc omnibus ijs quæ terra nascuntur, primum cõsistere colorem, nam aquæ omnes vetustæ, initio quidẽ fiunt virides, temperatæ radijs Solis: paulatim vero nigrescentes, rursus mixtæ viridi, fiũt herbaceæ. nã humidum, velut iam dictũ est, per

se inueteraſcens,

se inueteraſcens, & exiccatũ, nigricat, quemadmodum & cisternarũ tectoria. etenim horum quæcunq; semper sunt in aqua, ea omnia nigrescunt: eo q; iuxta ea * arescat refrigeratus humor. Sed quæ hausta insolaũ, partim fit herbacea, propterea q; flauum cum nigro temperatur: partim humore magis nigrescẽte, herbacea fit saturata valde, & porracea. Quapropter & omnium germina vetusta, multo sunt nouellis nigriora. quædam vero flauiora, eo quòd nõdum humor in ijs nigricet. cùm etenim incremẽtum ipsorum sit tardius, & humor diu in eis permaneat, ꝓpterea q; refrigeratus valde nigricet humor, fit porraceus, meraco nigro temperatus. In quibus autem humor non miscetur radijs Solis, horum color permanet albus: nisi vetusteſcens & exiccatus antea nigruerit. Quocirca omnium quæ terra nascuntur, ea quæ sũpra terram sunt, primũ sunt viridia: quæ vero in terra, velut scapi & radices, alba. Quinetiam germina intra terram quæ sunt, albent: at ablata terra, initio velut dictum est, omnia fiunt herbacea: propterea q; humiditas, quæ per germina ad ea percolat, eiusmodi habeat coloris naturam, eaq; illico in fructuum incrementum absumatur. Cùm vero non amplius augentur, eo q; calidum iam non dominetur affluenti alimento, verum etiam contra resolui tur humor à caliditate, & fructus omnes matureſcunt, concocta tum à Solis, tum ab aeris calore, quæ in fructibus erat humiditate, à plãtis suſcipiunt colores, quomodo & quæ tinguntur à floribus. quare paulatim colorãtur, & potissimum eorum partes quæ ad Solẽ & teporem obuertunt. Quare & colores suos vnà cum anni temporibus mutant. Nam qui sunt herbacei coloris, omnes iã maturati, mutantur in eum qui secundum naturam est, colorem. Etenim albi, & nigri, & suſci, & flaui, & nigricantes, & vmbrosi, & propemodum omnes habentes colorũ differentias euadũt.

Verum quoniam plurimi colores fiunt, pluribus sibi inuicem temperatis: patet q; & colores qui sunt in plantis, necesse sit eadẽ habere temperamenta. nam humor per has percolans, & secum eluens, omnes colorum potentias recipit: atq; hoc concocto circa fructuum concoctionem, tum à Solis, tum ab aeris caliditate, singuli per se cõsistunt colores, alij quidem cẽtius, alij vero tardius, quemadmodum euenit & in tinctura purpuræ. nã vbi hac contusa vniuersam ex ea humiditatem eluerint, eamq; effusam coxerint in cortinis, primum nullus omnino color in tinctura conspicuus est, eo q; paulatim ipsorũ quisq; humido magis concocto, & insitis ijs coloribus sibi inuicem permixtis, multas variasq; capiat differentias. Etenim niger, & albus, & opacus, & aereus, & tunc oẽs ex simul elixatis gignuntur. quare propter temperamentum, non amplius per se aliorum colorum quisquam conspicitur. Idem hoc accidit & in fructibus. in multis enim, eò q; non omnes colorum concoctiones simul fiũt, sed quidam ipsorũ prius cõsistunt, quidam postea, ex alijs in alios mutantur. ceu racemi, & palmulæ. etenim hi interdum primum fiunt puniceí: sed atro in se consistente, in vinosum mutantur: deniq; fiũt cyanei, quando iam puniceus multo & mera co nigro permixtus fuerit. Nam colores qui postea accedunt, quando præualent, priores colores euariãt. maxime autem hoc in nigris fructibus conspicuum est. ferè enim ipsorum plurimi, vt dictũ est, initio ex herbaceo commutati, paululum in puniceũ vergunt, fiũtq; ruffi: sed confestim cõmigrãt rursus ex ruffo, etiã meraco nigro in huiusmodi insito. Declarant autem & sarmenta, & vellera, & folia omnium cuiusmodi sunt nigra: propterea q; ijs insit plurimus eiusmodi color. siquidem q; fructus nigri etiã ambos colores participant, manifestum est. omnium enim taliũ succus est vinosus. Colores vero in generatione punicei posteriores sunt nigris. indicio est aũt. nam sub stillicidijs pauimẽta, & omnino vbi contingit mediocris aquarum eruptio, in locis vmbrosis, omnia mutantur primũ ex herbaceo in puniceum colorem: fitq; pauimentum, tanquam sanguis nuper mactatus esſet eo loco, quo color herbaceus adeptus est concoctionem. Postremo autem, etiam hic valde fit niger & cœruleus, quod contingit & in fructibus. Porrò, q; accedentibus posterioribus coloribus, cùm euincũtur priores, color fructuum mutatur, ex huiusmodi quoq; facile est perspicere. nam mali punicæ fructus & rosarum folia, initio quidem fiũt alba, sed postremum coloratis eorũ succis à cõcoctione, pallent, mutanturq; in halurgum colorem et puniceum. Quædam plures in se habent colores, ceu & in papauere succus, & in olea amurcæ. etenim hic primum fit albus, quemadmodum mali quoq; punicæ fructus. exalbatus autẽ rursum in puniceum mutatur colorem. postremo vero multo nigro temperatus, fit cyaneus. Quocirca & papaueris folia, superiora obtinent punicantia, q; celer sit ipsorum excoctio: quæ vero sunt iuxta principia, nigra, iam hoc colore in eis euincente, velut & in fructu: nã tandẽ fit niger. In quibus vero plãtis vnus solus color ineſt, puta albus, aut niger, aut puniceus, aut halurgus: harum omnium fructus permanent, semper eãdem

habentes

habẽtes coloris naturam, vbi semel ex hirbo ceo in alium colorem tuerint mutati. Porro flores cum fructibus in nonnullis vnicolores esse cõtingit, quemadmodum res se habet in malo punica. etenim fructus eius, & flos est puniceus. In nõnullis vero multum colore differunt, velut & in lauro, & in hedera. Flos enim omnium harũ est flauus, at fructus niger. Puniceus præterea & mali. etenim huius flos est albus purpurascens: fructus vero flauus. Papaueris item flos est puniceus: at fructus, alius niger, alius albus. propterea quod concoctiones insitorũ ijs succorum, alijs atq; alijs fiant temporibus. Facile autem hoc est ex multis contueri. Etenim fructuũ quidam, velut dictum est, multas differentias & colorum, & odorum, & saporum, vnà cum concoctione capessunt: quare & odores, & succos longe differentes contingit flores, & fructus concomitari. Amplius, id magis in ipsis floribus est perspicuum. eiusdem enim folij aliud est nigrum, aliud puniceum. nõnullorum autem aliud est album, aliud purpureum. maxime autẽ id patet in iride. multas enim hic flos continet in se varietates * propter concoctionis differentias, quemadmodum & racemorum, quando iam maturi fuerint. quocirca ẽt omnium maxime foliorum extrema concoqui contingit: quæ vero sunt circa initia, sunt multo decoloratiora. Propemodum. n. quorundam quasi exuritur humidũ, prius q̃ propriam capiat concoctionem. ideo & flores colore permanent: fructus vero cõcoctu mutantur. nam illi propter alimenti paucitatem confestim excoquũtur: at fructus propter humoris copiam, in omnes qui secũdum naturam sunt, vnà cum concoctione mutãtur colores. Manifestum autem id est, vt dictũ fuit antea, & in floribus eorum quæ tinguntur. nam initio cùm tingentes purpuram, demittunt sanguineas sanies, quas ἀιματίδας vocant, opacæ fiunt, & nigræ, & aeriæ. flore vero satis elixato, fit floridus, halurgus, & splẽdidus. Quare necesse est, & florum multos similiter coloribus fructuum euariare: & alios excellere, alios autẽ deficere à coloribus naturalibus: propterea q̃ quorundam sit imperfectior, & quorundam perfectior concoctio. flores igitur & fructus, propter has causas, discrepare inter se cõtingit. Multæ autem plurimarum arborum tandem fiunt flauæ: eo q̃ alimento deficiente antea præuentæ inarescant, q̃ mutentur in colorem qui secũdum naturam est. quandoquidem & defluentium fructuũ alii qui fiunt colore flaui, propterea q̃ & horum prius concoctione deficiat nutrimentũ. Amplius, & frumentum, & omnia quæ terra nascuntur. etenim hæc postremum fiunt flauæ. nam cùm humidum in ijs nõ amplius nigrescat, propterea q̃ celeriter exarescit, efficit coloris mutationem. nigrescens autem & viridi temperatum fit, velut dictũ est, herbaceum. verum si infirmius semper fit nigrum, rursus paulatim in viridẽ mutatur colorem, ac tandem fit flauum. quandoquidem pyri folia & portulacæ, & aliquorum aliorum concocta, fiunt punicea. at quæcũq; horũ celeriter quoque exarescunt, ea fiunt flaua, q̃ eorum nutrimentum ante cõcoctionem deficiat. Rationi igitur maxime consonum est, plantarum differentias euenire, propter prædictas causas.

Et hoc loco varij sunt codices.

De colore Pilorum, Pẽnarum, & Cutum. Cap. VI.

FIunt aũt & pili, & pẽnæ, & cutes equorũ & boũ, & ouium, & hominũ, & aliorum animaliũ omniũ alba, & fusca, & ruffa, & nigra, eandẽ ob causam. Alba quidẽ, cùm humidũ adhuc proprium retinens colorẽ exiccatum fuerit à cõcoctione. Nigra vero contra, quoties ipsum in generatione humidum, quẽadmodum in alijs omnibus antiquatũ & tẽpore confectum, ppter copiã nigruerit. omnium. n. talium & pelles, & cutes fiunt nigræ. Fusca aũt, & ruffa, & flaua, & reliquis prædita coloribus, quæ cũq; præuẽta siccescunt prius, q̃ in ipsis humidum pfecte mutet in nigrum colorẽ. Quibus aũt inæqualiter hoc accidit, etiã colores tales fiunt varij. quare ẽt omnia cutes & colorẽ consequuntur. q̃nquidem ẽt hominũ rufforũ, & pili sunt alboruffi: nigrorum vero, nigri. q̃ si ꝑm aliquã corporis partem efflorierit albũ: vniuersi pilos quoq; albos habẽt eo loco. sicuti ea quę ex aialibus varia sunt. Ita oẽs pili, & pẽnæ cutes sequunt̃, & ꝑm partes, & ꝑm corpus solũ. Similiter his se habẽt vngulæ solidę, & bifidę, rostra, & cornua. etenim hęc nigrorũ fiunt nigra: alborum aũt alba, ppterea q̃ ẽt his oibus alimẽtum per cutẽ ad exteriorẽ ambitum ꝓcolatur. Quòd aũt hæc sit causa, haud difficile est ex multis perspicere. Nã puerorũ omniũ capita initio sunt ruffa, propter alimonij paucitatẽ. atq; id manifestũ est nã capilli imbecilles sunt, & rari, eãdem ob causam. Præterea ẽt primũ breues oibus pueris, pueniunt: verũ progrediẽte ætate, nigrescũt, rursum ijs coloratis, ppter affluentis alimenti copiã. Simili modo & circa pubẽ ac barbam, cũ primũ cœpint pubescere, & lanuginẽ emittere, hæ quoq; fiũt initio ruffæ cito, ppter humiditatis paucitatẽ, quæ in ipsis desiccatur. Vbi vero plusculũ alimẽti ad locũ defertur, rursus nigrescunt. Pili autẽ in corpore, plurimo tẽpore ruffi perdurant, propter alimẽti inopiã. q̃m quo tẽpore augẽtur,

etiam

etiam hos similiter nigrescere cõtingit, quemadmodũ & pubis, & capitis pilos. indicio aũt id est. nã quæcunq; plixos habẽt pilos, vt plurimũ qua parte proximi sunt corpori, sunt nigriores: circa summa vero sunt flauiores, vt sunt ouiũ, equorum, & hominũ: propterea q̃ ijs paucissimũ alimentũ ad hæc loca deferat, & exarescat celeriter. Fiunt & pẽnæ nigrarum auiũ, quæ prope corpus sunt, nigriores oibus: quæ vero in summis partibus sunt, flauiores. eodẽ modo & quæ circa collũ sunt, & omnino quæ paucũ capiunt alimentũ. patet id. nã omnes pili à pfectione mutantur, fiũtq; ruffi, eo q̃ rursum alimentũ deficiẽs celeriter exarescat. Deniq; albi prius, cũq; humidũ nigrescat, alimẽto in ijs excocto. maxime aũt hoc perspicit in animalibus subiugalibus. omniũ enim pili fiunt albi. locis. n. nequeuntibus similiter attrahere nutrimentũ, propter calidi imbecillitatẽ, humidum celeriter exarescens, fit album. Et quæ sunt circa tẽpora maxime omniũ canescunt, & in summa circa infirma & laborãtia loca. Propterea & omniũ maxime in hunc colorẽ mutantur, cũ naturã commutauerint propriã. etenim lepus factus est iã albus: & niger vtiq; apparuit tum ceruus, tum vrsus. similiter aũt his & coturnix, et perdix, & hirundo. cũ enim oia talia sint imbecilla generatione, ppter alimenti paucitatẽ ante tẽpus excocta, fiunt alba. Ita & puerorũ quidam statim & capita habẽt alba, & cilia, & supercilia: quẽadmodum aliorum quoq; cuiq; sub senectutẽ aperte hæc canitiei passio contingit, ppter imbecillitatẽ, & paucitatẽ. Quocirca & plurima animalia alba, ifirmiora sunt nigris. ante. n. q̃ perficiatur ipsorum augmentum, ppter alimenti paucitatẽ excocta, fiunt alba, quẽadmodum & ex fructibus quicunq; morbo correpti fuerũt. etenim hi multo magis ppter imbecillitatẽ excoquuntur. Quæ autẽ fiunt alba, multum differẽtia ab alijs, vt equi, & canes. hmõi autem omnia mutantur ex eo, qui ꝑm naturam est, colore in alba, propter alimenti bonitatẽ. humidum. n. in eiusmodi nõ vetustescens, sed absumptum, ppter incrementũ, fit nigrum. nã plurima talia sunt humida & infrugifera, ppter alimenti bonitatem. quapropter neq; albi pili mutãtur. id autem est ꝑspicuum. siquidem nigra ante canitiem ruffa efficiunt, alimento iã in ijs deficiente, & magis excocto: postremo vero alba.

Cæterũ * quidã existimant, nigra omnia fieri, propterea q̃ alimẽtum ipsorum cõburatur à calido, quẽadmodum & sanguinem, & aliorum vnũquodq;, errantes. nõnulla. n. animalium statim ab initio fiunt nigra, sicut canes, & capræ, & boues, atq; omnino quorunc̃q; pili & cutes initio alimentum habent: procedẽte vero ætate, minus atqui nõ decebat, sed oportebat, omniũ tales esse & pilos, & vigorem, quo tẽpore calidum quoq; ipsorum maxime pollet: & vniuersa magis circa initia canescere. multo. n infirmius omnium calidum est à principio, q̃; quo tẽpore pili ipsorum albescere incipiunt. *Manifestum autẽ hoc est & in albis. nã quædam statim colorẽ habent albissimum, quęcunq; horũ plurimum habẽt ab initio alimentũ, neq; ante tẽpus humidum in eo exarescit. progrediente aũt ætate, flaua, alimẽto pauciore ijs poslica affluente. Nõnulla in principio fiunt flaua, verũ in vigore albissima: sicut & auium colores rursus mutantur, alimẽto in ijs deficiente. Declarat id. omnia enim hæc fiunt flaua, & circa collũ, & omnino, quæcũq; indigẽt alimento, quod in eis deficit. Patet aũt. nam quẽadmodũ & ruffum in album mutat̃, & nigrum rursus in ruffum: ita & album in flauũ. Contingit aũt hoc & in plantis. nõnullæ. n. ex posteriore cõcoctione recurrunt denuo ad priorẽ. maxime aũt id in malo punica est ꝑspicuum. nã ab initio acini fiunt puniceí, & folia, ppter paucitatẽ alimẽti excocti: postea aũt rursum mutãtur in herbaceum colorẽ, multo alimento affluẽte. & concoctione non potente similiter obtinere: tandem aũt concocto iã alimẽto, rursus fit color puniceus. Vt aũt in vniuersum dicam, & de alijs pilis & pẽnis, omnia capiũt mutationes: alia, vt dictũ est, deficiente in eis alimento: alia cõtra, abundãte. quocirca alij alijs ætatis temporibus, & albissimi, & nigerrimi fiunt pili, q̃nquidem coruorum quoq; pẽnę postremo in flauum mutant̃ colorem, deficiente in eis alimẽto. Verũ pilorũ nullus, neq; puniceum neq; halurgũ, neq; porraceũ, neq; aliũ vllum eiusmodi fit habens colorẽ, propterea q̃ oẽs ij colores gignant̃, Solis radijs cũ ijs ꝑmixtis. Præterea ex pilis humidis, dũ accidit mutatio carnis, nulla ipsi sumunt mixtionem. Perspicuum aũt id est. etenim ex pẽnis ab initio nulla generat̃ talis, qualis est pilus. Sed & ex auibus variæ, oẽs, vt ita dicã, nigræ sunt, velut pauo, colũba, & hirundo. posterius aũt sumunt oẽs eiusmodi varietates, cõcoctione ipsarum iã extra corpus facta tum in pẽnis, tũ in caulibus. quare accidit, sicut & in plãntis, ẽt horũ cõcoctionẽ extra corpus fieri. Quãobrẽ & reliqua aialia, tã aquatilia, q̃ reptilia, & cõchylia omnigenas habẽt colorũ formas, multa ẽt his facta cõcoctione. Speculationẽ igit̃ circa colores, q̃spiã potissimũ ex dictis pollit ꝑspicere.

Libelli de Coloribus, finis.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS

DE SPIRITV.

Quæstio de Spiritus natiui duratione, ac auctione. Cap. I.

Liber hic p cul dubio nõ est Stagiritæ.

VÆnam ſpiritus natiui duratio eſt, & quæ ipſius auctio: nam liquido exprimur quòd tũ pro ætatis mutatione, tum pro conſtitutione corporis, & auctior fieri conſueuit, & fortior. An vt & partes cæteræ, foris accidẽte quopiam: ſic alimentum ijs appoſitum quæ animam habent, conſeruat ipſa, & maiora reddit. Conſyderandũ itaque hic eſt, quale id ſit, & vnde accedat. Et ſunt modi duo, in quos referri queat. aut.n. reſpiratione iſtud ſit, aut concoctione cibi aſſumpti, vt in partibus quoque cæteris. Et ex his minime alienus videtur modus ille, quem cibi eſſe perhibent. Vt enim corporum cæterorum alitionem, auctionẽq; omnino è materia corporea fieri videmus, ita ſpiritus quoque auctio, & alitio in corpus referetur aptiſſime. nam & ipſe corpus eſt. Quis autem modus hic fuerit? An palàm eſt, attractione quapiam è venis facta & concoctione iſtud fieri, quando ſanguis extremum atque idem vniuerſis eſt alimentum. Vt igitur ad vaſorum, & eorum quæ continetur, atque omnino ad calidi alitionem quippiã attrahitur, quod aer diſtribuit efficaciam præbens, ſibiq; ipſe concoquendi vim apponens auget, nutritq;: ſic hunc ipſum ſpiritum incrementum durationẽq; accipere fortaſſis haud fuerit abſurdum. At quod primum eſt aliorum, & tam animæ cognatũ, & fortaſſis generatione, per quam ſemina in partes fingendas ſecernuntur, & in cuiuſque naturam abeunt, ea ipſa prius eſt, id ex alimento ortum habere, abſurdum videri queat. tale enim ſyncerius eſſe, quàm vt ita naſcatur, par fuerit. Deinde ſi omnis alimenti excrementum ſit aliquod, cuiuſmodi ab his, aut quo pacto excretio fiat? Nam expiratione fieri, rationi conſentaneum non eſt. nam ſtatim aerem recipit. reliquũ igitur eſt, vt per arteriæ meatus. Sed tũ quod excernitur, aut tenuius erit aut craſſius. & vtrũuis abſurdum eſt. Siquidẽ enim hic omnium ſyncerriſſimus ſit, quomodo excrementum erit tenuius? Et ſi ſit craſſius, tũ fuerint meatus omnino maiores aliqui, niſi per eoſdem attractio fiat, & excrementi expulſio. Spiritus itaq; ipſius auctio & duratio ex alimẽto facta, hiſce fere modis eſſe queat. Quod autem reſpiratione incrementum, & durationem ſpiritus accipiat, vt & Ariſtoteles eſt arbitratus, ex aere in pulmone concocto, & per vaſa diſtributo, excrementis autem foras expulſis, id plures dubitationes habet. Primum enim concoctio hęc à quo fiat: Ac par eſt, ab eo ipſo, vt & cæterorum. Idipſum vero abſurdum quoq; eſt, niſi ab exteriore differat aere. quo modo calor cõcoquet. Sed & ſpiſſiorem eundem eſſe rationi eſt conſentaneum, vaſorum ſcilicet & mollis totius humiditate coniuncta. proinde in corpulentum quippiam abibit. At ſi tenuius fiat excrementum, rurſus præter fidem eſt: Deinde concoctionis quoq; celeritas præter rationem eſt. nam inſpirationem illico ſequitur expiratio. quid igitur tam velociter mutare & alterare queat? Et putarit quiſpiam maxime calidum eſſe, aſtipulante ipſo etiam ſenſu. nam qui expiratur aer, calidus eſt. Præterea ſi in pulmone & arteria ſit, quod concoquitur, tum calidi quoque vis in ijſdem erit: id quod non aiũt illi, ſed ſpiritu moto agitatoq; excalfieri aiunt. Quòd ſi aliunde attrahatur, aut mouente quopiam impellentéue excipitur, admiratione tum maiore, inquiſitionéue id dignum eſt. ſimul autem non id erit, quod primũ mouecat. Poſtremo inſpiratio vltra pulmonem non pergit, vt ipſi quoque affirmãt. at ſpiritus innatus per vniuerſum eſt animalis corpus. Quòd ſi è pulmone tum ad infernas, tum ad partes cæteras diſtribuatur, quonam modo tam velox eſſe queat concoctio? id enim admirandum omnino minimeq; vulgare eſt. neque enim ad infimas partes ſubito demittet cõcoctum aerem. At qui neceſſario id ſecuturum videtur, ſi & concoctio in pulmone fiat, et quę infima ſunt reſpiratione participent. Et tanto obſcurius id eſſe, magisq; præter opinionem videbitur, quòd tranſitu & velut contactu quodam ſola concoctio ſic fiet. Sed & hoc præter rationem eſſe, & magis adhuc quàm ſuperiora videtur, vt alimẽti excrementiq; eadẽ ratio ſit. Sin per aliud quodpiam eorum quæ in animali habentur, tunc rationes ſuperiores redibũt. niſi quis reſpondeat, vt neq; plantis, ita non cuiuſuis alimenti aut partis excrementũ eſſe. Quòd ſi hoc quoque tollas, & omnino eadẽ ratio partium ſit, ſupereſt vt conſtituatur vaſorum eãdem eſſe auctionem, quæ cæterarum eſt partiũ. diſtentis autem his, & maius interuallum capientibus, maior quoq; aeris copia ifluat, & effluat, quo modo tandem auctior fiat innatus ſpiritus. Ex hiſce itaq; modis omnibus quis vero propior ſit, & neceſſitatem demonſtratiuam

* Ariſtogenes

habeat

habeat maiorem, inquirendum proponitur. Nam hoc peracto & demõſtrato, quis ſit innatus ſpiritus, & quo pacto is in animalibus ſpirantibus auctior fiat, manifeſtũ euadet. At in nõ ſpirãtibus quæ alitio, & quæ auctio huiuſce fuerit? neq; enim in his quoq; foris eſſe, recte affirmabitur. Quòd ſi intus ſit, tũ è cõmuni alimento in his quoque eſſe, conſentaneum rationi eſt: quando ex ijſdẽ ſimilia fiãt, & eodem modo, niſi fortaſſis ẽt in illis acceſſionem alimẽti huiuſce foris eſſe, quo modo odores ſentiat, affirmare quis volet. Sed non reſpiratio hic modus eſt. quãuis dubitare quiſpiam in hoc quoq; poſſit, an prorſus non ſpirẽt, tum ex hoc ipſo ſignum ducẽs, tum quia dum cibum attrahãt, aerem quoq; vna hauriãt, neceſſe ſit. Deinde quia & ipſa refrigeratione indigeãt, quę nõ aliter q̃ aeris attractione fieri poſſit. Quòd ſi per diaphragmatis loca refrigerentur, per eã ipſam quoq; partem aer ingrediat: vnde reſpirationi ſimile quidpiam accidat. Quãquam hic non definiatur, quæ nã hęc attractio ſit, & à quo fiat. aut ſi attractio nõ ſit, quo pacto fiat ingreſſus. Hęc.n. adhuc latebãt. niſi forte nullo nec attrahente, nec impellente, ſed ſponte aer introeat. Hoc itaq; per ſeſe peculiarem exigit cõtemplationem. Eorũ inſuper quæ in aquis degũt, quę nam eſt alitio, & auctio innati ſpiritus? Nam præterquã quòd hęc non ſpirant, ne omnino quidem ſub aquis aerem cõtineri, neq; è puro latice ſpiritũ gigni poſſe affirmamus. reliquum igitur eſt, vt ex alimẽto ſit. Proinde aut non in omnibus idẽ modus generationis huiuſce erit, aut ẽt illa ex alimento ſpiritus generationem ſortiẽtur. nã ex tribus his, vnus omnino neceſſarius eſt modus. Et de ſpiritus quidem tũ auctione, tum alitione hæc dicta ſint.

Difficultas de Reſpiratione. Cap. II.

DE reſpiratione vero alij non dicunt, cuius gratia fiat, ſed id ſolum, quo pacto fiat, dicunt, vt Empedocles, & Democritus. Alij ne id quidẽ, nec modum eius aſſignant, ſed tanquã manifeſtus ſit, eo vtuntur. Atqui ſi refrigerationis gratia fiat, idipſum exponẽdum eſt. Calidum itaq; ſi in ſupremis tantum ſit partibus, tũ inferiora refrigeratione nulla indigent. ſed nõ eſt in ſupremis tantum. nam ſpiritus per vniuerſum corpus eſt, & initium reſpirationis à pulmone eſt. quo pacto itaq; qui in extremis eſt, calor refrigerabit? Et dicet quiſpiã refrigerationẽ reſpiratione factã in oẽs partes diſtribui per continuitatem. ſic proximas pulmoni partes ab aere attracto frigefieri, deinde vicinas frigefacere, & ita deinceps vſq; ad extrema. Sed oſtendendũ id eſt fieri non poſſe. Quis itaq; modus extremorum erit? abſurdũ eſt enim omnino ſtatuere ea agitatione quapiã, & velut alimẽto non indigere. Quòd ſi dicas, perſpirationem totius eſſe aliquã, quæ ſcilicet agitationẽ ſpiritibus præbeat totius: tũ quis erit finis reſpirationis? non enim refrigeratio erit, ſi eã perſpiratio efficiat. Et in vniuerſum, ambiguũ negociũ hoc totum eſt. Siue.n. refrigerationem extremorum in reſpirationẽ referas, tum ad ea vſq; diſtributionis, ipſius celeritas quo ſenſum effugiet: ſiue perſpirationẽ conſtituas, quæ calorem in ambitu totius exiſtentem foueat, tum præterquam quòd reſpirationis hic finis eſſe amplius non poſſit, ſiquidẽ perſpiratione illum cõſequi liceat, mirabilis quoq; erit profecto omniũ inter ſe partium fluxio & refluxio perſpiratione facta. Niſi dicas eundẽ in vtroque finẽ recte cenſeri. & qui in ambitu totius calor ſit, non ita plenus & auctus pſpiratione ſufficienter foueri poſſit. qui vero in corde et vicinis illi partibus ſit, vehementiſſimus. maiore refrigeratione opus habere, vt in primis ob hunc ipſum inſtituta fuiſſe reſpiratio videri queat. & pinde maiorem quoq; vim aeris eo attrahi oportere, ob quã inſtrumẽta capaciora, & actio quædã magis conſpicua à natura fuerint cõſtructa. permulta.n. eiuſmodi in cæteris quoq; actionibus facultatibusq; contingunt. Adhuc tñ abſurdũ eſt, ſi ad os quoq; diſtributio fiat, id quod ex arterijs eſt manifeſtum. Ob hęc itaq;, vt dictũ fuit, de reſpiratione perquã diligens cõſyderatio eſt habenda, cuiuſnã gratia fiat, & quibus partibus cõmunis ſit, & quo modo ſit. Præterea nec alimentum oĩbus per arterias adfertur, veluti tũ vaſis ipſis, tum alijs partibus quibuſdã. viuunt autem plantæ quoq;, & aluntur. Sed hæc ad ea pertinent, quæ de interitu rerũ traduntur.

Dubitationes de Reſpiratione, Pulſu, & Alimento. Cap. III.

CVm aũt motiones in arteria contẽti ſpiritus tres ſint, reſpiratio, pulſus, et tertia alimẽti aduectio elaboratioq;, de quaq; harũ dicendum eſt, & vbi, & quo pacto ſit, & cuius gratia fiat. Pulſus itaq; motio qua parte ſit, ſenſui quoq; eſt manifeſtum, quãuis ſcilicet animalis partẽ tangẽtibus. Sed reſpirationis motus in qua ſit parte, aliquouſq; manifeſtũ quidem ſenſu quoq; eſt: potior tñ illius cognitio ratione habeẽ. At alimenti motus vniuerſus ferè rationi eſt inquirendus. quę tñ ab accidẽtibus de eo fit inquiſitio, ipſa quoq; à ſenſu initiũ habet. Quòd igitur reſpiratio intus

habeat

habeat initium, manifestum sanè est, siue ea facultas animę sit, siue anima ipsa sit dicęda, siue alia quæpiam corporum miscela, quæ per ea talem attractionem efficiat. At facultas, qua animal alitur, tota sibi ipsi respondet, & similis est, tanquam eadem per vniuersum sit corpus. Et si forte non sit, at corpus tamen vniuersum æquabiliter iuxta tempus se habet in tali motu. Quòd si non statim sit obuiũ, num aliqua sit differẽtia, inspectione partium omnium est cognoscendum. Pulsus autem peculiaris quispiã præter hos, motus est, & quadantenus accidẽtarius esse, nec finem habere videtur, ob quem fuerit institutus. Et vt calore vehemente in humidum agẽte, necesse est quæ in flatum resoluũtur, partes ob versationem bullas excitare, ita pulsum quoque fieri in animalis corpore par est. statimq; per initia primum consistit pulsus: nam ijs quæ prima sunt, coæuus calor est. et fortasse actionem caloris in materiẽ quæ generationi animalis substernitur, idipsum cõsequi est necesse. Quòd autem respirationi pulsus non respondeat, signum hoc est. Siue enim frequẽs siue æqualis, & siue magna sit siue leuis respiratio, pulsus similis idemq; semp manet, sed inæqualis fit & intenditur, tum pro corporis affectionibus varijs, tum animæ, velut timore, spe, agonia. Sed an in arterijs pulsus eundem tenorem seruet aut æqualitatem, considerandum est. Et videtur non seruare ad partes longe inter se distitas animum aduertentibus. Cæterum quod dictum est nõ finis cuiuspiam gratia fieri, sed actionis necessitatem sequi, caloris ipsius scilicet in humidũ, id omnino ita habere videt. At inspirationis & expirationis motus siue eundem finem habet vterq;, & diuersus alter ab altero sit, siue aliũ, neque sibi mutuo respondeant, ob finem tamen omnino aliquem fieri rationabiliter videntur. Porrò de his tribus motibus ambigi recte potest, an sint coæui: & si nõ sint, quis horum primus sit: & an sit irrationabile, pulsum respiratione priorem statui. nam alitio priusquam totum animal sit perfectum, est, & postquam perfectũ est animal. Attractio enim menstrui humoris ad formationem fœtus, & partium deliniatarum auctio nutricis facultatis opus est: quemadmodum designatio partiũ ex semine formatricis. Iuxta quem ordinem respirationis motus postremus fuerit. Nam tum primum respirat, vbi in lucem editus fuerit partus. eaq; propter postremus hic motus est. nam alimenti attractio elaboratioq; non solum post, sed & priusquam integris sui partibus animal sit absolutum, in vtero peragitur. respirationem itaque hic motus præcedit. At pulsus per initia statim in constitutione cordis emergit, id quod in sectione viuorũ, & pulli formatione ex ouo deprehendere liceat. Sed &, vt supra quoque dictũ est, in prima partium deliniatione, quæ per actionem calidi in humidum fit, feruorem hunc & pulsus agitationem cieri par fuerit. quare primus hic erit motus. qua ratione quoq; actioni cuipiam similis esse videtur potius, quàm aeris attractioni, nisi & hic ad actionem faciat aliquid.

Dubitationes circa quamplurimas corporis partes, ac earum determinationes: multaq; de ipsarum functionibus. Cap. IIII.

HAbetur autem & de sensu difficultas. Nam si arteria sentit solum, num spiritu qui per eã fertur, an mole ipsa, an toto corpore: aut siquidem aer primus animę subest, eo ipso tãquam potiore causa ac priore: quid igitur in animæ potentiam huiusce motionis causam referunt? quemadmodum illi quoq; faciunt, qui partem rationalem animalemq; inter causas referunt: & pro illorum sentẽtia reprehendendi non fuerint, cùm & ipsi causam rogati, potentiam animæ assignent. At in non spirantibus num imixtus externo est? An non est, sed mixtus quidem, at alio quodam modo est. Quæ itaq; differentia eius fuerit qui arteria cõtinetur, ad eum qui foris est? Nam vt inter hos differentia statuatur, prorsus ratio postulat. & fortassis tenuitate necessario differat. At rursus, aut à seipso, aut ab alio quopiam calidus est. de hoc enim ita sentiendum videtur, vt de eo qui foris est. Nam de his quæ in corpore fiunt, ita videtur ratiocinandum esse, vt de hisce quæ foris eueniũt. Et à refrigeratione auxilium omnino quoddam accipit ipsa, qui intus est aer. Nũ igitur sic res habet, vt qui foris tenuiore substantia est aer, vbi intro haustus fuerit & in angusta vasa intrusus, compingatur quodã modo ac densetur? aut mixtionem necessario accipit aliquam, dum per humores & cæterarũ animalis partium molẽ versatur? Sed tũ non fuerit tenuior, siquidem mixtionem sic accipiat. At ratio tamen dictabat, quòd primum animæ susceptiuum sit omnino cæteris substantia tenuius esse, nisi animam quoque ipsam talem esse, nec purum quidpiam, & mixtionis omnino expertem statuamus. Porrò autem arteriam solam spiritum suscipere, recipiendum est: neruum non suscipere. Differunt tĩ inter se, quatenus neruus tendi potest, arteria nõ potest, sed statim rumpitur, vt & vena,

Cutis

Cutis tribus hisce, vena, arteria, & neruo cõstat. vena quidem, nam dum pungitur, sanguinem emittit. è neruo autem, quia tendi potest. ex arteria quoq;, per spirationẽ enim habet. nam sola arteria spiritũ suscipit. Præterea venas habere meatus, in quibus tanq; officina quapiam ærariа calidum latitãs sanguinem calefaciat. neque enim natura calidum esse, sed illac veluti diffundi. eaq; propter arteriam concrescere, & humiditatem continere tum in sese, tum in tunicis cauum ipsum ambigentibus. quæ omnia è Sectione manifesto deprehendere liceat. Eodem modo ad intestina & ad ventrem venas, arterias q; committi, quas par sit alimentum attrahere, è venis in carnes mox distribuendum, non per obliquum, sed per venarum oscula, fistularum scilicet more. Nam è lateribus venæ magnæ & arteriæ, exiles venæ vtrinq; deriuantur, per obliquum scilicet, & venæ cuilibet arteria sua est adiũcta. Ad ossa quoq;, quà scilicet committuntur inter se, & ad magnum capitis os, venæ ac nerui finiũt. Hac parte cibum capiunt pisces et respirant: qui si non spirarent, tum ex aqua profectò exempti, morerentur ilico. Quòd autẽ venę & arterię inter se cõmittantur, sensu quoque ipso manifestum est. Id sanè nõ foret, nisi & humor spiritu, & spiritus humore opus haberet, quod & i neruo, & arteria, & vena vis caloris ingens sit. Cæterum qui in neruo habetur calor vehementissimus, naturę eius, q in venis est, plurimum habet. Non igitur calor spiritus regioni conuenit, tum alias ob causas, tum autem ob refrigerationem. at si actiones efficiat & veluti excitet, tum calido id fiat. Eorum præterea oium, quæ innatum quodãmodo calorem obtinuere, nullo sese obijciente, neq; refrigerante vllo, duratio est. Quòd enim oia refrigeratione opus habeant, ferè est manifestum. Quòd sanguis in vena calorem detineat, & veluti concludat, signum fuerit, quia dum effluit ille, hic quoque dissipatur, & mors sequitur, quòd hepar nullam habeat arteriam. De semine præterea quæstio haberi potest, num per arteriã feratur, & an compressione id quadam fiat, & dum emittit solum. Quo loco mutatio quoq;, per quam sanguis in solidarũ partiũ naturam abit, pulcherrimã de se inquisitioni occasionẽ præbet, & euidentiam. Item de neuor; nutritione, num ex ossibus sit. videtur. n. minimè dissimilis amboꝝ modus esse. Aut num id verum non sit, cũ non solũ ex ossibus suspensi, in totius animalis mole, sed & in corde visantur, qui nullis ossibus commissi sint nerui, neque in alio vllo cum cæteris coeunt, sed in carnẽ finiunt. An hoc nil impediat, quo minus ijs, qui ab ossibus pendent, indidem alimentũ accedat. an potius ab his ipsis ossa alantur. sed & hoc absurdum est, neq; sensum astipulatem habet. nam siccus natura & nullũ meatum humectum habens, per sectiones neruus. vitiatur. atqui haberet, si per eum alimentum, quod est humidũ, ad ossa vehẽretur. Quapropter diligens hic est instituenda inquisitio. Etsi oĩno in osse initium constituatur, vt ex hoc potius neruus, q; è neruo os ipsum, alimentum capiat, quomodo igitur ad ossa tandem alimentum aduehetur? aut meatus è vena arteriaue ad ipsum tendens quis erit? id. n. in plerisq; obscurum erit, tum ad spinam maxime quisnam deriuetur? Deinde quę ab ossibus ad latera cõmittuntur, quomodo è ventre deriuẽtur, & attractio quo pacto fiat? an plura habentur absq; cartilagine, velut spinа? sed non vt motum exerceant hæc sunt, magisq; cõtinuationis gratia. Sed & si è neruo os alatur, nerui alimentum nouisse oportet. Cæterum nos affirmamus è muco illis adhærente eosdem ali. Sed rursus vnde hic, & quo pacto sit exponendum erat. Carnem è vena atq; arteria aliud cõfirmat, quod dum pungitur sanguinem reddit. quamuis in cęteris animalibus, veluti volucribus, & serpentum ac piscium, & vniuerso ouiparorum genere non visatur: sed sanguine multo præditis peculiare habetur. nam & volucrum pectora incisa saniem emittunt, non sanguinem. Vnguem Empedocles per congelationẽ è neruo constitisse ait: an ne igitur eandem rationem ad carnem, cutim ipsam obtinere dicemus? Itidem difficultas habetur de testatis, quę q; molli testa cõtegantur animalibus, quo modo cibus ijs foris accedat: contrà enim, intus magis q; foris aduenire videtur. Insuper autẽ quale in illis sit, & qua parte ejiciatur ventris onus. Item reditus ad carnem q; sit præter rationem. admirabilis enim & omnino impossibilis esse videtur. sanè omnino alijs aliud alimentum est, neq; omnibus sanguis esse potest. verum ex hoc cætera sunt. De natura quoq; ossium considerатio est instituenda, an triplicis functionis causa sic extiterint, & alia ad motum, alia ad fulciendum, alia vt contegant, capiantq;. Et an quartũ quoque inter hęc genus sit, qd tanq; principiũ motus sit, velut poli. Ad motũ itaque instituta fuisse dico manus ossa. &

pedis,& tibiæ,& cubiti. & id bifariam, flectendi ſcilicet,& ambulandi. neq; enim ambulatio abſq; flexione heri poteſt. Sed & fulcimenta quoque in his ipſis ferè conſiſtunt. Contegunt autem & capiunt, veluti quæ in capite ſunt oſſa, cerebrum ipſum,& quęcūq; medullam in ſeſe habent. Laterum oſſa functionem habent, ut claudant. Initium autem cæterorum & velut immotum quiddam, ſpina eſt, à qua laterū quoq; oſſa originem ducunt, partes vtrinque claudentia. Et neceſſe erat omnino vt talis aliqua pars eſſet: nam quod mouetur, id è quieſcente eſt. Simul autem eſſe aliquid oportet, cuius gratia. in quo genere ſanè prima ſtatuerunt, nucam, & cerebrum. Præter ea vero aliud quoq; genus habetur, ad cōmittendas claudendasq; partes cęteras factum, veluti claues ſunt, ex hoc ipſo tale nomen ſortitæ. Cęterum ad vſum idoneum vnaquęq; harum partium aptiſſime ſic eſt comparata. Neq; enim flexio ſiue totius ſiue partium fiat, ſi talia non ſint, pes inquam, ſpina, cubitus. Nā flexus introrſum vſum habet perquàm neceſſarium, vt & pedis & aliarum partiū conſimilis motio: vniuerſæ enim alicuius gratia ſic inſtitutæ fuere, vt & oſſa quæ in eiſdē viſuntur. Sic quod in cubitu habetur focile, ad vertēdum quoquouerſus cubitum & manum facit: nam abſq; hoc ſupinam manū mouere aut pronam non licebat: & nec pedes leuari aut flecti potuiſſent abſq; binis focilibus, hūc motum efficientibus. Eodem modo autem cæteræ quoq; partes ſunt inſpiciēdę, velut colli motus, an ab vno oſſe ſit. Item quæ comprehendunt cætera ac vinciunt, velut patella eſt genu impoſita. Et quamobrē alijs quędam ex hiſce nō adſint. Quæ igitur motum perficiunt, vniuerſa neruos adhærentes habent. & fortaſſis quæcunq; multam actionē obeunt, velut quæ in cubitu habētur & crure, manibusq; ac pedibus. Cętera quę prętet neruos oſſibus adhęreſcere videntur, ligandi gratia adiecta ſunt, non motus. quod genus aliæ quoq; partes habent, quaſcunque vinciri oportebat. Neque enim in omnibus neceſſe id erat, aut parū admodum, quæcūq; ſcilicet non operoſas motiones faciunt, veluti ſpina eſt, quæ ſolūmodo flectiť. Talium itaq; inter ſe nexus ſanies eſt, & humor quidam mucoſus. Cętera neruis quoq; vinciuntur, vt quæ in articulis ſunt. De hiſce oībus nulla inquiſitionis ratio cōmodior inſtitui queat, q̄ quæ nunc eſt propoſita: quo ſanè loco quæ vere initia cuiuſq; functionis ſtatui queant, & cuius gratia vnumquodq; ipſorum ſit, perq̄ diligenter inſpicere cōuenit: velut vtrum rectius in oſſa referat motus, & num huius gratia hæc ſint: an in neruos, & q̄ hiſce proportione reſpondent partes aliæ quorundam aīalium, vtpote in quibus ſpiritus motiuus primis ineſt: qñ & venter mouet, & cor quoq;, quorum neutrū os habet, ſed è neruis texūtur ambo, & cordis ſubſtantia neruos habet. vſus itaq; horum nō quidem oībus neceſſarius erat futurus, quæ animalia vocarentur, ſed quę motū quoq; exercere poſſent. Eſt itaq; inter principia iſtud recipiendum, q̄ animalibus omnibus, quæ motū erant exercitura, ad hunc ipſum vſum aut neruus, aut quæ ijs proportione reſponderet, partē aliam natura adnexuit. Deinde ad motum cuiq; peculiarem ſua quoq; ruſus inſtrumenta affinxit: velut pedeſtribus futuris pedes: & recte incedentibus binos: at per terram oīno gradientibus plures, quibus ſcilicet materia terreſtris magis & frigidior contigit. Quædam pedibus omnino vt carerent, accidit: nam vi totius molis erant mouenda. Sic volucribus quoque alæ ſunt adiectæ, & forma naturæ ipſorū idonea. Sed & inter hęc ipſa quoq; differentia habeatur, prout magis aut minus ſunt volucres. Pedes vero his quoq; ſunt additi, tum alimenti gratia, tum vt recte ſtarent: excepta veſpertilione. nam huic ſoli his opus nō erat, cùm ex aere alimentum habeat, nec quiete indigeat. Atqui pedum vſus, nullus alius eſt. Ex aquatilibus animalibus ſola, quę teſtata ſunt pedes habēt, ob grauitatem ſcilicet eorum. nā alioquī per loca volui & impelli propria vi nequibant. hæc itaque cōia ſunt illis. ſed pro cuiuſque vſu idoneo ſingulis ſua priuatim inſtructa fuere. Ad quæ oia animaduertendum ſcilicet eſt, ita vt nihil ex hiſce prætereatur, quod hęc inquiſitio non tentet. Sic ea quoq; quæ obuia non ſunt, ſed inter cętera cauſas latēt, velut, quamobrem multipeda tardiſſima ſint, cùm tamen quadrupeda ſint celeriora bipedibus: an ne quòd toto corpore ſuper terra gradiantur? aut quia natura frigidiore cum ſint, difficilius moueri queant? aut ob aliam cauſam?

De actione Caloris contra Nonnullos. Cap. V.

QVi affirmant non calorē eſſe q̄ in corporibus aīalium agat, & q̄ vna ſola actio ignis ſit aut facultas, ſecādi videlicet, nō recte dicunt. Neque.n. in corporibus inanimatis oībus idem efficit, ſed alia denſat, alia rarefacit,

rarefacit, liquefacit alia, alia cogit. quare in animatis quoq; idem effici exiſtimandum eſt. Quæ itaq; caloris vis ſit in fabrica operū naturę, comparatione ad artem facta, inquiretur aptiſſime. Et in arte aliud efficit aurifabri ignis, quàm fabri ærarij, aut quàm loci ignis: vt nec ipſorum quidem ignes idem efficiunt, & cæterorum quoque inter ſe artificum. Proinde uerius fortaſſe affirmabitur, q̄ & artes hoc vtantur tanquam inſtrumento, mollientes, liquefacientesq;, et arefacientes, ac nonnullis quoq; modum ac proportionem addentes. & naturam quoq; idipſum facere, vnde rerum inter ſe multiplices differentiæ proficiſcantur. Ineptum itaq; & ridiculum prorſus fuerit, leui inſpectione eorū quæ foris apparent, iudicium de hiſce rebus ferre, priuſquam intrò penetraris, & in alto latentes cauſas attigeris. Siue igitur ſeparatio ſit, ſiue attenuatio, ſiue aliud quodcunq; ſint calefactio & ignitio, differentiam certe ſortientur opera, pro modo tali calore vtentium. Differētia tamen artis ad naturam eſt. nam illa, tanquā inſtrumento, calore vtitur: hęc, & vt inſtrumento, & vt materia. Qui.n. ab arte ad opus adhibetur ignis, ipſius operis pars non eſt. at qui in natura habetur calor, diffuſus per ipſum opus eſt, atq; vnà cū cæteris ſubſtantiam eius explet. & nulla in hoc difficultas eſt: ſed magis in illo eſt, quo pacto natura hoc inſtrumentum ita regat, et affectiones quibuſq; rebus ſuas, ac modum omnino reliquum inurat, vt planè cognoſcere ſcilicet, & ratione quadam vti videatur. Neque enim abſque ratiocinio et cognitione hæc peragi poſſe videntur. neq; quo pacto naturæ vis cognoſcendi tribui queat, ſatis apparet. Atqui in ignem ſolum & naturam ſpirituum hoc artificium referri nō poteſt: at vim quampiam talem hiſce admixtam eſſe, omnem admirationem vincit. Eadem de anima quoq; admiratio ſubit, nam in ijſdem conſiſtit. non igitur ineptè aut in idē referetur ſimpliciter, aut in partem quāpiam eandem vis formatrix. Et cur motus perpetuò ſimilis actio ſit: nam & natura à qua fit, eadem eſt: & generatio itidem. At quæ differentia fuerit caloris cuiuſq;, ſiue vt organū is habetur, ſiue vt materia, ſiue amborum vicem præſtat. nam ignis differentię, iuxta id quod magis ac minus eſt, ſumuntur. Hæc autem ferè in eo vt mixtus ſit aut immixtus, conſiſtit. nam hic purior erit, & proinde intenſior gradus: ille admixtione cōtrarij remiſſior. Eadem ratio in alijs quoque ſimplicibus habetur. Siquidem enim alia ſint, os, & caro, quæ equi eſt & quæ bouis, aut ob id alia eſſe, quia è diuerſis conſtituta ſint, aut vſu ipſo differre eſt neceſſe. Si itaque ſint diuerſæ inter partes ſimplices, quænam cuiuſq; earum erunt differentiæ? Sin eædem ſint cum ijs, quæ in alijs habentur. neceſſe eſt enim alterum è duobus hic eſſe, vt in cæteris quoque rebus. Nam vini & mellis temperamentum per ſubiecta differre dicimus. vini autem ipſius ſi differentia, per rationem. Quare Empedocles ſimpliciter huiuſce diuerſitatis cauſam oſſis naturam aſſignat. Siquidē enim vniuerſa eandem mixtionis rationem ſortirentur, non differre inter ſe oportebat, equi, leonis, atq; hominis partes. At nunc duritie molliciq; tum inter ſeſe, tum à cæteris differunt. Sed & quæ in eodem animali habentur partes, tum dēſitate, tum raritate, tum cęteris quoq; affectionibus pluſculum inter ſe differre videntur. Quapropter non eadem temperatio omnium eſt: nam craſſities & tenuitas, magnitudo & exiguitas in quanto: durum autem & denſum, & quæ hiſce contraria ſunt, in quali mixtionis cōſiſtunt. Cæterum qui ita ſentiunt, exponant oportet, quo pacto vis, quæ artificio præeſt, alia ſit. etenim hanc auctiorem eſſe, aut omnino minorem ſic cueniet, & per ſeipſam, & per mixtionē: aut certè ab alio intendi, quemadmodum quæ elixantur aſſantúrue, id quod vero fortaſſe propius eſt. ſimul enim miſcet ac fingit natura. Porrò eadem quoque de carne ratio eſt. nam & eædem proportionem differentię ſunt. Ita de vena & arteria ac cęteris. Itaq; propter alterum è duobus neceſſarium ſit, aut vt ratio horum iuxta mixtionem non ſit eadem, aut non è duritie & denſitate abhiſce contrarijs paſſionibus rationes ducendas eſſe.

Libri de Spiritu finis.

ARISTOTELIS DE XENOPHANE, ZENONE, ET GORGIA:

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

De Xenophane.

Aeternum esse inqt, quicquid est: siquidem fieri non potest, vt ex nihilo quippiã existat. Siue enim omnia facta sint, siue nõ omnia, vtroq; modo efficietur, vt ex nihilo fieri ipsa concedẽdum sit. Nam si omnia fiant, nihil præexistere: si æterno alicui alia accedant, amplius & maius vnum ipsum effectum iri asserit. Quod autem amplius & maius fit, id ex nihilo etiã proculdubio existere: quippe cũ neq; in pauciore amplius, neque in minore esse maius possit. Quod vero est æternũ, infinitum esse, cùm neq; principium, vnde exciterit, habeat, neq; finem, in quem fieri aliquando desierit. at infinitum esse vnum, si enim sint duo, aut plura, fines ea eẽ inter se, ac sese mutuo terminare, sed vnũ simile sibi vndequaq; eẽ: eo q; si dissimilia plura essent, non iam esset vnum, sed multa. Vnũ autem ipsum, cum æternum sit, & immẽsum, & sibi vndequaq; simile, immobile etiam esse. non enim moueri posse, nisi excesserit. Quod autem excedit, necesse esse, vt vel in plenũ, vel in vacuum excedat. Quorũ alterum, hoc est plenum, admittere nullo modo possit: alterum, quod est vacuum, nihil sit. Sed si res ita se habeat, doloris quoq;, & ægritudinis, & morbi expers esse, atq; eiusmodi, vt neq; situ trãsponi, neq; forma diuersificari, neq; alteri possit cõmisceri. Eo q; ex omnibus his, vt & vnũ multa fiat, & qd non est, procreet, & quod est, intereat, necessario efficiatur, quæ sanè fieri nullo pacto queãt. Nam si cõmixtũ fuisse vnũ ex pluribus dicatur, sintq; multæ res, quæ in se mutuo moueantur: vt mixtio vel tanq; in vno plurium compositio, vel recessione quasi mixtorũ superadditio sit, efficeretur, vt illo modo, eorum quæ à sese mutuo separarentur, mixta essent: hoc, si supadditio esset, in auersione, singula, quę sub se mutuo posita ex mixtis sunt, detractis primis manifestarentur. quorum neutrum euenit. hoc autẽ modo etiam multa essent, nec nobis tantũmodo esse videretur. Quocirca quia res eẽ ita nequit, neq; fieri potest, vt multa sint, ea quæ sunt, sed non recte esse ea videantur: quando quidẽ multa etiã alia sensu omni apparent: rationem, neq; eadem gigni, neq; id quod est, multa, sed æternũ, & infinitum, & sibi vndequaq; simile esse conuincere affirmat.

Nunquid igitur primum nõ omni sumpta opinione, neq; omni quod apparet, incipiẽdum est, sed semper eo quod maxime est firmũ ac stabile. Quare si omnia, quæ in opinionem veniunt, & apparent, non recte existimant, nihil fortasse conuenit, vt huic etiã opinioni & dogmati acqescamus, qd nihil ex nihilo fieri statuit: quippe cũ vna ẽt quędã ex non rectis hęc opinio sit, quam ex sentiendo quodam modo cum in multis essemus, existimauimus. Sin autem non omnia falsa sunt, quæ nobis apparẽt, sed aliqua etiã horum rectæ existimationes habentur, vel ex demonstratione, quæ maxime rectæ esse videantur, sumi debent, quas idẽtidem certiores esse necesse est, vel quæ ex illarum rationibus demonstrandæ sunt. Si enim sint duæ inter se contrariæ opiniones. Quemadmodum, si multa facta fuisse dicat quispiam, necesse esse, vt ex ijs quæ non sunt, ea extiterint: si vero id esse non potest, ea quæ sunt, multa minime esse: efficeretur enim vt ens quodcunq; est, infinitum esset: atq; iccirco, etiam vnum: ex vtrisq; his sanè ratio cõclusa si simili modo probabilis est, nihilo magis vnum esse, q̃ multa demonstrat. At si altera stabilior est ac certior, quæ ex ea collecta fuerint, magis fuisse demonstrata censendũ est: quæ quidem si in eum incidant, qui vtrasq; has opiniones habuerit, licet ea quæ sunt, ad huc moueantur, probabilior tamen hæc est, citiusq; hãc, q̃ illam opinionem omnes admittent. Quare etiã si eueniat, vt contrariæ sint enuntiationes, & impossibile esse, vt & factum sit quicpiam ex eo quod non est, & non multæ res sint, à se mutuo hæc conuincãtur, quid magis ita rem se habere assereret quispiam? Neq; enim vbi demonstrauit, rectam esse opinionem, à qua incipit, neq; magis certam, q̃ de qua demonstrat, sumendo disseruit. Magis siquidẽ sumitur, verisimile esse, vt ex eo quod nõ est, aliquid fiat, q̃ non multa sint ea quæ sunt. Nam de ipsis his admodum dicitur, & fieri ea quæ non sunt, & non

non multa facta fuisse ex ijs quæ non sunt, atq; hæc non è vulgo quilibet, sed exijs nõnulli asseruerunt, qui sapientes etiam habiti sunt. Iam vero Heliodus, (tẽti.
» Primũ añ oẽ aliud, igt, Chaos extitit, ĩde pa-
» Pectore cunctorum sedes firmissima tellus.
» Atq; amor, is cũctis spẽ imortalibus anteit.
Ex quibus alia, ait, genita fuisse, ipsa aũt hæc ex nihilo. Multi præterea alij, esse nihil, sed fieri omnia asserunt ex ijs, quæ nõ sunt, omnia quæ fiunt, existere affirmantes. Vt nonnullis videri, etiã ex ijs, quæ non sunt, gigni omnia quę fiunt, perspicuum iam sit. At vero fieri ne possint, nec ne ea quę dicit, omittendum videtur, sed illud consyderandum, vtrum ex ijs, quę sumit, id conficiat, an nihil vetet, quo minus alio modo sese habere res queat. Illud sanè est, quod primũ sumit, fieri ex eo quod non est, nihil posse. Nunqd igitur omnia esse ingenita necesse est? An nihil prohibet, quin alia ex alijs existant, atq; id in infinitum progrediat? An etiã reflexio in orbem fit, vt alterum ex altero procreet, dum semper ita aliqd est, & infinities ex sese mutuo singula gignunt? Nihil profecto obstat, quin omnia genita sint, etiã si nihil ex eo qd non est, fieri concedatur: nullumq; ex nominibus, quæ vnum consequuntur, prohibet, quin infinita etiam ea, quę sunt, apud ipsum appellemus. propterea q̃ ille quoq; infinito attribuit, vt omnia ens sit, & dicatur. Nihil itẽ vetat etiã, si infinita non sint, quo minus in orbẽ generatio eorum circũuoluatur. Adde q̃, si omnia gignũtur, & est nihil, vt nonnulli dicũt, quo pacto vnum æternum erit? Nam de vno quodam q̃ sit, quasi sit, & concedatur, ita disputat. Si. n. inquit, genitũ non est, sint æterna, quasi essentia rebꝰ ineſſe necesse sit. Præterea, etiã si q̃ maxime fieri nequeat, vt quod non est, factum sit, aut quod est, interierit, quid impedit tamen, quin alia genita sint, alia æterna, quemadmodum etiã
» Empedocles inquit. Nam cũ omnia etiã ille
» eadem concesserit, & quicquam esse impos-
» sibile ex non ente creari,
» Quodq; est disrũpi, & consumi interituꝝ,
» Semp enim stabit nixũ, quocunq; feratur:
Ex ijs tñ quæ sunt, quædam æterna esse inquit, ignem, aquam, terram, & aerẽ, reliqua ex his & genita esse, et gigni. Nulla. n. alia ijs
» quæ sunt, vt existimat, generatio est, mixtio
» sed tantum, & mixtorꝝ abstractio, cuius usus
hæc, natura à mortalibus appellatur. Gñationem aũt æternis non ineſſe, neq; ea gñari dicit, eo q̃ impossibile id prorsus sit. Vnde inqt, Qui fit enim vniuerso essentia, & vnde » protecta est? Sed, dum ignis & cætera miscentur, & componuntur, multa hæc generari, dum segregantur & abstrahuntur, corrumpi asserit. Veruntamen mixtione & segregatione multa esse, natura autem quatuor absq; causis, vel vnum: vel si etiam infinita statim extiterint hæc, ex quibus compositis gignuntur, segregatis corrumpunt cætera. Quemadmodum Anaxagoram quoq; affirmare nonnulli dicunt, ex ijs quæ semp essent, & infinitis generari ea quæ fierent. Quòd si ita esset, nequaquam æterna omnia essent concedenda, sed nonnulla etiam quæ & gignerẽtur, & genita ex ijs, quę sunt, fuissent, necnon in substantias qualdã alias corrumperent. Accedit, q̃ nihil vetat, quin vna quædam substantia & forma vniuersum sit. licut & Anaximander, & Anaximenes inquiunt, alter aquam esse vniuersum, Anaximenes aerẽ asserens, & quicunq; alij ita vniuersum esse vnum censuerunt. Id enim & figuris, & multitudinibus, & paucitatibus, & dum rarum & densum euadit, multa & infinita ea quę & sint, et gignantur, efficit. Cùm vero Democritus quoq; aquam, & aerem, et vnũquodq;, quod ex multis his est, fluxione differre asserat, quid prohibet etiam ita multa & oriri & interire, dum vnum ex ente in ens antedictis differentijs semper mutat, & nihilo tamen aut amplius, aut minus totum ipsum efficitur? Quid item vetat, quin interdum ex alijs corpora & gignantur, & è contrario corrumpãtur? Si autem etiam hæc q̃spiam cõcesserit, sitq; aliquid ingenitũ, quid magis id infinitum esse demonstratur? infinitum enim esse, inquit, si sit quidẽ aliquid, sed genitum tamẽ minime fuerit: quippe cũ & generationis principium, & finis, termini eius sint. At enim quid obstat, id quod ingenitum est, ex antedictis finem habere? Nam si genitum est q̃ppiam, id habere principium illud censet, unde ea quę gignuntur, existũt. Sed quid vetat quæso, quin etiã si genitum non fuerit quicq̃, principium, non ex quo genitum sit, sed alterũ habeat? sintq; ad sese mutuo terminantia ea, q̃ æterna sunt? Quid præterea impedit, quo minus totum ingenitum sit, & infinitum, ea vero quæ in ipso gignuntur, sint terminata, cùm & principium generationis, & finem habeant? Porro etiã, sicut Parmenides inqt, nihil phibet vniuersum esse vnũ & ingenitũ, & tñ eẽ terminatũ. Orbiculare, ut ait, globoseq; pstiterit undiq; molis, » A cuius medio spatia in quacunq; ferantur »

Partes æqua, vt nec maius, nec firmius vllũ. Cùm enim habeat medium & extrema, finem habet, quãuis ingenitum sit. nam etiam si vt ipse inquit, vnum sit, atque id corpus, alias tamen sui partes habet, quæ similes inter se sint. Simile enim ita dicit vniuersum esse non alteri alicui, quod terminatum esse arguit. Nam si infinitum est simile, & simile alteri est simile, duo igitur, vel plura entia sunt, non vnum, neque infinitum. Sed fortasse simile sibi esse simile dicit, ipsumq;, inquit, simile esse vniuersum, eo q; similibus partibus cõstet, cùm sit uel aqua uniuersum, vel terra, vel quippiam aliud huiusmodi. Constat enim hunc censere vnũ esse vnumquodq;, quod duplicibus partibus constet, & corpus sit, quod sanè infinitum minime est. Nam vniuersum ipsum est infinitum. Quare hæc licet ingenita sint, ad sese mutuo terminant. Ad hæc, si æternum & infinitum sit, quo pacto esse unum corpus potest: nam si sit dissimilium partium, erũt multa. & ipse quoque ita existimat. sin autem tota aqua, vel tota terra, vel quodlibet aliud vnum id sit, multas, pculdubio partes habebit: quemadmodum Zeno etiam ens eẽ conatur demonstrare id quod ita vnum est. erunt igitur etiam plures eius partes paucioribus, & minoribus, & diuersæ prorsus, si ita nullo neque accedente, neque recedente corpore, alterabile sit. At si neq; corpus sit, neq; latitudine neq; lõgitudine ulla præditum, quo modo esse infinitum potest? Quid obstat, quin multa, & numerabilia huiusmodi sint? Quid prohibet etiam, quin licet plura vno esse dicantur, infinita tamen magnitudine sint? Sicut Xenophanes quoq; ipse infinitam esse terræ profunditatem, & aeris asserit. Id quod etiã Empedocles declarat, cùm quosdam reprehendens, qui ea nullo modo esse posse dicebant, cũ tñ res ita esse videret,

» Quandoquidem, inquit, est infinito terra
ipsa profundo,
» Necnon amplaq; & immensa spatia æthe-
ris alti,
» Vaniloquo qui hominum multorum effun
ditur ore,
» Naturam vniuersi ipsius consp icientum.

Nihil absurdi insuper est, si cum vnum sit, non vsquequaque simile fuerit. Si enim sit aqua vniuersum, vel ignis, vel quodcunque aliud tale, nihil vetat, gn plura, quàm vnum ens esse dicamus. Quandoquidem vnumquodq; non prorsus simile sibi ipsi est, cùm partim rarum, partim densum sit, etiam si in raro vacuum non insit. Nihil tamen obstat, quin in raro seperatim aliquibus in partibus secretum vacuum insit. Quare si totum partim densum, partim rarum sit, & simili modo plenum vniuersum, rara pars minus plena erat, quàm quæ densa est. Quòd si etiam ingenitum sit, ac propterea esse quoq; infinitum concedatur, vt neq; aliud, atque aliud esse infinitum posit, neq; ita continuo vnũ erit appellandum. Quo pacto enim infinitum totum, vel vacuum nõ totum esse vnũ potest? At vero immobile etiam esse inquit, siquidem vacuum nõ est. omnia enim dum mutant locum, mouẽtur. Sed primum hoc non omnibus probatur, sed esse vacuum quoddam aiunt, quod tamen corpus non sit. Quemadmodum Hesiodus quoq; » in generatione, primum ante omne aliud » chaos iquit extitisse: quod quasi sedes quæ- » dã entibus substerneretur. Tale quid etiam vacuum quasi vas quoddam, ac receptaculum, quod medium intercedat, requirimus. Deinde etiam si vacuum nullum sit, neque ita quippiam fortasse non moueretur. Nam Anaxagoras quoq; cum hoc ante ipsum tractarit, & non solum satis sibi esset id pronuntiasse, vacuum non esse, moueri tamen ea quæ sunt, inquit, etiam si vacuum non sit. Simili modo etiam Empedocles moueri quidem semper, inquit, ea, quę simul tempus in omne mouentur assidue, nihil esse in vniuerso vacuum affirmans, vnde superueniẽs fuerit quicquam: sed cùm in vnam formam concreuerit, vnum vt iam sit, quicquam neque quod vacuum, neq; quod supereffluat, vllum eẽ inquit. Quid enim prohibet, quin in sese mutuo ferantur, & deuoluantur omnia, dum hoc in aliud, atq; aliud in aliud, atque ita deinceps semper transmutatur, quoad ad primum vltimũ redierit? Quin etiam forma rei, licet in eodem loco permaneat, mutationem vel alterationem, cum alij, tum ipse ille asserit: vt ex ijs etiam, quę ab ipso dicuntur, nihil obstet, quo minus res, dum ex albo nigrũ, vel ex amaro dulce fit, moueantur. Nam siue non esse vacuũ concedamus, siue plenum admittere nihil posse, id nulli impedimento est, quin alteratio efficiatur. Quamobrem neque omnia æterna, neque vnum, neque infinitum esse necesse est. Sed neq; infinita multa, neq; vnum simile, neq; immobile siue vnum sit, siue multa quædã. His autem ita constitutis, nihil ex ijs, quę ab illo dicta sunt, & transponi, & alterari res vetat, cũ etsi vnũ sit vniuersum, motio existat,

dum

dum & multitudine & paucitate differt, & alteratur, nulla re alia accedente. nam si modo quicquã id est, quod accedit, corpus nõ est: & si multa sint, dum ea inter se simul & commiscentur, & secernuntur. Mixtionem enim neq; superadditionem eiusmodi esse, neq; compositionem, qualem inquit, verisimile est: vt vel statim separata inter se sint, vel in auersione dum alia alijs superoccurrunt, à sese mutuo seorsum ferantur: sed ea quæ mixta sunt, ita esse composita, vt quælibet pars cum qualibet confusa ita sit, vt non composita, sed mixta esse videantur, neque deprehendi, qualesnam partes eorum sint, possit. Quia enim non est corpus aliquod, quod minimũ sit, vnaquęq; pars, simili modo ac totum, commixta est.

De Zenone.

Fieri non posse inquit, vt siquid est, id factum fuerit, hoc de Deo asserens: quippe cum necesse sit, vt quod factum fuerit, id vel ex similibus, vel ex dissimilibus extiterit. quorum fieri neutrum queat. Neq; enim simili magis conuenire, vt à simili procreetur, quàm similem procreet: eo quòd æqualibus vel similibus omnia eadem erga sese mutuo insint. neque dissimile ex dissimili posse existere. Nam siue ex imbecilliori robustius, aut ex minore maius, aut ex peiore melius, siue è contrario præstantiora ex deterioribus fierent, ex nõ ente quippiam efficeretur: id quod esse nullo pacto potest. Aeternum igitur hac de causa esse Deum affirmat. Si autem Deus est id, quod præstantissimum omnium est, vnum debere esse ipsum inquit. nam si duo, aut plures etiam essent, præstantissimum & optimum omnium ipsum esse nullo modo liceret: quippe cùm vnusquisq; ex multis Deus similis, atq; iccirco talis foret. Deum enim et Dei potentiam eiusmodi esse, vt præsideat & dominetur, non subijciatur, vt in eo quòd non est præstantior, Deus non sit. Si igitur plures cum sint, partim sint sese mutuo præstantiores, partim inferiores, Deos nullo modo fore. cùm Deus inferior esse, & subijci natura nõ possit. Si sint æquales, non fore ea natura Deum, vt præstantissimum omnium sit. propterea q; æquale neq; melius, neq; peius æquali sit, necesse est. Quapropter si est, & talis est Deus, vnum ipsum solum esse. neque enim aliter omnia posset, quæcunq; vellet: quippe cũ si essent plures, minime ipse esse solus posset. Cùm vero vnus sit, similẽ quoque ipsum sibi vndequaq; esse ait, quantum ad visum, & auditum, reliquosq; omnes sensus spectat. alioqui enim efficeretur, vt non præsideret, & dominarentur, sed sibi mutuo Dei partes subijcerentur. id quod fieri nullo pacto potest. Si autem vndequaq; sit similis, globosum quoq; esse. non enim partim esse, partim non esse, sed vndequaq; esse huiusmodi debere asserit. Cùm itaq; sit æternus, & vnus, & globosus, neq; infinitũ, neq; finitum esse ipsum censet. Eo q; infinitum non ens sit: quod neq; medium neq; principium, neq; finem, neq; aliam quãpiam partem habeat: cuiusmodi ifinitum esse inquit. ens autem tale esse, quale est non ens, proculdubio non posse. si plura sanè sint, ea sese mutuo terminare. Sed vnũ neq; non enti, neq; multis simile esse debere. vnum enim nihil habet, ad qd terminari queat. Id præterea, quod huiusmodi est vnum, quẽ Deum esse affirmat, neq; moueri, neq; imobile esse iquit. quippe cùm immobile illud sit, quod nõ est: nam neq; aliud in ipsum, neq; ipsum pertransire in aliud potest: moueantur autẽ ea, quę plura vno sunt: alterum enim in alterum moueatur, necesse est. Quòd si id quod non est, ne moueri quidem potest: cùm id quod non est, nusquam sit: quæ vero in sese mutuo trasmutantur, plura vno sunt: propterea sanè effici ait, vt duo, vel quæ plura vno sunt, moueãtur, quiescat autem nihil, quod immobile est: vnum vero neq; quiescat, neque moueatur: cùm neque ei quod non est, neq; multis simile sit. In omnibus autem ita sese habere Deũ inquit, vt æternus, & vnus, & similis, & globosus cum sit, neq; infinitũ esse, neq; finitum, neq; quiescere, neq; moueri ipsum asserat. Ac primũ quidem ẽt iste non secus ac Melissus, sumit, id qd' fit, ex eo quod est, gigni. At enim qd obstat gn neq; ex simili, neq; ex dissimili id quod fit, sed ex non ente existat? Adde q; nihilo magis efficietur, vt Deus sit ingenitus, quàm vt reliqua etiam omnia: quandoquidem omnia ex simili vel dissimili cõstiterunt: quod fieri non potest. Quare vel nihil erit præter Deũ, vel reliqua etiam omnia erunt æterna. Præterea præstantissimum esse Deum sumit, potentissimum, atq; optimum ita appellãs. Id autem ex lege minime videtur. sed in multis præstantiores sese mutuo esse Dij dicuntur. nõ igitur ex eo quod videtur, hanc de Deo consensionem sumpsit. Accedit q; Deũ esse præstantissimum non eo sensu dicitur, vt erga aliud quippiam huiusmodi sit Dei natura, sed quantum tantummodo ad suã ipsius

affectionem attinet. nam si ad alterum spectemus, quid prohiberet, Deum non sua ipsius æquitate & fortitudine, sed ex aliorum imbecillitate excellere? At Deũ ita esse præstantissimum intelligit nemo: sed quia ipse q̃ optime fieri potest, affectus est: nihilq̃ ei, quo minus bene & recte sese habeat, deest. quippe cùm ita sese habẽti simul illud etiam eueniat, necesse sit. Ita vero esse affectos, etiã si plures ipsi sint, nihil vetat: vt omnes q̃ optime fieri possit, affecti, & præstantissimi erga alios, non erga se sint. nam sunt proculdubio etiam alia. Cùm enim præstantissimum Deum esse dicat, id aliquorum esse necesse est. at vero vnum vndequaq̃ videre & audire nihil conuenit. neque enim si non etiam hac parte videt, minus videt, sed ea parte non videt. Sed fortasse cum inquit vndequaq̃ ipsum sentire, id sibi vult, vt ipsum optime ita affectum esse significet, si similis vndequaq̃ sit. At si sit talis, cur globosus potius, quàm aliqua alia forma esse præditus debet, quia vndequaq̃ audit, & vndequaq̃ dominatur? Quemadmodum enim cum cerussam vndequaq̃ esse albã dicimus, nihil aliud significare, quàm ĩ omnibus eius partibus albedinem esse insitam volumus: quid impedimento est, quo minus ita quoq̃ illic vndequaq̃ videre, & audire, & dominari dicatur, vt quãcunq̃ eius partem quispiam sumpserit, eam hoc modo esse affectã intelligamus? Sicut igitur neq̃ cerussam, ita neq̃ Deum hac de causa globosum esse necesse est. Porrò neq̃ infinitum, neq̃ finitum esse, corpus cùm sit, magnitudinemq̃ habeat, qui fieri potest? Præsertim cùm infinitum id sit, quod finis capax finem non habeat. finis autem & terminus in magnitudine, & multitudine, & in omni demum quantitate inest. Quocirca quod finem non habet, magnitudo cum sit, infinitum est. Adde, quòd cùm sit globosus, finem quoque habeat necesse est. extrema enim habet, siquidem habet medium, à quo plurimum abest. habet autem medium, cum globosum sit. à medio vera extrema ignis circũeunt. extremum enim corpus, an fines habere, nihil refert. Neq̃ præterea si non ens est infinitum, iccirco ens infinitum non erit. Quid enim obstat, quin nonnulla sint, quæ eadem tam de ente, quàm de non ente dici queant? Nemo siquidem est, qui non ens nunc sentiat. sed ens quoq̃ non sentire nunc quispiã potest. Quæ vtraq̃ & dici, & consyderari sanè possunt. Non album item non ens est: nunquid igitur propterea omnia quæ sunt, esse alba dicendum erit, ne quippiam idẽ de ente, & de non ente significemus? an nihil impediet, quin ex ijs etiam quę sunt, aliquid album non sit. omitto q̃ ita alteram quoque negationem admitteret infinitum, nisi id quod antea dictum est, magis ex eo quod habet, vel non habet, vnumquodq̃ esse est existimandum. Quare etiam ens vel infinitum erit, vel finem habebit. Fortasse etiam non enti infinitatem attribuere absurdum est: non enim vnumquodque quod finem non habet, infinitum dicimus. sicut neq̃ inequale, id quod non est. Accedit, q̃ Deus vnus cũ sit, finem, quantum ad alium Deum spectat, non habet. si vero vnum tantum est Deus, vnum etiam tãtum partes ipsius Dei erunt. Nam illud quoq̃ absurdum est, si ijs, quę multa sunt, accidit, ut ad sese mutuo sint finita, ac terminata, propterea sequi, vt vnũ finem nõ habeat. multa siquidem sunt, quæ & multis, & vni eadem insint: nam etiã esse ipsum cõmune vtriusq̃ est. Absurdum itaq̃ fortasse esset, si propterea nõ esse Deum asseremus, quia multa sunt, ne in hoc similis esse ipsis videretur. Ad hæc quid prohibet, Deum, etiam si vnus sit, finitum esse, et fines habere? quemadmodum etiam Parmenides vnum esse ipsum inquit:

Orbiculare globosæ perquam simile vndique moli,
A cuius medio spatia in quascunq̃ ferantur.
Partes æqua. Terminum. n. & finem alicuius quidem esse necesse est, non tñ ad aliquid. Non. n. necesse est, vt quod habet finẽ, ad aliquid aliud finem habeat. tanquam finitum ad id referatur, quod deinceps subsequitur ifinitũ. Sed finitũ esse, nihil aliud est, q̃ extrema habere. quod autem extrema habet, vt ad aliquid ea habeat, necesse non est. aliquibus enim non accidit, vt finita ad sese mutuo sint. Præterea quod inquit de eo, quod immobile est, & mouet, simili modo vt superiora, absurdũ fortasse est. neq̃ idem esse non moueri & immobile esse, existimare quispiam posset: sed non moueri esse negationem, quemadmodum etiã non æquale, quod de nõ ente etiam verum est. immobile vero de eo iam dici, quod quodam modo sese habet, non secus ac inæquale. sicut etiam quiescere, cui moueri contrarium est. nam negationes, quæ à primo existunt, de contrarijs etiam ferè dicuntur. Non moueri igitur de non ente etiam verũ est, quiescere aũt non enti non ineſt. Simili modo autem

neq̃

neq̃ immobile esse idem significat. At iste immobile esse pro qescere sumit. & id quod non est, quiescere inquit, quia transitionem nõ habet. Sed sicut superius etiam diximus, absurdum fortasse est, si, quia aliquid nõ enti attribuimus, id de ente non esse uerum dixerimus, præsertim si negatio fuerit, cuiusmodi est non moueri, & non transire. Multa enim, sicut etiam dictum est, de entibus simili modo dicuntur. alioqui verum non esset, si multa esse non vnum diceremus, eo q̃ non ens quoq̃ non vnum est. In quibusdam vero contraria videntur cõuenire, cùm ex negationibus minime loquimur. Necesse siquidem est, æquale vel inæquale esse, quicquid multitudine et magnitudine constat: par item, vel impar, si numerus sit, eodẽ modo moueri vel quiescere, si sit corpus. Præterea si etiam ea de causa non mouetur Deus, & vnum, quia ea quæ multa sunt, mouentur, dum in sese mutuo transeunt, quid vetat, quo minus Deus quoq̃ in aliud moueatur? Si autem ipse non mouetur, quid vetat, partes ipsius omnia ambientis Dei in sese mutuo moueri? quippe cùm vnum, quod Zeno inquit, multa natura esse videat. Corpus enim Deum esse statuit, siue vniuersum hoc, siue quodcunq̃ aliud ita appellet. Nam si esset incorporeus Deus, globosus esse qui posset? Ita quidem sanè, cùm nusquam esset, neque etiam moueretur, neque quiesceret. At cùm sit corpus, quin moueatur, sicut dictum est, nihil prohibet.

De Gorgia.

NOn esse quippiam inquit. & si sit, cognosci non posse. & si cognosci possit, esse tamen eiusmodi, vt nequeat manifestari. Præterea se nequaq̃ quæ ab alijs fuerint dicta, composuisse, qui de rebus disputantes contraria, vt uidentur inter se sibi ipsi pronuntiant: dum alij vnum & non multa, alij è contrario multa et non vnum, quidam ingenita, nõnulli genita esse omnia demonstrant. Ipse enim aduersus vtroq̃ ratiocinatur in hunc modum. Necesse, inquit, est, vt si quid sit neq̃ vnum, neq̃ multa, neq̃ ingenita, neq̃ genita, id nihil sit. Nam si quicquã horum non sit, altera his opposita proculdubio erunt; hoc est, neq̃ vnum, neque multa, neq̃ ingenita, neq̃ genita non erunt. Atq̃ hæc partim vt Melissus, partim vt Zeno aggreditur demonstrare, post primam propriam suam demonstrationem, in qua neq̃ esse, neq̃ non esse quippiam inquit. Si enim non esse est non esse, non ens nihilo minus erit, quàm ens: quippe cùm non ens sit non ens, et ens sit ens. Quare nihilo magis est res esse, quàm non esse. at si simili modo, inq̃, sicut non esse, est esse, oppositum non erit. Nã, si non esse est esse, esse vel non esse conuenit. Quare nequaquam ita, inquit, quippiam erit, nisi esse & nõ esse idem sit. est autem idem, atq̃ ita nihil quicquam est. Nam non ens non est, & ens etiam, quandoquidem ídem est quod non ens. atq̃ hæc quidem ipsa ratio illius est. Sed ex ijs, quæ dicit, nullo modo efficitur, vt nihil sit. Cùm enim inquit, si non ens est, non ens & ens est ens, simili modo & non ens, & ens est, perinde ac si, est, absolute ac simpliciter sumatur: id neq̃ apparet, neque necesse est. Sed sicut de duobus ente & non ente alterum esse, alterum non esse dicitur. quapropter non ens esse, verum non est. Quia igitur nõ est, non sequitur, vt neq̃ esse neq̃ non esse vtrunq̃, neq̃ alterum non sit. At nihil erit, inquit, si non esse & esse similiter sunt. quandoquidem erit aliquid etiam non esse. Sed nemo est, qui nõ esse, esse prorsus dicat. Nã, si non ens est non ens, non propterea efficitur, vt simili modo vt ens, non ens sit: quippe cùm illud sit nõ ens, ens autem sit. adde quòd, si etiam absolute ac simpliciter verum esset, cũ dicimus non ens esse, mirum quidem profecto id videretur: sed si tamen ita esset, vtrum ex eo magis eueniret, vt omnia essent, quàm non essent? Ita enim contrarium proculdubio efficeretur. Si enim & nõ ens est, & ens est, omnia sunt: cùm & ea quę sunt, & ea quę non sunt, simili modo sint. Nõ enim est necesse, si non ens est, vt etiam ens non sit. Verumtamen si ita etiam quispiam concesserit, vt & non ens sit, & ens nõ sit, nihilo minus omnia essent, eo quòd ea quæ non sunt, ex illius ratione proculdubio essent. Præterea, si idem etiam sit & esse et non esse, neque ita magis vt non sit, quàm vt sit, conficietur. Nam quemadmodum ille inquit, si nõ ens, & ens idem est, non ens autem nõ est, etiam ens nõ erit. quamobrem nihil erit: ita quoq̃ vice versa dicere omnia esse nos possumus. si enim non ens est, & ens est, omnia erunt. Post hanc rationem subiungit: si sit aliquid, est vel ingenitum, vel genitum esse. si vero sit ingenitum, infinitum id fore ex Melissi enuntiatis sumit. Infinitum autẽ nullo modo esse, cùm neq̃ in se sit, neq̃ in alio: duo enim ita, vel plura esset: ipsum vnum quod est, & illud in quo esset. nunquam autẽ cum

sit,

sit,neq; esse prorsus,ex Zenonis ratione de sede asserit. Hac de causa igitur ingenitum nō esse affirmat. quin etiam neq; genitum: eo quod nihil neque ex eo quod est, neque ex eo quod non est, gigni queat. Si enim ens, inquit, transmutetur, nequaquam ens amplius erit, sicut si non ens gigneretur, non ens amplius non esset. Sed neq; ex non ente genitum est. si enim non ens non est, genitum nihil ex nihilo esset. Sin autem est non ens, quia neque ex ente quicquam gignitur,iccirco neq; ex non ente.Quocirca si necesse est, vt si quicquā est, id vel igenitum sit,vel genitum: hæc autem fieri nequeunt:vt quicquam sit, fieri etiam nullo modo potest.Præterea, sic quicquam est,inquit,id vnum est,vel plura. si aūt neq; vnum,neq; plura,nihil est. † Si enim vnum esset,incorporeum id esset † sicut in Zenonis ratione dictū est.Si vero vnum sit,nihil esse.Quin neq; etiam multa.

† Si enim vel vnum esset, vel multa, neq; moueretur quidem quippiam, inquit. Si enim moueretur,vel non vnum amplius esset,vel non simili modo sese haberet: sed partim non esset: partim non ens genitum esset. si item mouetur, transfertur, si transfertur,non continuum ens diuisum est,neq; quicquā hac parte est. Quare si vndequaq; mouetur,vndequaq; etiam diuisum est. vndequaq; igitur etiam non est. Deficit enim ea parte,inquit,qua diuisum ab ente est: diuisum loco vacui appellans, quēadmodum in Leucippi rationibus,quæ vocantur, Scriptum est.Si igitur nihil hę demonstrationes conficiant,omnia esse.oportet enim vt quæ cogitantur,sint: & non ens, siquidem non est,ne cogitari quidē possit. Quòd si ita sit, nullum esse mendacium inquit, neque si in mari currus decertare quispiam dixerit, eo quòd ea omnia etiam sint. Nam quæ videmus quoque & audimus,singula propterea sunt,quia cogitantur. Si enim non propterea,cur sicut ea quæ videmus,sunt,ita magis ea quæ videmus esse dicendū est,quàm quæ cogitamus? quippe cùm,sicut illic multi eadem possent videre, ita hic multi cogitare eadem possemus.Ac quæ quidem cogitantur,talia sunt.Sed quænam sint vera, incertum est.Efficitur ergo,vt etiam si quippiam sit,cognosci à nobis res minime queant.Si vero,iquit,cognosci etiam possunt,quo pacto manifestare eas quisquam alteri poterit? Quod enim vidit quispiam, id quo modo oratione alteri explicabit? vel quo modo id alteri audienti,et non videnti poterit manifestari? Nam sicut visus sonos non percipit: ita neq; auditus audire colores potest:sed sonos tantummodo. Et dicit quidem ille qui loquitur, sed non colorem, neq; rem dicit. Quo modo igitur rem quispiam ab altero vel verbis,vel signo aliquo alio sibi exponi petit,quam ille considerauit? Qui enim colorem intuitus non est,sed orationem audiuit,ignorat colorem,& orationem percipit, qui vero è contrario colorem inspexit oratione auditu minime percepta, non colorē, sed orationem ignorat.Quare cogitari neq; color,sed videri, neq; sonus, sed audiri tantummodo potest. Sed si etiam cogitari potest:& cognoscit quidem, ac recognoscit ille qui dicit: qui audit tamen quo pacto idem cogitabit? non enim fieri potest, vt idem in pluribus, & seorsum collocatis sit. vnum enim duo esset. Verum si etiam idem,iquit, in pluribus sit,nihil obstat,quin id non simile diuersis appareat,qui non prorsus similes iter se sunt. Quin etiam in eodem quamuis vnum,& non duo sint, idem non prorsus simile ineſt.quippe cùm neq; idem ipse sibi similia in eodem etiam tempore sentire videatur:sed alia auditu, visu alia, & antea & nunc diuerso modo percipiat. vt difficulter admodum omnia eadem quæ alter sentire quispiam queat.Ita fit, vt etiam si cognosci res possit,eam alteri explicare quisquā non possit: propterea quòd, & res ipsæ explicabiles verbis non sunt,& idem prorsus quod alter,cogitare potest nemo.Sed omnes quidem etiam hæ veterum aliorum dubitationes sunt.Quocirca hæc quoq; perpendenda,atque excutienda in disputatione de illis videntur.

De Xenophane,& Zenone,& Gorgia finis.

ARISTOTELIS

LIBER DE LINEIS INSECABILIBVS,

APVD LATINOS NONDVM VISVS:

NEC NON

GEORGII PACHYMERII EA DE RE compendiū, hactenus falso Aristoteli ascriptum: nunc uero fidelissime è græco in latinum sermonem conuersum:

Iulio Martiano Rota interprete.

Aristotelis textus.

Vnquid vllę reperiuntur lineæ, quæ secari nequeunt? et vt ī vniuersum res ista pertractetur,est ne in omni quantitate, sicut nonnulli statuunt, aliquid carens partibus? An confitendū est lineas aliquas insecabiles esse:nam,si vt paucum,sic & paruum est aliquid in rerum natura:quod autem infinitas ferè sectiones sustinet,neq; paucum,neq; paruum est,sed potius,& multum,& magnum,quæ pauco, & paruo sunt opposita: statim manifestū euadit,paucum,& paruum finitas habere diuisiones.Quòd si finitas diuisiones habēt,necesse est magnitudinē insecabilem aliquam extare.Quare oī quantitati insecabile quiddam inerit,modo reperiat quippiam, quod paucum,& paruum nuncupari debeat.

Georgij Pachymerij compendium.

Docebat Parmenides ens vnū esse, & quod præter ens esset,nihil esse, eo quòd non ens foret;ita vero dicebat,ne si multa fateret,non ens quoq; esse cōcederet.Nam oīa quę sunt, iquit,quatenus sunt, vnum sunt.multa vero forēt, si & qd habēte diuersum ē,& qđpter ens est,ipsum nō ens videlicet extaret. Ité alia de causa, ne & vacuū introduceret, quod ea distinguit,q̄ multa sunt.quo sanè magnopere cōmoti Xenocrates,& Plato manus argumentationi dederunt, & illi etiam, qui indefinentem entis sectionem in duas partes introducunt.tanq̄ demonstratum sit ens esse multa, neq; sit ens proprie vnum,si diuiduum fuerit,sicut Parmenides fidenter asseuerabat,& cum ipso Zeno, qui multa negabat esse, veluti colligere licet ex Parmenide Platonis dialogo. His igitur exaduersō obtentis,Xenocrates & Plato obuiam euntes, indiuiduas magnitudines commenti sunt,inter quas & ens illud collocarunt,vt & vnum & indiuiduū conseruaretur. Philosophus itaque magnitudines indiuiduas esse non posse,sed diuisibiles semper adhuc remanere,cum alias sæpe tuis in libris asseruit, dicens nō esse difficile lineas indiuiduas è medio tollere, tum maxime in commentariis de Gene.& Corrup.vbi, cum præclare ex aduersō argumētatus esset,propriam deinde sententiam exponit,quę non dari magnitudinem indiuiduam asserit,verum diuiduam,& sine fine diuiduam; atq; hanc sine fine

diuisionem cuiusmodi sit,ipsemet in Tertio Physicorum declarat,potentia non actu vnquam reperiri. Nam si quis absolucre moliatur huiusmodi diuisionem, herebit tandem.& in posterum operis partem reseruabit.idem illud ingerit. & hoc in libro,huic rei dedicato, explanat Aristoteles, argumentationes vltro citroq; prius adducens.qui mos est dialecticis consuetus,& inter cętera vtilitate præcipuus.Nā qui possint hunc inde rōnes collidere, quid quaq; re probabilius sit, inuenient.

Nunquid igitur,inquit,vllę reperiunt lineę, quarū longitudo secari nequeat:vel superficies aliqua,cuius longitudo,& latitudo findi non possit:vel corpus,quod diuisionē tribus dimetris non admittat?& denique,est ne quāntas vlla indiuidua, sicut aliqui dicunt.Incipit igitur,& rationes adducit, atq; primo sic introducit magnitudines indiuiduas.Simili modo se habet in omnibus rebus,paucum & paruum,ac multū,& magnum.Si ergo & in hac pauca & parua magnitudine sunt infinitæ diuisiones,vt Philosophus supponit,non erit illa pauca, & parua,sed multa,& magna. Nam quo modo paucum esse potest,quod infinitas sectiones admittit, & quomodo paruum illud erit, quod tot diuisiones sustinere valet? Vel igitur non erit alicubi paucum & paruum,sed erunt omnia multa & magna:vel si quidem est & paucū & paruum,idem erit quod multum,& magnum:vel tertium dabitur.& erit magnitudo indiuidua,quæ hanc pauci & parui appellationē obtinebit,vt quæ nequeat in minora se diuisam esse,nec plures diuisiones sustinere.quòd si quis alter dicat,& infinitas sectiones habiturum concedat tam magnum q̄ paruum, nec velit magnū plures, paruum autē pauciores & minores,qua in re differet magnū, à paruo? Quapropter ob ista necesse est esse magnitudinē partibus carentem.Quo posito,& magnum multas diuisiones sustinet, & paruum paucas;& non tot, quot magnum. Per hoc etiam magnum à paruo distabit,est autem ostensio, vt patet, ducens ad inconueniens.

Deinde si lineæ extat forma,atq; idea, fatendum est lineam indiuiduam esse. nam constat ideam omnium, de quibus prędicatur,primam esse.At partes totū natura semper antecedunt. Quare diuidua erit ipsa linea.Et eodem modo ipsum quadratum, ipse triangulus,& aliarum figurarum ideæ, ac deniq; superficies ipsa,& corpus ipsum. Continget enim ideis,prius alia quædam esse.

Præterea si per eum,qui hæc asserit,ideæ atq; formę existentium rerum sunt,& non solum hominis,& bouis, sed corporis etiam,& superficiei,& lineæ: Atq; idcirco lineę quoq; forma reperitur,hęc autem forma linex,singulas quasq; lineas formæ nomen participantes,precedit,sicuti dicūt,q formas, ideasue rerum ponunt,partes vero natura toto priores sunt, diuidua foret & linea illa linearum omnium prima,ac si non in infinita,saltem in finita, sicut volunt illi, sicq; partes erunt priores illa linea,quæ prima omnium supponitur. Quare diuiduam illam esse,cōmunis est omnibus philosophis difficultas, quæmā & illa magnitudo est,& omnis magnitudo diuidua. Quid vero sermoni lineam finities diuidenti hoc confert, si necesse est ipsam finitas in partes,& non in infinitas diuidi, prout ipse dicit? Magis igitur,& pulchrius se ab hac difficultate expedies qui finities lineam diuidit, q̄ qui infinites, quatenus ille principia lineæ illius,partes finitas faciet,hic autem infinitas,infinitorum autem neq; scientia,neq; compositio est vlla. Ad dicendum quòd ista ratio impugnat ideas,ac nullas prorsus esse ostendit.Nam si forent ideæ,illę quoq;, vtpote magnitudines diuiderentur,quemadmodum proculdubio & ipse ex lineis ideis coagmentatus triangulus,ipsęq; quadratus, & deniq; superficies omnis plana,& corpus omne. Possumus & aliud etiā respondere, quòd illi ideas supponēdo,lineas indiuiduas per ideas astruebant,vt cū ipsam lineam inter ideas posuerint, nō cogantur eam amplius diuidere (nam & eius impassibilitas,& immobilitas destrueretur prout ipsi opinantur;) verum vt indiuiduam multo magis suscipiant illam ipsam primā lineam. Atq; hoc modo bene procedit secūda ratio,sequitur tertia.

Amplius si elementa sunt corpora, & elementis nihil est prius,suntq; partes toto natura priores,idiuiduum proculdubio ignis erit,& vniuersaliter quicquid corporis ali-

cuius

cuius est elementum. Quare non solum in rebus, quæ cognoscimus intellectu, verum etiã in his, quæ sensu percipimus, quippiam erit, quod partes non habet.

Si corpora sunt elementa, si elementis nihil est prius, partes autem toto priores sunt, & ignis & elementa cætera nullam iustinebunt diuisionem, ne partes primis elementis priores deprehendantur. Quare non solum res, quæ tantum intellectu percipiuntur, erunt indiuiduæ, sicut Deus, & mens, verum etiã inter ea, quę sensu comprehenduntur, erunt eiusmodi aliqua, velut elementa. Sed obiiceret aliquis, quid hoc ad orationem facit, quæ ad finita, & non ad infinita diuidendo procedit? Dicendum igitur, quòd illi non modo ideam insecabilem posuerunt, sed etiam elementum, velut ignem, & cætera, vel potius ipsum triangulum, & ipsum quadratũ: & hinc abeuntes, ostenderunt, non tantum non omne corpus esse diuiduum in infinitum, sed neq; simpliciter omne corpus diuidi posse. Nam elementa corpora cum sint, indiuidua remanent, ne priora primis inueniantur, partes inquã toto. Est aũt syllogismus ostensiuus. Elementa, quamuis sint corpora, non diuidẽtur, ne principiis principia inueniantur priora, partes videlicet toto: quare talia corpora non diuiduntur. elementa igitur non diuidentur. maior propositio cõditionem ex disiunctione continet, Husmodi corpora vel diuiduntur, vel non diuiduntur, sed si diuiduntur, erunt quædam priora primis: quoniam autem nequeunt per naturam diuidi, indiuidua sunt igitur, per tertium modum cõditionalium syllogismorum, qui per ablationem vnius alterum astruit.

Præterea per Zenonis argumentationẽ, necesse est aliquam extare magnitudinem, quæ partibus careat, si modo fieri nequit, vt res aliqua per singula quæq; tangenda decurrens, finito in tempore tangat infinita. Nam oportet vt ad medium mobile prius veniat. At rei, quæ partibus non vacat, medium subinde semper aliquod supereſt. Sin autem tangit infinita, finito in tempore, id quod super lineam fertur, et mobile celerius æquali in tempore plus spatij transigit, cogitationisq; nostrę velocissimus est motus, cogitatio quoq; finito in tempore in singulis rerum motibus, tangit infinita. Quare si cogitationem in omni rerũ progressu singula tangere, nihil aliud est q̃ numerare, continget finito in tempore cogitationem infinita numerare, quòd si hoc fieri nequit, indiuidua sanè dabitur aliqua linea.

Adhuc autem & Zenonis argumentatio negat magnitudines in infinitum diuidi posse, quãdoquidem, sicut ille dicebat, fieri nequeat, vt in tempore finito res, quæ moueatur, tangat infinita. Nam esto vt aliquis vna hora stadium conficiat, si stadium ergo diuidi potest in infinitum, tãget quispiam stadium absoluens infinita stadii puncta finito in tempore, nempe vna hora. Et aliter, quia oportet ambulãtem prius ad medium venire, q̃ ad vltimum stadii, rei vero, quæ subinde semper partes habet, nunq̃ prorsus defutura sunt media, quòd si tangat infinita finito in tempore, res, quę super linea fertur, idq; quod celerius est æquali in tempore plus pertransit. (Nam velocius est quod in æquali plus, & in minori, tum æquale, tum plus etiam peragit, sicut in Physicis declaratum est). Celerior vero sit cogitatiõis motus omni protensa, & corporea latione, cogitatio quoq; singulum quodq; infinitorum finito in tempore contanget. Quare si cogitationem tangere vnumquodq; est numerare, cõtinget ipsum numerare infinita finito in tempore. quòd si hoc esse non potest, insecabilis linea fuerit.

Postremo & ex ijs, quę tradunt mathematicis imbuti disciplinis, quiuis lineã aliquã insecabilem esse cõcedet. Nam si, vt dicunt, illæ commẽsurabiles sunt lineæ, quę eadem mensura dimetiri queunt: & quæcunq; sunt commensurabiles, vt dimetiãtur omnes, nihil impedit, nimirum longitudo aliqua extabit, qua mensurabuntur omnes, hanc necesse est indiuiduam esse. Nam si diuidua statuatur, huius quoq; mensuræ partes, mensuram aliam aliquam habebunt. partes enim tori commensurabiles sunt ita, vt partis portio, quę dimidia fuerat, efficiatur dupla. qm̃ vero hoc fieri nequit, indiuisibilis esse mensurã debet. Eodẽ modo & quę semel ab ipsa mensura sunt mẽsuratę, sicut omnes ex mensura compositæ lineæ, ex indiuiduis componuntur. Idem etiam continget in figuris planis, nam omnes inter se sunt à constitutis lineis procreatæ, commensurabiles. quare ipsarum quoq; mensura indiuidua erit.

Insuper ex iis, quę mathematicis disciplinis Periti tradunt, erit aliqua linea indiuidua, sicut aiunt, si modo illę commensurabiles lineæ sunt, quæ eadem mensura dimetiuntur, sicq; omnes, quę commensurabiles sunt, etiam mensurari queunt. (exstabit enim aliqua longitudo, qua dimetientur oẽs) hanc mensuram idiuiduam esse necesse est. Nam, si diuidua supponatur, & huius partes aliquam mẽsuram admittent, tori quippe cum metiuntur, & quia cum toto hęc commensurabilia sunt, habebũt & ipsa mẽsuram cum toto communem: nam commensurabilia sunt, quæ eadem mensura metiuntur. Quare, quoniam mensuræ partes commensurabiles sunt cum toto, dabitur alia mẽsura communis partibus mensuræ, & toti. Rursusq; eadem quæstio de ista mensura excitabitur, et ipsa quoq; fuerit diuisa, hoc & in ea fiet, atq; ita semper procedemus. Quòd si alicubi finis occurrat, indiuiduaq; linea deprehensa fuerit, nihil prohibet nos, & primam mensuram indiuiduam concedere. Quare omnes ex mensura coagmentatæ lineæ ex impartibilibus lineis erunt copulatæ. Atq; hoc inquiunt, & in planis figuris accidet, nedum in lineis, ex quibus figuræ sunt compositæ: nam omnes figuræ, quæ a constitutis lineis (sunt autem constitutę lineę rhitas grammas græci vocant, ad quas aliæ rectæ numero infinitæ, & commensurantur, & non commensurantur, inter se vero vel longitudine, vel potestate tantum, commensurabiles sunt) omnes, inquam, ab hęmusmodi cõstitutis lineis figuræ, sibi inuicem commensurabiles sunt. Quare & hęc communi quadam mensura, quę superficies sit, mẽsurabuntur, quæ pari modo, sicut de lineis aiunt, erit & ipsa partibus carẽs mensura. Quocirca non solum necesse est esse lineam insecabilem, quę commensurabiles lineas metiatur, sed etiam figuram planam insecabilem, quę figuras planas commensurabiles dimetiatur. Quòd autem non omnia omnibus communi quadam mensura commetiri queant, ostẽdit differẽtia lineæ ex duobus nominibus compositæ, sicut in .42. Decimi libri Elementorũ Euclidis scriptum est, vbi asserit lineã ex duobus nominibus vno in puncto diuidi in nomina, quam sanè rem pro viribus in sequentibus explicabimus.

Cæterum si quis mensuram diuidet, constitutam quãdam & determinatam lineam, non erit amplius neq; constituta, neq; irrationalis linea, neq; aliarum vlla, de quibus modo dictum est, velut quam ἀποτομὴν vocant ex duobus nominibus compositam. Verum neq; secũdum se aliquam definitam naturam habebunt, sed collatæ sibi ipsis & constitutæ, & irrationales erunt omnes.

Cęterum inquit, si quis mensuram diuidet, cõstitutam quandam & determinatam lineã, non erit amplius, neq; constituta, neq; irrationalis linea, velut quam apotomin vocant ex duobus nominibus compositam. Verum neq; secundum se quidẽ aliquam habebunt naturam, sed sibi ipsis collatę, constitutæ & irrationales

irrationales erũt. Primum igit quoad fieri põt explicãdum est istud theorema, & sumendum quid sit constituta linea, quidq; irrationalis, quid commensurabile, & quid incommensurabile, quidq; duo nomina Geometrę vocent, atq; ita deinceps argumentationem exponemus. Commensurabiles magnitudines appellant, quę eadem mensura dimẽpri queunt. Et aliter etiam, quæ talem proportionem inter se seruant, quam numerus habet ad numerum. Velut octo, & viginti quatuor cõmensurabiles sunt, quia communis ipsarum mẽsura sunt quatuor. Magnitudines incommensurabiles sunt, quarum nulla cõmunis mẽsura reperiri contingit. Ac in numeris quidem inueniri nequeunt vlli numeri, qui à latere commensurabiles non sint; nam si nullus alius numerus ipsos dimetiatur, vnitas saltem vtrosq; per se ipsam mensurabit, vnde & ish, qui incommensurabiles videbantur, ab vnitate communi omnium numerorũ mensura, mensurari queunt. In continua vero quantitate Pythagorici incommensurabile primi deprehenderunt ex eius in infinitum diuisione. Rectę vero lineę cõmensurabiles sunt, vel longitudine, & potestate: quippe cum fieri nequeat, vt quæ longitudine, non etiam potestate commensurabiles sint: vel potestate solum, non autem lõgitudine quoq;, velut, vt exempli gratia subiiciam, sit vna linea pedes sex protensa, sit alia pedes quatuor extenta, commensurabiles hæ sunt longitudine: mensurat enim ipsas, linea duorum pedũ, potestate igitur istæ commensurabiles sunt. Nam sex quater, viginti quatuor implet, & quater quatuor, sexdecim. Atq; sexdecim, & viginti quatuor commẽsurabilia quoq; inter se sunt: quippe cum quaternario dimetiantur. Quæ vero potestate tantum commensurabilia sunt, non etiam longitudine commensurabilia esse, diameter & latus vnius & eiusdem quadrati manifestabit. Sit igitur ad quadratum numerum, nouem puta, figura in plano designata: habeatq; huiusmodi figura quadrata diametrum, à quo quadratum aliud progrediens, duplum erit quadrati primi, qui ex latere consurgebat.




Figura ostendens quadratum ex diametro quadrati procedens, illi duplum esse.

Quare hęc duo quadrata sibi inuicẽ commẽsurabilia sunt: q̃ quadratũ à diametro nascẽs duplum est, si quadrato ex latere procreato conferatur duplum aũt & mediũ cõmensurabilia sunt. At vero lineæ, quæ constituunt quadrata, latus dico quadrati, & diameter, non sibi longitudine commẽsurabiles sunt, etiam si potestate commensurabiles inueniantur, cum pósint ipsoq; quadrata communi mensura mensurari. Si quis vero ponat latus & diametrum longitudine quoq; commensurabiles, erunt imparia, id est nouem, æqualia paribus, hoc est octo: nam sexdecim medium, sine cõtrouersia, sunt octo, medium est etiam quadratũ à latere consurgens quadrati prodeuntis ex diametro: est autem quadratum lateris vnitatum nouem: si ergo etiã diametri quadratum supponatur ortum fuisse ex latere commensurabili diametro, vt latus quidem sit trium vnitatũ, diameter autem quatuor (sic enim & longitudine cõmensurabiles lineæ forent) fiet quadratum diametri vnitatum sexdecim. Quare sexdecim ad octo dupla erunt ex communi omnium opinione, & ad nouem similiter dupla. Nã lateris quadratum nouem vnitatum fuerat, cui hoc ex diametro consurgens quadratum, geometricis ostensionibus duplum demonstratur, erunt igitur æqualia nouem & octo, paribus imparia, quod sanè est impossibile. Itaq; recta qualiscunq; proposita, ad quam aliæ lineæ comparatæ aut commensurabiles inueniuntur vel longitudine & potestate, vel potestate tantum, aut incommensurabiles, talis inquam linea rhiti, id est constituta vocatur à Geometris: perinde atq; signum aliquod propositum & manifestum. nam manifesta, & determinata linea, constituta nominatur, sicut dicimus in cõstitutis concentibus. Hoc igitur, quatenus constitutum, constitutum, & vt nomen proprium Geometræ proferunt: constituta igitur linea, hæc, quæ proposita est nominetur, & quæ cum ea dimetiri queunt, constitutæ dicantur, siue potestate tantum, siue longitudine & potestate sibi commensurabiles sint: quæ vero cum hac in mensura non conuenũt, irrationales inquit appellẽtur. Quadratum etiam, quod à proposita & constituta linea prodit, cõstitutum vocet: item quæcunq; quadrata dimetiri cum eo poterunt. Quæ vero cum ea mensura non communicabunt, irrationalia nominentur, inquit. Magnitudines igitur, vt sibi commensurabiles sint, aut incommensurabiles, natura facit: vt autem constitutę, vel irrationales dicantur, voluntas decernit, vt hinc proposita lineæ, hæc quidem sit, vt ita dicam constituta, tanq; commensurabilis, illa vero irrationalis, velut incommensurabilis, & rursus vt hæc ipsa constituta, alteri alicui collata sit irrationalis: & hæc, quæ modo est constituta alteri cõparata, constituta forsitasis euadat. Inquit igitur Geometra linea ex duobus nominibus composita siue ex duabus constitutis, vno tantũ in puncto secatur in nomina. Hæ igit constitutæ lineæ potestate sunt commensurabiles, quæ vero potestate cõmensurabiles, communem mensuram non habent, nisi longitudine quoq; commensurabiles fuerint. Quocirca non omnis linea cuius est commensurabilis: sed hæc quidem huic, & longitudine & potestate commensurabilis est: vt viginti pedum linea, triginta pedum lineæ: ipsarum enim communis mensura est quinque pedes extensa linea. hæc autem, huic forsitan si non longitudine, at potestate saltem commensurari potest, velut contingit in lineis, quæ ex duobus nominibus coagmentatæ sunt, & in latere & diametro vnius & eiusdem quadrati, quæ licet cõmensurabiles inter se lõgitudine non sint, quadrata tamen gignũt, quæ sese metiuntur: vnum enim alteri duplum est, quas tamẽ lineas, constitutas etiam vocat vnam ad extensam aliam. Est etiam alia linea, quæ alteri comparata neq; longitudine, neq; potestate in mensura conuenit, quam irrationalem nominat ad extensam aliam conferẽdo. Quoniã ergo, & linea ex duobus nominibus copulata, vno in puncto diuisionem admittit, si debeant segmenta esse lineæ constitutæ, & inter se potestate cõmensurabiles, nec vllo alio in puncto secari potest, vt segmenta constitutas lineas efficiant. Igitur huiusmodi linea ex indiuiduis compositа est, & eius vna tãtum erit diuisio, vt constituat duas lineas, quæ mensuræ sint quadratorũ ab ipsis procreatorum, & sibi ipsis commensurabilium, quorum mensuræ, sicut ostendimus, indiuisibiles sunt. Si quis enim, inquit, mensuram diuidat, constitutam quandam & determinatam lineam, non erit neq; constituta illa, neq; irrationalis per se ipsam, neq; enim aliquam per se ipsas naturam habebunt, sed & constitutæ, & irrationales ad alias collatæ dicuntur. Ex his igitur colligunt illi hoc pacto dicentes, quoniam linea componitur ex duobus nominibus, & vno tantum in puncto diuiditur: si quis velit segmenta lineas constitutas & sibi potestate commensurabiles esse, non autem vllo in alio diuidi potest: igitur ex indiuiduis linea partibus constabit. Est autem hæc argumentatio captiosa, non enim si linea non potest in portiones quasdam rationales, nisi semel vno in puncto diuidi, propterea partibus expers, & insecabilis prorsus est linea.

An primo quidem non oportet id quod infinitas habet diuisiones non esse paruum, aut paucum. Nam locum, lineam, superficiem, & summatim omne continuum, paruum dicimus, & in quibus cõuenit paucum etiam, nec ob id tamẽ infinitis diuisionibus ipsa carere affirmamus.

Hęc Philosophus sibi tanq; ex aduerso cum opposuisset, respondere, & quoad fieri potest obiecta emẽdare, aggreditur. Ac primo aduersus primam illorum argumentationem instat dicens, An primo quidem non oportet id quod infinitas habet diuisiones non esse paruum, aut paucum, sicut ipsi dicunt, nam inquit & locum, & lineam, & superficiem, & denique omne continuum, paruum quidem dicimus, & in quibus conuenit, paucum etiam. velut, quando tanq; definitam quantitatem sumpserimus, id quod est continuum, sicut in tempore, quod continuum est, dicimus & paucum tempus, vtputa mediam horam, dicimus & paucum tẽpus, duos dies, vel duas horas, aut aliud aliquid eiusmodi, non tamen, inquit, à rei paruitate prohibemur, quin continuum in infinitum diuidamus, idcirco qua facultas qua diuidi queat, huic inest, etiã si paruũ existat.

Deinde si de lineis hisce indiuiduis, quæ sunt in composito ex lineis, paruum dicitur, atq; ipsis pũcta insunt infinita, fiatq; diuisio

secundum

secundum puncta, & in quibuſuis punctis æqualiter, poterit infinitas ſectiones ſuſcipere omnis lineæ, vt quæ non ſit inſecabilis, & quędam ipſarum in parua ſecari, eruntq; infiniti puncti pauca. heri vero poteſt, vt omnis non indiuidua linea talibus ſoluatur diuiſionibus, quibus coagmentata fuerit.

Deinde vero ſi & compoſitæ lineæ quatenus lineæ ſecundū puncta diuidentur: prædicatur autem de lineis inſecabilibus paruum, nā hoc ipſi intendunt: tunc ſanè & infiniti puncti huic inſunt poteſtate: iſtud enim & ipſi confitentur in quauis linea, & in ea ipſa, quam illi ſtatuunt indiuiſibilem, infinita poteſtate puncta ineſſent. Atqui, & ipſa diuiſa eſſe p pūcta poſſet, ſuſtineretq; etiam hæc infinitas diuiſiones, ſicut & non inſecabilis linea faceret, omnem vero nō indiuiduam lineam diuiſam eſſe pro compoſitionis ratione poſsibile eſt.

Tertio ſi magnum ex paruis quibuſdam componitur, aut magnū nihil erit, aut quod finitas habet diuiſiones non erit magnum. Nam totum qualecunq; fuerit magni ſectiones admittit. Eſt autē probabile, & paruum, finitas, & magnū, infinitas habere diuiſiones, ſicq; illi etiam arbitrantur. Quare manifeſtum euadit, non hac ratione paruum, aut magnum quicq; dici, quia finitas, aut infinitas ſectiones admittat.

Ad hæc, magnum ex paruis quibuſdam componitur, quæ vero neq; diuidi queunt, neq; partes habent, parua ſunt, vt ipſi dicunt, vel nihil erit magnum, vel quod finitas ſectiones habet, ſicut illi ſtatuebāt, non erit magnum. Nam quid magnum eſſe poterit, ſi in tot pauca finita diuidatur? præſertim cū huiuſmodi paucum partibus careat, & ſectiones non admittat: totum enim diuiſiones habet, quę magnis conueniunt: ſimiliter etſi ſolum ſit, modo totum aliquod ſit, probabile eſt autem & paruum finitas, & magnum infinitas habere diuiſiones, ſicq; illi arbitrantur. nam magnum, quatenus contingit ipſum diuidi, multa atq; infinita parua erit. Quare quod ipſi dicunt, tanq; indiuiduum, paucum, diuidetur, & quādo in finita, diuidetur, ſed vnumquodq; ſegmentum illius ſecundum pauci naturam diuidetur, etſi in finita. Rurſus quoq; & in illis idem fiet, & deinceps in aliis, neq; enim conſiſtet paucum, quod ſemper diuiſibilem habet naturam per hypotheſim. atq; ita rurſus diuiſio in infinitum procedet. Quare manifeſtum euadit, non hac ratione paruum, aut magnum quicq; dici, quia finitas paruum, infinitas magnum diuiſiones habeat, ſicut illi dicere videntur, q iſtud carere partibus, & inſecabile eſſe in illud reiiciūt, quod neq; paruum dicitur, ſiquidem paruū quoq;, ſicut oſtendimus, diuidere contingit. Nam paruo minus quantum libuerit erit, etſi finitas paucum habebit diuiſiones. Igitur quia minus, & nunus præcedente, demere licet, infinitæ diuiſiones erunt.

Quòd ſi quiſpiam propterea quod in numeris paucum definitas ſectiones habet, in lineis quoq; putet finitas paruū habere, ſtolidum ſe prodit, eo quod numerus è rebus partium expertibus procreatur, & ab initio quodam conſtituto originem ſumit. Hinc omnis numerus, modo infinitus non ſit, finitas diuiſiones habet: magnitudines autē tali ratione non conſiſtunt.

Quòd ſi quis propterea quod in numeris paucum definitas ſectiones habet, in lineis quoq; putet finitas paruum habere, ſtolidum ſe oſtendit, ſiquidem numerus è rebus partium expertibus, videlicet ex vnitatibus procreatur: & eſt aliqd, quod numeris principium facit, quodq; paucum determinat, tria quippe, niſi quis duo velit, aut vnitatem, non vt numeros, ſed vt numeri principia dicere, ac imparium quidem tria, parium autem duo. Hinc omnis numerus, modo infinitus non ſit, finitas diuiſiones habet, magnitudines autē tali ratione non conſiſtunt: magnitudines enim infinitum, in decremēto habent, ſicut in Phyſicis dicebat: at numeri, in incremento. Quare in numeris paucum definitum eſt, multum autem in infinitum creſcit. In continuis autem multum quidem definitum eſt. Nam quacunque in re ſumere complementum poſſumus, nec aliquis cogitare potent magnitudinem aliquam, quæ cœlum excedat, & extra ipſum protendantur, paruum autem indefinitum eſt, cum magnitudo in infinitum decreſcat, atq; hęc Phi loſophus inquit ad primam argumentationem reſpondens.

Qui vero lineis indiuiduis ideam conſtituunt, minus credibilia fortaſſe decernunt, q̄ præſens affirmet opinio, quæ nunc in diſceptationem venit. Nam linearum ideam faciendo, modo quodam ideas tollunt, quibus demonſtrare, quod inſtat, moliuntur: Hac enim ratione deſtruuntur ideæ.

Secunda autem argumentatio ſuit ab ideis ſumpta. nā, qui eas magnitudines poſuerunt, indiuiduas ipſas faciebāt, ne hasce principiis, atq; primis, idearum partes priores eſſent. Inquit igitur. Qui vero lineis indiuiduis ideam conſtituunt, minus credibilia fortaſſe decernunt, q̄ preſens affirmet opinio. Nam linearum ideam faciendo, modo quodam ideas tollunt, quibus demonſtrare, quod inſtat, moliuntur. Hac enim ratione ideæ deſtruuntur. Minus credibilia dicit, quæ minus ſunt probabilia, probabilius eſt enim affirmare magnitudines indiuiduas, q̄ ideas eſſe. Velle igitur minus credibili aſſumpto, magis probabile pronūciatum affirmare, abſurdum eſt prorſus. Quare cum per ea, quæ aliquātulum probabilia ſunt, id, quod valde eſt improbabile, deſtrui ſoleat, de medio potius tollenſtur ideæ ob iſta, quoniam cum & ideæ ſint magnitudines, ſunt autem magnitudines in infinitum diuiduæ, vel penitus diuiduæ: ſecabuntur ideę quoq; ſi prorſus ſint, atque ſiue diuidantur, ſiue diuidi queant, neq; immobiles, neq; impatibiles erūt, velut ii, qui ideas ſtatuunt, voluerunt.

Rurſus quoq; ſtultū eſt arbitrari elementa corporea partibus carere. nā etſi quidam ſic affirmant, tamen quantum ad præſentem quæſtionem attinet, principium petunt. Et quanto magis, quod probādum eſt aſſumere videntur, tanto plus diuiduam eſſe longitudine lineam, latitudine ſuperficiem, altitudine corpus apparet.

Tertię Philoſophus rationi occurrit, quę probat, quòd cum elementa ſint magnitudines, & omnis magnitudo diuiſibilis, contingat, & elementa diuiſa eſſe, atq; ita ſubinde principiorū principia erunt, partes videlicet elementorum totius elementi: ſic inquam Philoſophus occurrit. Rurſus quoq; ſtultum eſt arbitrari elementa corporea partibus carere. nam etſi quidā ſic affirment, tamen quantum ad præſentem quæſtionem attinet, principium petunt, & quanto magis, quod probandum eſt aſſumere videntur, tanto plus diuiduam eſſe longitudine lineam, latitudine ſuperficiem, altitudine corpus apparet. Quomodo autem principium petunt? an quia cum in diſceptatione poſitum ſit hoc, vtrum diuiduum corpus ſit, an in infinitum diuiduum, ipſi tanq; conceſſum hoc aſſumpſerunt in elementis, dicentes ecce elementa ſunt corpora, nec diuidua ſuapte natura ſunt: quare, ſi hæc indiuiſibilia ſunt, & alia quædam indiuidua eſſe credendum. Cum itaq; iſti hoc pacto ſtimant quod probandum fuerat, nihil aliud hinc lucrantur, q̄ quod plura congerunt, corpora quædam dicentes inſecabilia, quorum diuiſibilitatem potius demonſtrare queunt: atq; illis diſſolutis, reliquorum quoq; inſecabilitatem diſſoluere. Quòd autem facile diſſolui queat in elementis inſecabilitas, ſenſus atteſtatur, nam aqua & terra, quęcunq; nobis occurrit, in partes diſſoluitur. Quamobrem dimittere ſenſum, & rationi ſoli inſeruire, abſurdum, & ſtolidum eſt. quoniam hac de cauſa non pauci deuiarunt à veritate, & ab iis, quæ conueniunt, velut & Parmenides, qui dicit ens vnum eſſe, & Zeno, qui motum non eſſe contendit, & alii plures.

Zenonis autem ratio ſibi ipſa non conſonat, cum non ſic vno modo velit finito in tempore


tempore rem motam tangere infinita. Atqui tempus & linea ſimili modo finita, & infinita dicuntur, ac totidem vtraq; diuiſiones ſuſcipiunt. Neq; numerare eſt ſingulas infiniti particulas animi cogitatione tangere etiamſi quis ita nos cogitatione ſingula infiniti puncta tangere cōcedat: quod quidem fortaſſe fieri non poteſt. Non enim in rebus continuis, & ſubſtratis cogitationis motus conſiſtit, ſicut earum, quæ feruntur rerum. Sed, ſi quis animi cogitationem ſic etiam moueri conſentiat, non erit is motus numerus. nam numerare non niſi interpoſita quiete abſoluitur. Verum abſurdum eſt fortaſſe quempiam præignauia ſuccumbere, propterea, quod non audeat oblatas argumentationes diſſoluere, atque ſic imbecillitatem ſuam fouendo, grauioribus inſuper fallaciis ſeipſos decipere.

Quartum argumentum ab illis adductum probans magnitudines in infinitum non diuidi, fuit ratio Zenonis, quam ille proprie aduerſus motum opponebat dicens, ſi ſtadium in infinitum ſecatur: ſi definito aliquo tempore, per ipſum quiſpiā mouetur, tanget infinita finito in tempore. Et rurſus, ſi celerius æquali in tempore plus ſpatii peragit, q̄ tardius faciat, cogitationis autem motus celerrimus, & cogitatio dinumerare poterit infinita in aliquo finito tempore. Zeno itaque rem de potentia ad actum transferens hæc abſurda collegit. Hic autem Philoſophus, ſicut etiam in aliis faciebat, occurrit ad hæc reſpondens, & ſophiſma talem rationem eſſe demonſtrat, neque enim, inquit, in finito tempore, infinitas ſtadij partes tanget id quod fertur: ſed in infinito etiam ipſo. Nam ſimili modo tempus, & longitudo finita, & infinita dicūtur, ac ſicuti tempus finitum eſt extremis, ita longitudo finita eſt extremis. Et denuo ſicuti tempus infinitum eſt diuiſione, ſic & longitudo infinita eſt diuiſione. Zeno igitur captioſum ſyllogiſmū componens, aliter in tempore, aliter in ſtadio finitum capit: tempus enim à mane ad veſperam, quod eſt diuiſione infinitum, quemadmodum, & longitudo eſt diuiſione infinita, finitum extremis accipit, nec tamen ita finitum accipit ſtadium, extremis videlicet, ſed prorſus diuiſione. Neq; rurſus Philoſophus, inquit ſingulas infiniti particulas animi cogitatione tangere, eſt numerare, etiam ſi quis ita nos cogitatione ſingula infiniti puncta tangere concedat: quod quidem fortaſſe fieri non poteſt, nam quo pacto tanget actu ſingula infinitarum rerū puncta, tam breui tempore? non enim, inquit, in rebus continuis, & ſubſtratis cogitationis motus conſiſtit, ſicut earum quæ feruntur rerum: ſed ſi quis animi cogitationem, ſic etiam moueri concedat, non erit is motus numerus. nam numerare interpoſita quiete perficitur. Verum abſurdum eſt fortaſſe, eos qui nequeunt ſoluere obiectiones præignauia ſuccumbere, atque ſic imbecillitatem ſuam fouendo, grauioribus inſuper fallaciis ſeipſos decipere.

Quòd vero de commēſurabilibus lineis poſtremo dicunt, omnes vna quadam et eadem mēſura oportere menſurari, falſum eſt admodum, & nequaquā Mathematicorum ſuppoſitionibus concordat. Non enim ita ſupponunt Geometræ, neq; vtile ipſis iſtud foret: immo potius aduerſaretur, lineas omnes commenſurabiles eſſe, & omnium commenſurabilium linearum communem menſuram exiſtimare. Quamobrem ridiculum eſt, eos, qui dicunt ſe demōſtrare ex Geometrarum decretis, & ex quibus Mathematici docent, in contentioſam pariter atque fallacem diuertere argumentationem. præſertim tam inualidam. nam multis modis imbecillis eſt eiuſmodi ratio, & quouis modo licet cuitare, ne aut inuſitata dicere, aut argui videamur.

Supponunt enim Mathematici, communem menſurā magnitudinem commenſurabilium, ſed ipſam nō indiuiſibilem ſupponunt, ſed quæ poſſit & ipſa alicui commenſurabilis eſſe alia quadam communi menſura. Nouem quippe communis menſura ſunt triginta ſex, & octuaginta vnius. illis quidem ſi quater plicentur, his autem, ſi nouies: & præterea quadraginta quinque, ſi quinquies aſſumatur. Verū & ipſum nouem commenſurabilis eſt cum viginti vno: ternarium enim commune eſt vtriuſq; menſura, illius quidem, ſi ter replicetur, huius autem, ſi ſepties repetatur. Atq; omnis linea, quæ mēſura cum alia non conuenit, cum hac & iſta conuenit, quia cū his communem menſuram habet, cum illa vero non habet. Quare non omnes lineæ vna quadam & eadem menſura dimetiuntur, ſed alio quidem iſtæ, vt hoc modo commenſurabiles, alio autem hæc, vt illo modo.

Præterea abſonum foret, ſi quis à Zenonis oratione vltra q̄ par ſit perſuaderetur, lineas indiuiduas concedere, quia ipſi reſpondere neſciat, ob rectæ vero lineæ motum in ſemicirculum diuiduas nō credere, quam neceſſe eſt in rectū ita diuidere, vt infinitæ circunferentiæ, & interualla totidem interueniant. Rurſus quoq; facile perſuaderi poteſt ex motu circulorum æqualium.




Figuræ oſtendētes lineas tum ex motu rectæ lineæ in ſemicirculum, tū ex motu duorum circulorum æqual. ū cē diuiduas.

Nam quiſquis horum moueatur, oportet per maius ſemicirculum moueri, & quęcūq; alia huiuſmodi conſtitura ſunt de lineis, fieri non poſſe, vt talis vllus motus peragatur, quin prius omnibus & ſingulis interiectis occurrat. atque hæc Mathematicorum ſcita multomagis ab omnibus conceſſa ſunt, quā iſtorum dicta. Quamuis autem ex confuſatis nuper rationibus appareat, vt neque neceſſarium, neque probabile ſit lineas vllas indiuiduas extare, tamen ex ijs etiam, quæ deinceps ſubiungam, multo magis perſpicuum euadet, & primo quidem per ea, quæ Mathematici demonſtrant, atq; addiſcenda proponunt, quæ mutare nō decet, niſi probabiliores

babiliores rationes habeamus. Nam neq; lineæ, neq; rectę lineę definitio cum insecabili linea consentit, vt quę nec inter duo puncta extensa sit, nec medium vllum habeat. manifestum est igitur ex antedictis rationibus, quòd neq; necessarium, neq; probabile sit lineas insecabiles esse. ex his aũt, quæ subijciẽtur, manifestum adhuc magis fieri porit. ac primo quidẽ per ea, quæ in mathematicis demonstrata suppositaq; sunt, quæ iustũ nõ est aliter q̃ certioribus rõnibus amouere. Nam si quam insecabilem lineã vocãt est et linea, & recta linea, nimirũ ipsi & lineę & rectæ definitio conueniet: sed neq; lineæ, neque rectę definitio ipsi conuenit, cùm neque aliquorum media queat esse, neq; medium omnino vllum habeat.


Nam indiuidua linea quomodo longitudo erit, & sine latitudine? qm̃ insecabilis cum sit, intra latitudinem cõsistere non potest. vt enim punctus duarum linearum medius est potẽtia, cum adhuc indiuisæ sunt, q̃n vero actu diuisæ fuerint, tũc punctus ambabus partibus actu diuisio est. sic & linea media est duarum superficierũ potentia, superficie indiuisa, & vna remanente: quando vero actu diuisa fuerit, & duæ superficies euaserit, linea actu diuisio est: insecabilis aũt illa existẽs, & ob hoc inseparabilis, quo pacto mediũ cõsyderabitur superficierum per latum diuisibilium. necesse est igitur cum superficiebus in geminas partes diuisis simul diuidi, & indiuiduam lineam, quæ ambas partes diuidit, & media iter duas superficies iacet: neq; igitur in medio aliquorum est, vt lineæ naturam ostendat, neq; medium habet insecabilis cum sit, ac quo tandem pacto ipsi competeret rectæ definitio, recta nanq; dicitur, cuius medium non obstat finibus.

Deinde omnes lineæ commensurabiles erunt. Nã omnes ab indiuiduis lineis dimetientur, quæq; longitudine, quæq; potentia sunt commensurabiles: indiuiduæ aũt lineæ sibi ipsis cõmẽsurabiles sunt longitudine, cũ iter se sint equales. quare potẽtia quoq;. Quod si hoc ẽ, diuiduũ erit quadratũ.



Deinde omnes lineæ commensurabiles erunt. nam quę distinctio adhiberi poterit, vt hanc quidem mensuret, illam aũt non mẽsuret cõis illa, atq; insecabilis mensura, illa inquam indiuidua linea: nam cum insecabilis sit, & partibus careat oibus quadrabit; & oẽs ab indiuiduis mẽsurabuntur, et quę longitudine cõmensurabiles sunt, & quæ potentia: insecabiles autem cum sint, & ipsæ commensurabiles sibi ipsis erunt lõgitudine: æquales enim sunt. Quare, & potentia cõmensurabiles erunt: nam quæ longitudine commensurabilis sunt, potestate quoq; sunt cõmensurabiles: non tamen è contrario sicut dicebamus.

Tertiò cùm linea breuior grandiori copulata latitudinem faciat, si sumantur equales portiões ab indiuidua, & à pedali linea, bipedaliq; coniungantur, minoremq; latitudinem indiuidua faciat quàm reliqua, minor erit latitudo, quæ ab indiuidua prouenit.




Quarto, si ex tribus datis rectis triangulus componitur, ex tribus quoque lineis indiuiduis componi poterit: in omni autem æquilatero perpẽdicularis in mediam basim icidit. Quare & medium indiuiduæ diuidet.




Præterea si ex tribus datis rectis triangulus componat, atq; ex insecabilibus constituat in omni triangulo æquilatero perpendicularis linea in mediam basim descendit, (est aũt æquilaterus prorsus, & qui ab indiuiduis lineis consistuntur) equales enim sibi sunt indiuiduæ lineæ. Quare in subiectã lineam, quę insecabilis defenditur, perpendiculum veniet; eritq; medium indiuiduæ lineæ, quod esse non potest: medium enim indiuidua linea non habebit.

Quinto si quadratum ex quatuor insecabilibus lineis consistat, diametro protracta, & ppẽdiculari ducta, quadrati costa potẽtia perpendicularem diametrumq; dimidiũ æquat.



Quare non erit minima, neq; duplũ erit spatium à diametro consurgens illius, quod ab idiuiduo procreat. nã æquali ablato reliquũ erit minus indiuiduo: nã si equalis, diameter quadruplũ describeret, hęc, atq; huiusmodi cõplura colligere quispiã posset, eo quòd oĩbus, ut ita dixerim aduersanť, quę à Mathematicis traduntur, quorum nõnulla denuo subnectam. Eorum quę partibus carẽt, vnus esse contactus potest, at linea duos habet. nam tota, totam, & extremis vtrinq; finibus tangit. Deinde hoc pacto vna linea alteri copulata non efficeret ex vtrisque coniunctum maius, idcirco quia partibus carentia sibi ipsis adiuncta maius non faciunt.




Præterea linea apposita lineæ non faciet maius id, quod ex ambabus cõficitur totum. nam quod partibus caret alteri copulatum, non auget id, quod prius fuerat.

Postea nihil continuum è duobus efficit, quæ partes nõ habeant, propterea quod oẽ continuũ plures partes continet: omnis aũt linea, præter indiuiduã, est cõtinua: quãobrem linea non erit, quæ indiuidua fuerit.

Insuper ex duabus non habentibus partes continuum nihil gignit, quia plures partes continuum omne cõplectit: oĩs aũt linea pter insecabilẽ continua nõ foret: quare nõ est idiuidua.

Amplius si quæuis linea, præter insectilẽ, in partes diuidi põt, tum equales, tum inæquales: scindatur linea in tria frusta, q̃ non ex tribus insecabilibus, & vniuersaliter imparibus constet, diuidua fiet insecabilis linea. Similiter autem si in duo diuidatur linea

nea, quæ ex imparibus consistit. Quòd si bifariam quidem nõ omnis linea finditur, sed quæ solum ex partibus coagmentata fuerit, si iam in duas partes diuisam in quæcunque diuidi potest diuideretur, sic quoque insectilis linea diuidetur, quando ex paribus composita per inæqualia scindetur. Rursus si mobile per totum spatium vna hora mouetur, horæ dimidio per medietatem spatij mouebitur, & ī minori tempore per minus spatium, quàm sit medietas: ergo si quidem ex imparibus indiuiduis spatium illud componitur, redibit isectilium in medietates diuisio. siquidem media hora, medium spatiũ, mobile pertransit. similiter enim tempus, & linea secabitur. Quare si nulla ex cõpositis lineis diuidetur in æqualia, & inequalia, neq; sicuti tempus scindetur, non erunt indiuiduæ lineæ. Est autem eiusdem rationis sicut dictum est ex indiuiduis omnia, vel affirmare, vel negare. Ad hęc, omnis linea, modo non sit infinita, duos fines habet, siquidem linea hisce terminatur: at indiuidua linea non est infinita, fines igitur habebit. quare diuidua erit, finis enim aliud est, & non illud cuius est finis: aut extabit aliqua linea præter istas, quæ neq; finita neq; sit infinita. Præterea, omnis linea vel est infinita, vel fines habet: igitur insecabilis linea non est infinita: fines ergo habebit atq; diuidua erit. nam finis aliud est ab eo cuius est finis, vel erit aliqua linea, quę neq; finibus careat, neq; fines habeat. Insuper non erit in quauis linea punctus: non enim in indiuidua. nam si vnius pũctus insit, ipsa primum linea sola erit, & inde puncti, sin plures inerunt, diuidua fiet. ergo si punctus indiuiduæ lineæ nullus ineſt, neq; prorsus inerit lineæ, cùm reliquæ ex indiuiduis, sicuti dicunt, cohaluerint.



Insuper non erit in quauis linea punctus, in indiuidua enim non erit: ac si indiuiduæ non ineſt punctus, neq; prorsus in linea erit: nam aliæ ex indiuiduis, vt illi volunt, constant.

Postea, vel nihil inter duo puncta, vel linea, erit: q; si linea, cũ in omnibus lineis puncta insint, non erit insecabilis linea: nam indiuisibile esse solius est puncti.

Amplius non esset cuiusuis lineę quadratum: habebit. n. lõgitudinẽ, & latitudinẽ, atq; idcirco diuisibile erit, cũ illa qdẽ aliqd, hæc aũt aliqd aliud. quòd si quadratum diuiduũ est, & linea vnde procreat diuidua erit.

Amplius non cuiuscunq; lineæ quadratum esset, nam omne quadratum habet longitudinem & latitudinem: quare diuiduum est, quo igitur pacto diuiduum ex indiuiduo cõcitur, q; si quadratum est diuiduum, igitur linea quoq; erit diuidua.

Præterea finis lineæ punctus est, & non linea. finis enim extremum est, extremum vero indiuiduum: igitur, si pũctus est finis, indiuiduæ lineæ pars erit punctus: atque ita vna linea maior erit altera puncto: sin indiuiduæ lineæ punctus ineſt, quia finis idem sit cõtinuatarum linearum, dabitur finis rei carentis partibus, & demũ quid à linea punctus distabit, cũ proprium nihil habitura sit, indiuidua linea à puncto, præter nomen.

Præterea finis lineę punctus est, punctus autem indiuiduus, vtpote finis: linea vero, vtpote finibus comprehenta, non est, indiuidua, punctus igitur non linea finis est lineæ. Vel erit vna linea puncto maior alia linea, si linea fuerit finis, & indiuisibilis: omnis enim linea, quæ lineam aliam excedit, linea excedit, si vera punctus insit lineæ quæ supposita est insecabilis, & finis esse, quia idem est finis continuarum linearum, non carebit finis partibus, sed rei, quæ partes non habet, finis erit, & ab ea diuersus, quoniam finis diuersus est à re finita, demum vero nõ differet punctus à linea: neq; enim proprium quicquam habebit indiuidua linea à puncto præter nomen.

Adhuc etiam, vt linea, sic & superficies, & corpus erit impartibile. vno quippe indiuiduo existente, cætera quoq; consequentur, idcirco quia vnum ad aliud diuiditur, at corpus indiuiduum non est cum in se latitudinem, & altitudinem contineat. Quare nec linea põt esse indiuidua. corpus siquidẽ in superficies, superficies in lineas soluit.

Adhuc autem, & superficies, & corpus similiter erunt indiuisibilia, nam vno existente insecabili, cætera quoq; consequuntur, quia vnum ad aliud secatur, veluti corpus ad superficiem, superficies ad lineam scinditur. Atqui corpus insecabile non erit, cum in ipso sit altitudo, & latitudo, neque igitur linea poterit esse insecabilis.

Quoniã vero rationes, quibus isti nituntur sententiam suã persuadere debiles sunt, & falsę: aduersæ autẽ opinionis omnes plurimum valent ad fidem faciẽdam: vnicuiq; liquere iam arbitror, quemadmodum nulla queat esse linea, quæ diuidi non possit. Ex his autem quæ subijcientur, manifestũ erit ne è punctis quidẽ componi lineã posse, quam insecabilem affirmant: ad quod probandum illamet penè quadrabũt argumenta, aut plurima saltem. Oportet enim punctum diuidi, quãdo linea, vel ex imparibus in æqualia secať, vel ex paribus in nõ æqualia scinditur. Item lineæ partem non esse lineam, nec superficiei superficiem, & rursus lineam puncto maiorem esse linea: ex quibus enim vnũquodq; componitur, his etiã quoduis aliud excedit. Atqui istud vnũ est eorum, quæ nullo modo fieri queunt, & per ea, quæ Mathematici docent, aperte falsum. Insuper quoq; cõtinget punctum esse illud,

quod in tempore fertur, modo maior in longiori, equalis in equali tempore, motus fiat, exceſſuſq; temporis tempus ſit. ſed fortaſſe tempus quoq; rem quandam eſſe ex inſtantibus compoſitam, ſuntq; vtraq; tempus & linea, ex ſuis quęq; indiuiſibilibus cõpoſita, dicet aliquis. At ſi nunc, eſt principium temporis, et finis, itemq; lineę punctus: neq; ſibi coniuncta ſunt principiũ & finis, ſed in medio ſemper aliquid habent: neq; nunc, neq; puncta ſibi continua eſſe poterunt.

Inſuper ſi linea caret partibus, & tempus carebit partibus: indiuidua vero ſunt in tempore, quæ nũc & inſtantia nominantur: quare tempus quoq; quiddam erit ex inſtantibus compoſitum, eiuſdemq; rationis ambo dicentur. Atqui nec inſtantia ſibi ipſis continua ſunt, tangerent enim ſe: at non ſe tangunt, nec igitur puncta ſibi continua ſunt.

Amplius ſi linea magnitudinẽ aliquam habet, punctorum autem iunctura magnitudinem nullam efficit, idcirco quia maiorem locum nõ occupant. Nam & qñ linea, lineæ ſuperimponitur eiq; cõiungitur, nulla prouenit inde maior latitudo, ſunt autem in linea puncti, qui nec ipſi maiorem locum occupare queunt, proculdubio ſequet, vt non poſſint longitudinem coniuncti facere.

Quare neq; compoſitio rerum indiuiſibilũ faciet aliquam magnitudinem, quia maiorem locum non occupant: quando enim lineæ adiunctum fuerit indiuiſibile quippiam, & adaptatum, nõ euadit maior latitudo, quotquot adiuncta fuerint indiuiſibilia, quare fiet idem & in punctis, nec maiorem cõprehendent locum, etiamſi complura puncta fuerint adiecta, qñ quidem nec puncti vllius per ſe locus aliquis erit. Quocirca non fiet ex indiuiſibilibus magnitudo continua, & ideo neq; linea è punctis, neq; tempus ex inſtantibus componetur.

Prętereaſi res oĩs, rẽ quamlibet aliã tãgit, vel tota totã, vel pars partẽ, vel tota partem tãgit, tanget & punctus vnus indiuiduus pũctũ aliũ indiuiduũ, totus totũ. At neceſſe eſt cũm totus tangit totum, cũ ipſo vnum fieri. nam ſi quid remanet, quod alteri non cõiungatur, non tetigit totus totũ, ſin nihil remanet, & ſimul ſunt hæc duo indiuidua pũcta, eundẽ implebit locũ id quod plura nũc eſt, & prius vnũ fuit. Duobus.n. in vnũ coeuntibus, quæ nullã ex ſe habeant extẽſionem, idem locus ſufficit. Atqui partibus carentia extenſionẽ non habẽt, quocirca nec ex indiuiduis vlla cõpaginabitur magnitudo: igit neq; è punctis linea, neq; ex inſtantibus tempus componetur. Inſuper ſiqua ex punctis componit linea, punctus tanget punctum, igit ſi ex k ſigno protrata fuerit a b & g d tangent ſe primũ, & punctus, qui eſt in a k & punctus qui eſt in k d. Quare, & diuerſa parte tãget: nã res, quæ ptibus caret, tãgit rẽ partibus carentem, tota totam. Ergo eundẽ locum poſſidebunt, quem k punctus obtinet, & ſeſe puncti coniungent in eodem loco, quòd ſi in eodem iuncti fuerint loco, ſe etiam tangent: quæ enim in eodem ſunt loco primo ſe tangant oportet.

Inſuper ſi qua linea componitur è punctis, tanget punctus punctum: At punctus partes non habet, & ideo non tanget: omne enim quod tangit, vel toto totum, vel parte partem, vel toto partem tangendo tangit, at punctus partem non habet, totum autem ſi tangit, vnum ſit oportet.

Deinde hoc pacto recta rectam duobus punctis tanget: punctus.n. in a k, & pũctus in k g alterum etiam tangit punctũ, quare linea ex g d pluribus tangit pũctis. Eadem ratio fuerit, etiã ſi nõ ſeinuicem, ſed quouis alio modo linea lineã tetigerit. Quinetiam orbis circunferẽtia rectam lineam pluribus tanget punctis: punctus.n. contactus quiq; eſt in circulo, quiq; in recta conſiſtit ſeſe mutuo tangunt, quod ſi hoc fieri non põt, neq; punctus punctum tangere valet, quod ſi ſe tangere nequeunt, neq; linea punctis conſtare poteſt. nam neq; punctum tangere neceſſariũ eſt. Poſtea quonam pacto recta vlla eſt linea, & circularis, qñ nihil differat contactus pũctorum in recta, & circulari? Nam res, quæ partibus careat, rẽ, quæ partes non habeat, tota totã contangit, neq; prorſus eo modo eſt tangere, ſi ſunt ergo lineę quidem differentes, contactus aũt indifferentes, non fiet ex punctorum contactu linea circularis, & recta: quare neq; è punctis conſtabit.

Poſtea quonam modo recta, circularisq; erit vlla linea, cum nullam differentiam habitura ſit coniunctio, neq; punctorũ, neq; rerũ partibus carentiũ in recta & circulari: nã quod partibus caret, ſi tangat aliqd, quod partes non habeat, totus totum tanget, imo potius nequeunt ea, quę partes non habent ſe mutuo tangere, q ſi lineę differunt, punctorũq; coniunctio non differt, nõ cõſtabunt lineę e copulatione, vt vna ſit recta, circularis altera: quare ne è punctis quidem lineæ conſtabunt.

Inſuper neceſſe eſt puncta vel ſeſe mutuo tangãt, vel non ſe inuicẽ tangant. ſi igitur id qd deinceps eſt tangat oportet, cadẽ redibit ratio, ſin contingit qd deinceps eſt non tangere, nõ erit linea continuum: nihil.n. aliud continuũ dicimus, quã quod eſt ex ſe tãgentibus compoſitum. Quare oportebit, & hoc modo uel puncta ſeſe mutuo tangere, vel lineã continuã eſſe. Amplius ſi abſurdum eſt puncto, punctũ ſuperimponere quo fiat linea, & lineę lineã adiungere, quo fiat ſuperficies, impoſſibilia ſunt, q̃ ab eis dicta fuerũt: ſiue.n. deinceps puncta, diuidet linea p neutrum ipſorũ, ſed p id quod intercedit, ſiue ſe tãgunt, linea erit vnius puncti ſpatium. hoc autem eſſe non poteſt. Poſtremo omnia diuiderentur, & reſoluerentur in puncta, corporiſq; pars punctus eſſet, ſiquidem corpus e ſuperficiebus, ſuperficies è lineis conſiſtat, ſi uero illa, ex quibus primis inexiſtẽtibus ſingula conſtant, elemẽta ſunt, puncti corporũ elementa eſſe poterunt. Quare vniuoce corporum

porum, & linearum elementa puncti erunt non ſpecie diuerſa.

Poſtremo cuncta diuiderentur, & ſoluerentur in puncta ſi è punctis, & rebus indiuiduis componerentur: foret q punctus pars corporis, modo corpus, è ſuperficiebus, ſuperficies è lineis, lineæ conſtituantur è punctis. Quòd ſi illa ſunt elementa ex quibus primis inexiſtentibus quæq; fiunt, puncta forent elementa corporum.

Apparet itaq; ex dictis non eſſe lineam è punctis, neq; ab ea punctũ auferri poſſe. nã ſi contingit punctum auferri, contingit & apponi: quopiam autem appoſito, illud cui adiunctum eſt, maius euadit, q̃ prius fuerat, ſi tale ſit appoſitũ, quale quod ſuſcipit, erat. Quare ex ambobus vnum totum facere licebit, & erit vna linea maior alia puncto: id qd fieri nequaquam poteſt. Verum per ſe quidem nõ poteſt à linea punctus auelli, per accidens autem poteſt, eo quod ablatum lineã ſequatur. cùm enim totum aufertur, totius & principium, & finis auferatur oportet. at lineæ principium, & finis punctus erat, licet itaq; partem de linea demere: quare, & punctum auferre, ſed ea per accidens cenſebitur ablatio. Si vero finis tangit illud cuius eſt finis, vel ipſum, vel aliquam eius partem, & punctus quatenus finis lineam tangit: ſequetur, vt hæc quidem linea puncto maior alia ſit. hæc autem ex punctis nihil in medio comprehendentibus. Eadem ratio eſt & in diuiſione. nam ſi diuiſio per punctum eſt, et diuiſio tangit aliquid tam in ſolido, q̃ in ſuperficie. Similiter enim & ſolidum è ſuperficiebus, & ſuperficies è lineis conficitur. Nõ eſt autem verũ dicere per punctum fieri diuiſionem, neq; paruiſſimam aliquam lineã in minimum, quod inſit, diuidi. minimum quippe minus eſt etiam eorum, quorum minimum dicitur. at lineæ nihil aliud q̃ punctus ineſt, & linea, atq; lineę: linea vero puncto maior non eſt. nam neq; ſuperficies eſt linea maior: quare punctus non erit in linea minimum. Si vero lineæ coniunctus eſt pũctus, & minimũ eſt quod à tribus faciebus, hoc eſt à tribus partibus deficio, non erit pũctus eorum, quæ lineæ inſunt minimum, nam & alia quædam inſunt longitudini præter puncta, & lineas. Non enim è punctis longitudo conſiſtit. Si vero id, quod eſt in loco punctus eſt, longitudo quippe ſuperficies, & ſolidum, quædam ex iis compoſitæ res ſunt: illa ſiquidem ex quibus conſtat linea, ſunt in loco. etenim & linea eſt in loco, ac neq; corpus, neq; ſuperficies, neque ex his quippiam in linea ſunt, non erit aliquid penitus in longitudine præter puncta & lineas. Amplius ſi res, quæ maior dicitur eſſe, in loco eſt, vel longitudo, vel ſuperficies, vel corpus: eſt autem pũctus in loco, nihilque longitudini prædictarum rerum inſit præter puncta, & lineas, ſic quoq; nõ erit pũctus rerum inexiſtentium minimum. Præterea, ſi vas aliquod, eorum quę in domo ſunt, minimum appellatur, non domui compara tum, ſed per ſeipſum cõſideratum, iiſq; & in aliis loquendi modus ſeruari ſolet, nihil eorum, quæ ſunt in linea minimum erit ad lineam comparatum, quare puncto non conuenẽt minimi appellatio. Quoniam vero quod non eſt in domo, minimum eſſe nõ poteſt eorum, quæ in domo ſunt, ita & in ceteris eſt iudicandum, contingit autem lineã ipſam per ſe ipſam eſſe, non erit de puncto verum dicere, quòd minimum ſit eorum, quæ in linea ſunt.

Apparet igitur ex antedictis, è punctis lineam non conſtare, neque inſecabilem & partibus expertem eſſe lineam, ſed diuiſibilem eſſe omnem lineam, atque in infinitum diuiduam. eſt autem punctus vtpote finis, minimum quiddam, linea vero minima non eſt, ſed præcedente minor ſemper, ſemperq; diuidua, quemadmodum igitur minimum aliquid eorum quæ ſunt in domo, & nihil ad ipſam comparatum, non dicitur eſſe aliquid, quod ad domum pertineat, eodemq; & in aliis pacto, quid enim ad pilam, vt ita dixerim, nigredo conferet vel ad ſtatuam facit, ſitam eſſe in dextra vrbis parte, ſic neque in linea minimum, quod finis eſt, & punctus ad lineam collatum aliquid erit. Quare non conueniet quidem lineę minimum eſſe, punctus autem io.ea, vtpote finis, erit etiam minimum, quod nihil erit ad lineam comparatum, non erit itaque linea inſecabilis.

Poſtremo non eſt etiam punctus articulus indiuiduus, nam articuli ſemper duorũ termini ſunt, punctus autem, & vnius lineæ terminus eſt. Inſuper pũctus, finis. articulus, diuiſio potius eſt. Adhuc ſi lineam ſtatuamus articulos, ſuperficiem quoq; articulos concedamus oportet, idcireo, quia proportionem inter ſe ſeruant. Præterea articulus quodammodo differentia eſt. quamobrem Empedocles in ſuis carminibus inquit

Articuli ſemper conſtat iunctura duobus. »

Pũctus aũt etiã inter immobilia collocatur: Poſtea vero, nullus habet infinitos articulos in corpore, vel in manu. at puncta habet. Et deniq; lapidis articulus eſt nullus, neq; ſaxũ articulos vllos habet, pũcta vero habet.

Libri de Lineis Inſecabilibus finis.

quod in tempore fertur, modo maior in longiori, equalis in equali tempore, motus fiat, excessusq; temporis tempus sit. sed fortasse tempus quoq; rem quandam esse ex instantibus compositam, suntq; vtraq; tempus & linea, ex suis queq; indiuisibilibus cõposita, dicet aliquis. At si nunc, est principium temporis, et finis, itemq; lineę punctus: neq; sibi coniuncta sunt principiũ & finis, sed in medio semper aliquid habent: neq; nunc, neq; puncta sibi continua esse poterunt.

Insuper si linea caret partibus, & tempus carebit partibus: indiuidua vero sunt in tempore, quæ nũc & instantia nominantur: quare tempus quoq; quiddam erit ex instantibus compositum, eiusdemq; rationis ambo dicentur. Atqui nec instantia sibi ipsis continua sunt, tangerent enim se; at non se tangunt, nec igitur puncta sibi continua sunt.

Amplius si linea magnitudinẽ aliquam habet, punctorum autem iunctura magnitudinem nullam efficit, idcirco quia maiorem locum nõ occupant. Nam & qñ linea, lineæ superimponitur eiq; cõiungitur, nulla prouenit inde maior latitudo, sunt autem in linea puncti, qui nec ipsi maiorem locum occupare queunt, proculdubio sequeť, vt non possint longitudinem coniuncti facere.

Quare neq; compositio rerum indiuisibilũ faciet aliquam magnitudinem, quia maiorem locum non occupant: quando enim lineæ adiunctum fuerit indiuisibile quippiam, & adaptatum, nõ euadit maior latitudo, quotquot adiuncta fuerint indiuisibilia, quare fiet idem & in punctis, nec maiorem cõprehendent locum, etiamsi complura puncta fuerint adiecta, qñ quidem nec puncti vllius per se locus aliquis erit. Quocirca non fiet ex indiuisibilibus magnitudo continua, & ideo neq; linea è punctis, neq; tempus ex instantibus componetur.

Præterea si res oĩs, rẽ quamlibet aliã tãgit, vel tota totã, vel pars partẽ, vel tota partem tãgit, tanget & pũctus vnus indiuiduus pũctũ aliũ indiuiduũ, totus totũ. At necesse est cùm totus tangit totum, cũ ipso vnum fieri. nam si quid remanet, quod alteri non cõiungatur, non tetigit totus totũ, sin nihil remanet, & simul sunt hæc duo indiuidua pũcta, eundẽ implebit locũ id quod plura nũc est, & prius vnũ fuit. Duobus. n. in vnũ coeuntibus, quæ nullã ex se habeant extẽsionem, idem locus sufficit. Atqui partibus carentia extensionẽ non habẽt, quocirca nec ex indiuiduis vlla cõpaginabitur magnitudo: igiť neq; è punctis linea, neq; ex instantibus tempus componetur. Insuper siqua ex punctis componiť linea, punctus tanget punctum, igiť si ex ^{k} signo protrata fuerit a b & g d tangent se primũ, & punctus, qui est in a k & punctus qui est in k d. Quare, & diuersa parte tãget: nã res, quæ ptibus caret, tãgit rẽ partibus carentem, tota totam. Ergo eundẽ locum possidebunt, quem ^{k} punctus obtinet, & sese puncti coniungent in eodem loco, quòd si in eodem iuncti fuerint loco, se etiam tangent: quæ enim in eodem sunt loco primo se tangant oportet.

Insuper si qua linea componitur è punctis, tanget punctus punctum: At punctus partes non habet, & ideo non tanget: omne enim quod tangit, vel toto totum, vel parte partem, vel toto partem tangendo tangit, at punctus partem non habet, totum autem si tangit, vnum sit oportet.

Deinde hoc pacto recta rectam duobus punctis tanget: punctus. n. in a k, & pũctus in k g alterum etiam tangit punctũ, quare linea ex g d pluribus tangit pũctis. Eadem ratio fuerit, etiã si nõ seinuicem, sed quouis alio modo linea lineã tetigerit. Quinetiam orbis circunferẽtia rectam lineam pluribus tanget punctis: punctus. n. contactus quiq; est in circulo, quiq; in recta consistit sese mutuo tangunt, quod si hoc fieri non põt, neq; punctus punctum tangere valet, quod si se tangere nequeunt, neq; linea punctis constare potest. nam neq; punctum tangere necessariũ est. Postea quonam pacto recta vlla est linea, & circularis, qñ nihil differat contactus pũctorum in recta, & circulari? Nam res, quæ partibus careat, rẽ, quæ partes non habeat, tota totã contangit, neq; prorsus eo modo est tangere, si sunt ergo lineę quidem differentes, contactus aũt indifferentes, non fiet ex punctorum contactu linea circularis, & recta: quare neq; è punctis constabit.

Postea quonam modo recta, circularisq; erit vlla linea, cum nullam differentiam habitura sit coniunctio, neq; punctorũ, neq; rerũ partibus carentiũ in recta & circulari: nã quod partibus caret, si tangat aliqd, quod partes non habeat, totus totum tanget, imo potius nequeunt ea, quę partes non habent se mutuo tangere, q; si lineę differunt, punctorũq; coniunctio non differt, nõ cõstabunt lineę e copulatione, vt vna sit recta, circularis altera: quare ne è punctis quidem lineæ constabunt.

Insuper necesse est puncta vel sese mutuo tangãt, vel non se inuicẽ tangant. si igitur id qd deinceps est tangat oportet, eadẽ redibit ratio, sin contingit qd deinceps est non tangere, nõ erit linea continuum: nihil. n. aliud continuũ dicimus, quã quod est ex se tãgentibus compositum. Quare oportebit, & hoc modo uel puncta sese mutuo tangere, vel lineã continuã esse. Amplius si absurdum est puncto, punctũ superimponere quo fiat linea, & lineę lineã adiungere, quo fiat superficies, impossibilia sunt, q̃ ab eis dicta fuerũt: siue. n. deinceps puncta, diuideť linea p neutrum ipsorũ, sed p id quod intercedit, siue se tãgunt, linea erit vnius puncti spatium. hoc autem esse non potest. Postremo omnia diuiderentur, & resoluerentur in puncta, corporisq; pars punctus esset, siquidem corpus e superficiebus, superficies è lineis consistat, si uero illa, ex quibus primis inexistẽtibus singula constant, elemẽta sunt, puncti corporũ elementa esse poterunt. Quare vniuoce corporum

porum, & linearum elementa puncti erunt non specie diuersa.

Postremo cuncta diuiderentur, & solueretur in puncta si è punctis, & rebus indiuiduis componerentur: foret q; punctus pars corporis, modo corpus, è superficiebus, superficies è lineis, lineæ constituantur è punctis. Quòd si illa sunt elementa ex quibus primis inexistentibus quæq; fiunt, puncta forent elementa corporum.

Apparet itaq; ex dictis non esse lineam è punctis, neq; ab ea punctũ auferri posse. nã si contingit punctum auferri, contingit & apponi: quopiam autem appositio, illud cui adiunctum est, maius euadit, q̃ prius fuerat, si tale sit appositũ, quale quod suscipit, erat. Quare ex ambobus vnum totum facere licebit, & erit vna linea maior alia puncto: id qd fieri nequaquam potest. Verum per se quidem nõ potest a linea punctus auelli, per accidens autem potest, eo quod ablatum lineã sequatur. cùm enim totum aufertur, totius & principium, & finis auferatur oportet. at lineæ principium, & finis punctus erat, licet itaq; partem de linea demere: quare, & punctum auferre, sed ea per accidens censebitur ablatio. Si vero finis tangit illud cuius est finis, vel ipsum, vel aliquam eius partem, & punctus quatenus finis lineam tangit: sequetur, vt hæc quidem linea puncto maior alia sit. hæc autem ex punctis nihil in medio comprehendentibus. Eadem ratio est & in diuisione. nam si diuisio per punctum est, et diuisio tangit aliquid tam in solido, q̃ in superficie. Similiter enim & solidum è superficiebus, & superficies è lineis conficitur. Nõ est autem verũ dicere per punctum fieri diuisionem, neq; paruissimam aliquam lineã in minimum, quod insit, diuidi. minimum quippe minus est etiam eorum, quorum minimum dicitur. at lineæ nihil aliud q̃ punctus inest, & linea, atq; lineę: linea vero puncto maior non est. nam neq; superficies est linea maior: quare punctus non erit in linea minimum. Si vero lineæ coniunctus est pũctus, & minimũ est quod à tribus faciebus, hoc est à tribus partibus deficit, non erit pũctus eorum quæ lineæ insunt minimum. nam & alia quædam insunt longitudini præter puncta, & lineas. Non enim è punctis longitudo consistit. Si vero id, quod est in loco punctus est, longitudo quippe superficies, & solidum, quædam ex ijs compositæ res sunt: illa siquidem ex quibus constat linea, sunt in loco. etenim & linea est in loco, ac neq; corpus, neq; superficies, neque ex his quippiam in linea sunt, non erit aliquid penitus in longitudine præter puncta & lineas. Amplius si res, quæ maior dicitur esse, in loco est, vel longitudo, vel superficies, vel corpus: est autem pũctus in loco, nihilque longitudini prædictarum rerum insit præter puncta, & lineas, sic quoq; nõ erit pũctus rerum inexistentium minimum. Præterea, si vas aliquod, eorum quę in domo sunt, minimum appellatur, non domui comparatum, sed per seipsum cõsideratum, ijsq; & in alijs loquendi modus seruari solet, nihil eorum, quæ sunt in linea minimum erit ad lineam comparatum, quare puncto non conueniet minimi appellatio. Quoniam vero quod non est in domo, minimum esse nõ potest eorum, quæ in domo sunt, ita & in ceteris est iudicandum, contingit autem lineã ipsam per se ipsam esse, non erit de puncto verum dicere, quòd minimum sit eorum, quæ in linea sunt.

Apparet igitur ex antedictis, è punctis lineam non constare, neque insecabilem & partibus expertem esse lineam, sed diuisibilem esse omnem lineam, atque in infinitum diuisibilem. est autem punctus vt potest nihil, minimum quiddam, linea vero minima non est, sed præcedente minore semper, semper diuidua. quemadmodum igitur minimum aliquid eorum quæ sunt in domo, & nihil ad ipsum comparatum, non dicitur esse aliquid, quod ad domum pertineat, eodemq; & in alijs pacto. quid enim ad pilam, vt ita dixerim, nigredo conferet vel ad statuam facit, sitam esse in dextra vrbis parte, sicne quę in linea minimum, quod finis est, & punctus ad lineam collatum aliquid erit. Quare non conueniet quidem lineę minimum esse, punctus autem in ea, vt pote finis, erit etiam minimum, quod' nihil erit ad lineam comparatum, non erit ita neque linea insecabilis.

Postremo non est etiam punctus articulus indiuiduus, nam articuli semper duorũ terminí sunt, punctus autem, & vnius lineæ terminus est. Insuper pũctus, finis. articulus, diuisio potius est. Adhuc si lineam statuamus articulos, superficiem quoq; articulos concedamus oportet, idcirco, quia proportionem inter se seruant. Præterea articulus quodammodo differentia est. quamobrem Empedocles in suis carminibus inquit

Articuli semper constat iunctura duobus. »
Pũctus aũt etiã inter' immolvlta collocatur:
Postea vero, nullus habet ifinitos articulos
in corpore, vel in manu. at puncta habet.
Et deniq; lapidis articulus est nullus, neq; saxũ articulos vllos habet, pũcta vero habet.

Libri de Lineis Insecabilibus finis.

THEODORI GAZAE THESSALONICENSIS

IN PROBLEMATA ALEXANDRI APHRODISIEI

ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum,

PRÆFATIO.

CVm ægre interim feras Pater sanctissime, si ego falsam deprehendam libri descriptionem, an libros tantum illos de Hierarchia autoris esse Dionysij Athenien sis viri doctissimi velis, nequid religioni derogetur, cætera autem sint, nec ne, quorum volumina esse inscribuntur, parum referre censeas, modo fructus ex his aliquis capiatur, equidem ita censere te arbitror, nec vereor, ne quod hactenus per tam longum tempus crediderint homines, à me reprobari videatur. Multa enim docti interdum per incuriam, indocti sæpe per ignorantiam improbe credunt, & quod Thucydides autor grauissimus inquit, abditam rerum veritatem nullo cum labore multitudo inuestigare consueuit. labitur in ea potius, quæ in promptu & in propatulo habentur. Problemata igitur, quæ tanquam Alexandri aphrodisiei opus conuertere me in latinam linguam iussisti, conuerti quidem, & eo hercle libentius, quo non tantum morem me tibi gerere, verum etiam pleraq; in his quoque scite discuti intelligebam. Sed Alexandri illius hæc, Viri fœcunda sapientia præditi, & veri, atque germani opinionum Aristotelis speculatoris, nullo pacto equidem credere possum. Nam & doctrina autoris illius cum in plerisque aliis, tum in ijs, quæ de animo istæc disserunt problemata omnino desyderantur, & ab elocutione illius adeo longe hæc dissonant, vt facile quisque lectione veterum literarum græcarum exercitus intelligere possit, non id opus ad Alexandrum Aphrodisieum, sed ad aliquem multo recentiorem autorem referri oportere, doctrinę index nullus te melior esse poterit: elocutionis vero, quoniam id per interpretationem patere satis non possit, si meo parum confidis iudicio, sint illi arbitri velim, qui neque per malignitatem ementiantur, neque per ignorantiam literarum gentis græcæ bonarum aberrent. Sed, quamquã Alexandri Aphrodisiei problemata hæc esse non putem, vtilia tamen, legendaq; ita iudico, vt nec tibi conuerti iussisse displiceat, nec me munus hoc vnquã pœniteat suscepisse. Quamobrem hæc illis Aristotelis problematibus, quæ superiori anno conuerti, tuoq; dedicaui nomini, adiungenda, si placet, iubebis, ut copia larga problematum eodem codice contineatur, fructumq; sic capere ex uicino liceat ampliorem. Nã, & sermonis faciem talem nos scitamentis huius recentis, parumq; linguæ periti autoris posuimus, ut ex eadem officina interpretis, ex qua illa Aristotelis, hæc quoq; exisse viderentur,

Vale.

ALEXANDRI

APHRODISIEI

PROBLEMATVM

LIBER PRIMVS,

Theodoro Gaza interprete.

PRAEFATIO.

QVæstionum naturaliũ ratio partim certa ex se, conspecta q; est, omni ambiguitate, discussio neque abiuncta. Quis enim, modo mẽtis sit compos, quærat, quam ob cãm natura pẽnas volucrum generi largita est, cùm tam longe omnibus pateat, pennas primum fouendi gratia, perinde atque amiculum genus animantium illud induisse, deinde ornatus etiã causa eum in modum extitisse, scilicet eadẽ illa ratione, qua pilis naturæ ingenio tegun tur, quæ ingressu vtuntur animantes, qua cortice serpentes, qua squamis, aut testis bestiæ incolæ aquarum? Cur item natura alijs animantibus cornua dederit, alijs aculeos, alijs vngues acutos, aut rostra, aut quid tale, quis quærere debeat? Constat enim naturã his ipsis veluti quibusdam hastis natiuis bestias suas muniuisse, quo sese defendere ab ijs possint, quæ detrimentum inucherẽt. Cõstat item fructuum, ac seminum genera, quæ ad ortum, vicemq; succedendi perpetuã natura molita est, tunicis, aut corpusculis aliquibus humidis, *aridisue, aut corio vestiri, vt secura tum à frigore, tum ab æstu, tũ etiã ab animantium iniuria præseruẽtur. In multis certe ne ipsum quidem tegumentum penitus esse inutile naturæ solertia passa est: sed cibo idoneum suis prouida animãtibus astruxit. stirpes iam ipsas frõdibus, libro, cortice, reliquis id genus pẽnarum pilorumue vice obduxit: quippe quæ prænorit, vt vel à nimio frigore, vel ab æstu immodico offendi, inteririq; possent, nisi ita operta, consepta q; manerent, nõnulla etiam spinis tanq; spiculis cõtra animantiũ morsus armauit. flores pterea varios prestitit, vt exornaret, formosumq; genus sturpiũ liberalissime redderet, vtq; nuntios quasi statueret, qui mortalibus fructuũ infantiã mox pdicerent emersuram. Hęc tam dilucida, tam certa, qui discutienda in mediũ affert, mente proculdubio vacat. at qui ambigat, an calor igni insitus sit: hic tãgendi sensu orbatus degit. qui quęrit vtrũ natura, & ratio prouida rebus orientis, occidentisq; consulter, decernatq; ordinẽ, morum, positũ, speciem, colorem, cætera generis eiusdem: hic porrò criminis teterrimi reus est, grauissimusq; pœnis obnoxius. Quæstionũ igitur ratio, quod proposui, partim ex se certa manifestaq; est, partim inexplicabilis, modumq; penitus humani ingenij excedens, Deo duntaxat cognita immortali, qui rerũ omnium parẽs, atq; author est. Operis quidẽ solertissimi cuiusdã rõnem artifex qui extruxit, itegre tenet. cęteri verò, qui artis sint illius ignari, rõnem nullam reddere quæũr, sed tantũmodo rẽ inspectãt, & demirantur. Quæstiones, quas inexplicabiles dixi, huiusmodi sunt: quã ob cãm ridere hirundines soleant, quos in alis, & costis, aut plantis titillamus. Cur nonnulli, cũ mutuũ marmorũ attritum, sectionẽue, aut ferri stridorem, limarum've sentiunt, dentibus obtorpescũt. qui fieri potest, vt stupori dentibus à frigidis fructibus iniecto portulaca herba, quæ frigida est, medeatur, cùm non res simules, sed cõtrarijs esse debeant. Qua de causa lapis, qui magnes vocatus est, ferrum solum attrahere, ramẽtisq; ferri *nutriri valeat, electrũ, siue succinũ floccos, festuculasq; sibi ita coniungit, vt hærentes possit attrahere. vnde fit, vt leo gallum tãtummodo extremescat. Quid est, quod gallina edito ouo festuca aliqua se, & ouũ lustrat. Quare veratro coturnices, cicuta sturni vescuntur, quæ toxica hominibus esse certum est. Quam obrẽ scammonea bilem ducat: cucurbita agrestis, agaricũ, veratrũ candidũ, euphorbium, granum enidium pituitam. veratrum autẽ atrũ, ac epithymum bilem atram. Cur aluus nonnullorum rebus astringitur, quæ aliũ resoluere cõsueuerunt: contra quę his resoluuntur potius, quæ astringere possunt. Quam obrẽ alius alio cibo delectetur, eundemq; alius facilius, alius difficilius concoquere valeat, cũ nulla ratio, vel caloris, vel alicuius rei eiusmodi intelligatur. Nemo sanè vel torpedinẽ piscem torporem per funiculum nostro inuehere corpori, vel triglam *obtentam vtrium à torpedine accitum tollere ignorat. permulta id genus licet enumerare, quæ nosci tñ experimento potuerunt. Vnde apud medicos abditæ illæ, delitescentesq; causæ his in rebus habentur, quarũ nulla rõ reddi

* ἀνάθρεπτον, ἐκτρεφόμενον, nutriri.

* ἀνατεθὲν, Lignosum.

* ἀνατεθὲν

poterit. Quo circa temere sane agunt, qui genus id quæstionum solutionibus mandare contendunt. nec dici improbabilius quicq̃ potest, quã rationes, quas illi adducũt. quippe medicamenta, quibus purgandi vis data est, idcirco * materies ducere posse inquiũt, quoniam habitu sunt calidiori: quod error est. nã si iure calori causa daretur, calida omnia vim illam purificam sortiri vtiquæ oporteret. nunc vero piper, quod longe calidius, vim non trahendi, sed concoquendi, corroborandique possidet. cuius etiam generis mastichẽ, & aloen eẽ nulli dubium est: itaq; reciprocari ista nequaquam censendũ. Nam & si omne, quod ducere potest, calidũ est, haud tamen vicissim ita consequitur, vt quod calidum est, idem etiam ducere possit. Volunt item struthiocamelum ví sui caloris ferrum concoquere: quod absurdum penitus. Leo enim, qui lõge quàm struthiocamelus calidior est, ferrum concoquere non potest. Nec vero Medicinæ artis authores tm̃ rerum statuere proprietates coguntur, sed philosophi etiam, et grammatici eòdem persæpe veniũt. etenim quæ πάθη, id est affectus appellant, vsuq; comprobata obseruant, nõ nisi vicem complent proprietatum. Quæ renda igitur illa sunt, quæ locum obtinent mediũ, hoc est, non quę perspicua ex se sunt, vel tã occulta, vt percipi à nemine possint, sed quæ quantus difficilia, & obscura, explicari tamen, lucemque recipere rationum, & doctrina hominis, atq; ingenio possint. Solutionem autem quæstionis cuiusque petendum ex rei vel habitu, vel specie, vel actione, vel ex rei simili consensu, vel ex colore, vel ex deceptione sensus, vel ex equiuocatione, vel ex viribus, quæ magis, minusue efficere possint, vel ex eo q̃ res durior, aut solutior, aut maior, vel minor, vel ex tempore, aut ætate, aut more, vel * parte essentiali, aut euentitia, vel ex rerum similium conditione, quorum exempla ex quæstionibus tum a nobis, tum ab aliis explanatis colligi possunt. his igitur normis, ac metis, omne quod quæritur, probationi potest solutioni que mandari. Sed, cùm nõ solum ratione, quæ in vniuersum doceat, verum etiam singularũ rerum tractatione aius auditoris regẽdus sit, hq; ponẽda soluẽdaq; cẽsumus.

χυμους αλατε, humores trahere. Atque hoc semel annotatũ sit, quod p humore, materiã fere interpretatur.

Pol. lem. •

CVr Homerus hoies à canitie temporũ μελιχροτάφους cognominauit? Quòd ea maxime parte capitis canities oriẽ, ob eã scilicet rem, quod pars capitis prior humidior, quam posterior, & pituitosior est.

Cur parte priore cãpitis sola caluescere solemus? Quòd mollis & laxa est. cũ enim plus ob naturalem siccitatem vacat alimẽto facile defluit, vt qui non ita solide parte innitatur priore, sicut posteriore, quæ siccior, atque spissior est, caluitium ex siccitate oriri solitum est. quam ob rem quibus crispus capillus est, citius caluescunt. canescunt autem serius, vtpote, qui capite sint sicciori. siccitas enim pituitosam illam materiam totam absumit. sunt ijdẽ præterea vigiles plus quam cæteri. somnus enim humore consistit. Quod quidem argumento cõstat infantium, qui vt humidi excrementosique sunt, sic somniculosi esse consueuerunt. patet idẽ vel ex humidis corporum affectionibus: atque ex ijs, qui vel vino sese inebriarunt, vel crebro balneo vsi sunt. Quinetiam minus excrementi mittere ijdem solent per partes, quę secessui vacantis materię deputatę sunt, os, inquã, nares, oculos. At qui capillo sunt promisso, & simplici, capitis humore abundant. itaq; contra afficiũtur: quippe qui aut nunquam aut lentius caluitium sentiant. fieri tamen potest, vt vel vitio sui generis quis caluescat sicut et articulorum dolores, & plerique alij corporis affectus de parentibus ad prolem descendere consueuerunt, vt nõ desint, quos morbos liceat hæreditarios appellare. Ergo vel ea ipsa de causa, vel celerius caluescere, vel excrementosus, somniculosusque esse quis potest. canos autẽ candidos esse propterea necesse est, qa pituitæ, ex qua orti sunt, colorem imitantur. nonnunquam etiam ad colorem pene auri vergunt, videlicet vbi se cũ pituita bilis vitellina pmiscuit.

Cur excrementis abũdare, ac vigiles esse senes consueuerunt? Excremẽtis certe abundant, qui frigidiores, atque debiliores, atque ad concoquendum ineptiores longi temporis spatium reddidit: hinc enim excremẽtis foramina, meatusque corporis redundant. Vigiles verò, qa siccio res parte corporis solida efficiuntur. Infantes prorsus, quia ex cõtextu foraminum, & parte solida corporis sunt humidiores, non tantum excrementosos, sed somniculosos quoq; esse necesse est.

Cur pueri non canescunt, cùm humidi excrementosiq; esse soleant? Quia humidi, & calidi sunt: pituita autem, vnde canities, humida & frigida est. adde, quòd puerorum caluaria mollis, laxaq; est instar cutis, itaque vacãs materia, & mutilis diffluri potest, atque euaporari, seniorum prædura est: tempore nanque obdurescit, ac densa, solida, ossea redditur, vnde rimas in ea natura perduxit, quibus vapores excrementitij effluri, atque euanescere possent

Cur mulieres, & spadones canescere celeriter soleant? An mulieres, quia natura frigidæ sunt, atq; ex otij causa. sic enim plus materiæ inutilis contrahi potest, præsertim si menstrua defuerunt. Spadones, quia nõ amplius semen excernunt, sed excrementum illud seminis genitale, quod pituitosum est, per totum corpus mistum cum sanguine digerunt.

Cur item careant pilis? Mulieres quidem, quia frigidę sunt, foramina sui corporis spissiora habent, atque coarctiora. vis enim frigoris contrahere, constipareque aptissima est: itaque exitus pilis denegatur. Spadones vero, quia iusto humidiores sunt, excrementisque admodum redundant. hęc enim ratio est, cur loca neq; præhumida, neque præsicca, saxosaque herbas edere valeant.

Cur pedes spadonum magna ex parte solent deprauari? Quoniam præ nimio, quem dixi, humore, membra admodum madefacta, & emollita, & proinde debilitata gerũt. itaque. fit enim vt pondere superimposito corporis, crura parum ad sustinendum valida, per uertantur. quo modo harũdinem pondere superannexo flecti necesse est. Rem autem duram, & siccam esse validiorem, inque suo officio stabiliorem: humidam vero & mollem imbecillam, parumquæ efficacem extare: argumẽto sunt ligna, pelles, funes, atque etiã homines. quippe, si qui per luxum balneo & poculo immodice vti sunt, imbecilliores reddantur: sed si per frugalitatem modice sese reficiarũt, robustiores, efficaciores euadant. Vnde fit, vt spadones quidem efficmi nati imbecillique sint, forsitan & vinosi, vtpote qui pituita magis abundent. cùm enim habitu sint frigidiori, aridos esse rei contrariæ verisimile est. vinum autem natura est calidum. Aethiopes vero, vtpote siccio res, crispi, macilẽti, musculosi robustiq; constãt.

Cur idem vocem reddunt acutiorem? Quoniam humor ille immodicus fauces, canalem asperum cognominatum obcrassans, atque infarciens lõge reddit angustiores. & cùm spiritus per angusta se promat, vocem agat acutiorem, quam in integris fiat hominibus. necesse est. His enim vox ampla permeatus laxitudines informatur, & ducitur. Argumentum ex tibiarum foraminibus accipi aptissime potest. humor autem nimius spadonum vel eo cõstat, quòd percrassari &

mãmas fœmineas explere, & genas habere tumidiusculas, & pilis esse promissioribus, & canescere facile consueuere.

Cur è spadonibus nonnulli rem aliquantisper venereã appetant, & amore interdũ teneãtur? Quoniam sunt, qui cùm pubescerent, castrati, collisi ve fuerunt. Itaque veluti semispadones sunt. adde quibus secur seruẽtius, & seminis conceptacula ampliora, hi veneris vsum sepe imaginantur, & appetũt: agere tamẽ quod cupiunt non possunt, quoniam coles eorum mox emarcescat, & langueat. Spiritus enim, qui diutius tumefacit, deest: quippe cùm semen nõ adsit, vnde spiritus ortus per meatus semini attributos deferri ex parte coxarum consueuit. Quam ob rem fit, vt meatus illi collapsi perinde atque in puerili ætate possint excæcari.

Cur cæteris omnibus nostri corporis partibus, quas pili integunt, canescere consueuimus, alis verò nequaquã? Quoniam locus iste calidior est, quippe qui cõceptaculis tũ spiritus naturalis, tum sanguinis, sit refertus: qui etiam quia laxior, atq; solutior est, ideirco excrementa pituitæ digerere, atq; diffla re: assidue potest. quod quidem argumento constat sudoris assidui alarum.

Cur nonnulli pudore affecti alis insuda re cogunturs? Quia pars ista corporis laxior est. Natura quippe ab eo recedit. quod vel reuerendum, vel cauendum est: atque paulisper sese cum sanguine colligit, recipitque in venas atque arterias ampliores, quæ vbi expletæ fuerunt, extillare incœperũt. quod idem etiam euenire ijs nouimus, qui affecti lætitia sunt, ob eam scilicet rem, q̃ elaxari, resolutique corpus totum, maximeque alas necesse est.

Quam ob causam pallidi, qui metuerunt, efficiuntur? Quòd natura humana vsque interior, quæ corporibus nostris cõsulit, ne quid extrinsecus capiat detrimenti, cõtinuo fugit, & se ad loca confert penitiora custodiæ gratia. quemadmodum nos quoque domum eadem causa petere solemus: quò cùm properat, sanguinem secum trahit. quo solo vehiculo, alimentoque vti consueuit vtpote qui ex succis omnibus sit bonus solus: hic autem est, qui florem nostro largiri corpori potest.

Cur idem illi contremiscere cõsueuerũt? Quoniam vis etiam animalis per cõsensum vtique naturalẽ diffugiens, neruos relinqt imbecillos, qui suo robore mẽbra sustinent, firmaque tuentur. Hæc eadem ratio est, cur

& aluo fundantur, & mingant inconsulte. musculi nāque, quorum interest meatus, excrementorum claudere, debilitati retinere amplius nequeunt.

14 Quam ob causam rubescere solent, qui gaudent? Quoniam natura sponte rei occurrit, quæ grata extrinsecus accessit. Quemadmodum nos amicis, aut liberis obuiam vltro festinamus, naturam autem sanguis comitatur, quem suo colore cuti florem posse largiri, palloremq; ob eius orbitatem oriri proposuimus.

15 Cur erubescere consueuerunt, quos puduit? Quoniam natura sua naturali quadā, non arbitrali conscientia verecundatur, ac reueretur, quod honorandum, colendumq; senserit. Itaq; more pudicæ, nobilisq; puellę cōpescitur: & se ad loca penitiora corporis recipit, atq; occulit. quod cū agitur, sanguis concitus liberalius fluitat, cutemq; suo colore pertingit. Sunt tamen, qui naturam sese ptegere copia sanguinis assueuerent. quomodo & manum naturali ingenio tantisper faciei admouere solem⁹, dū pudore afficimur.

16 Cur nonnulli à vita præ nimio metu discesserunt? Quoniam vis naturalis admodū interiorem subiens partem sanguine, calorem insitum atq; vitalem solitum de corde oriri obruit vniuersum, atq; extinguit. qua ratiōe oleum quoque multum, vniuersimque lucernæ infusum flammam potest extinguere: calor quippe corporis ille perapte flā mulæ lucernæ respondet. & vero, qui dolore vexantur nimio, eadem ipsa de causa discesserе è vita: interit enim motus iterior natiui caloris, quemadmodum ignis quoque obturatus extinguitur.

17 Cur multi ebriati vino obierunt? Quoniam vini copia naturalem * animalemq; vim omnē suo calore opprimit, maximeq; id sentiunt, qui calorem insitum exiguū cōtinēt, atque imbecillum. Qui enim multus, ac validus est, resistere amplius, ac spatio tēporis copiā omnem illatam cōcoquere potest. quemadmodum plus olei infusi flamma tolerat, quæ largior est.

* vitalemq.

18 Cur membra senum obtremūt? Quoniā **nerui** membrorum, & musculi vi sua mouēdi priuati non amplius æque partes continere firmare stabilireq; possunt. fit etenim tremor, cùm pondus quidem membrorum corporis trahit deorsum: animæ autem vis sursum eleuat, idq; vicissim, atque assidue agitur. Hinc enim incurui senes in terram corruunt, & ne id fiat, baculis sese sustinent, & tanquam caducos parietes lignorum admiculo continent erectiores. Hæc eadem virium imbecillitas facit, vt & vrina, & alui excrementa prodeant inconsulte.

19 Quam ob rem pallescere solent, qui ægritudini succumbant? Quoniam rem tristem natura sentiens paulatim descendit ad loca sibi penitiora cum sanguine, qui coloris author est. minus tamen illi, quàm qui metuūt, pallescunt.

20 Quam ob causam qui lætitia * exultant, resoluuntur? Quoniam vitalis vis, & insitus calor foras ad rem lætabilem immodice profluens dispalatur, ac interit. Vnde fit, vt & sudent, & rubeant sanguinis aduentu. Calorem enim natiuum, ignemq; ipsum, vt per loci sui appetitionem sursum efferri, sic per alimenti desyderium ima petere necesse est. Igit vtralibet mouēdi rōne perempta, calor ilitus interit, & vis omnis vitalis euanescit.

* Al. exultāt vehemēter, nōnūq; etiam resoluuntur.

21 Quam ob causam qui vel anguntur, vel irascuntur, vel amāt, frequenter ampliterq; suspirare consueuerūt? Quoniam qui angūtur, animum totum ad rem, quæ dolori est, conuerterunt: qui irascuntur, rei, qua concīti fuere, intendunt, qui amant, rei tantum incumbunt, cuius desiderio detinentur. Itaq; animus cōuersus ad id, quo sollicitaī, negligit, & quasi officij sui obliuiscit: videlicet, vt musculis thoracis vim mouendi suppeditet. Cor igitur, cùm neque per intensionem pectoris aerem capiat, quo ventilari, refrigerariq; possit, neque per remissionem seuocet, quæ sanguinis ardor fauillacea excremēta commisit, ne stranguletur, animam cogit, & ad desertum officium reuocat, et hortat, plurimam musculis præstet * rationem, & inspirationem, expirationemq; ampliorem efficiat, vt & copiam aeris frigidi capiat, & excrementorum largam ejiciat copiam, ita vt quod vices minuræ, crebreq; spirandi essent facturæ, hoc vna amplior respiratio subministret. Quam rem συναζαν hoc est suspirare veteres ab angustia cordis dixerunt, & quidem ad quoddam tempus latè suspirāt, idq; sępius faciunt, quoniam animus quidē, vt dictum iam est, rē, à qua excitatur, assidue dispicit, natura vero aliquando cordis gratia cogit vim mouendi trāsmittere thoracis musculis ampliorem. Quod autem in thorace respiratio est, hoc i reliquo corpore seductio spiritus per arterias habetur, ac inspirationi intensio, expirationi remissio respondet. Sphygmus aūt, id est, pullus ipse intēsio meatus, & remissio in corde & in arteria est.

* motionē.

Cur

22 Cur ægre id genus carnis concoquitur, quod insitium appellatū est? Quoniam sua leuitate fluitat in vētriculo per cibi humidi medium: nec eius corpus attingit, quo tactu fieri concoctio potest, sed iuxta gulam redūdat: cuius officium cibis non coquendis, sed appetendis delegatum est. Quinetiam foris aquæ iniectum non subsidet, sed innatat. quoniam dum carnes teruntur, spiritus admittitur præleuis, qui corpus eleuet, & in humore fluitare aptissimū reddat, hinc etiā molle, solutumq; forte talis spiritus euadat, necesse est.

23 Cur aqua perfrigida grata prurientibus est? Quoniam causa cur membra pruriāt pituita crassa & perfrigida est: hæc autem facit, vt cutis hebetior sit, atque stupentior.

24 Cur ijdem balneis delectantur calidis? Quoniam pituitā calor * digerit, & vngues excutiunt.

* secundit.

25 Cur terga amplius, quàm cæteræ corporis partes pruriāt? Quoniam plus pituitę cōtinent, vtpote quę frigidiora sint. Quam ob rem senes pruritus magis exercent, quia frigidiores sint.

26 Cur homines, qui breui sunt corpore, prudentiores magna ex parte sunt, quàm qui lōgo? Quoniā animus toto i corpore coactio⁹, et compactius manet, si breue est: si lōgum, passus per longitudinem exoluitur, & hebetascit. vnde Homerus Vlyssem breuem, ac prudentissimum refert, Aiacem longum, & stultissimū prodidit. Hoc modo qui breuiore sunt corpore, sunt etiam fortiores quā qui proceriore.

27 Problema hoc in nonnullis exemplaribus nō legebatur, nec ob id, à Theodoro fuit trāslatū.

Quare qui minus sunt prudentes, suspenso corpore, ac vultu sublimi incedūt? Quia quemadmodum nauicularius non admodū robustus nauim recta non agit, sic nec corpus animus imbecillior.

28 Cur plerique stulti liberos prudētissimos procreauerunt, & contra, multi valde prudentes stolidissimos? Quòd homines stultiores cùm concūbunt, totos libidini sese dedunt, itaque animo penitus in corporis concreationem demerso, astrictoq; rei tantum venereæ, semen vires optimas tum rationales, tum naturales adeptum perfluit, creatq; proinde hominem prudentiorem: At homines prudentes, & docti semper aliquid vel honesti, vel vtilis animo cōplectūtur, nec in ipso quidē venereo coitu omnino à rerum studio desistunt. itaq; animo remissiori profluens semen expers longe facultatis illius animalis incumbit. Hinc etiam deduci ratio pōt, cur homines stulti atque indocti filios robustos maxime procreant, prudentes & docti imbecillos.

Cur ferarum animantium stercus minus, quàm vrbanarum fœteat, & damarum, & aliorum quorundam excrementa paulisper aroma redoleant? Quoniā ferè cibo sicciori simpliciorique vescantur, laborantq; vehementius: hominum vero stercus omnium maxime animantium fœtet, quòd vario, humidoq; cibo magis cæteris vtuntur: atque plus quàm sit satis importune prius, q̄ egeamus, gulæ ingerimus, atque minus nos per laborem exercemus, atq; minus calore abūdamus. cùm igitur cibus, vel plene concoq̄, vel satis diffiari propter copiā non queat, putrescit aliquantulum, itaq; grauius fœtet.

Cur sinapi, & piper, & acrium omne genus cuti superimpositum nostri corporis vl cerare nimirum potest, deuoratum vētrem vlcerare non poterit? Quoniam ante immutatur atque concoquitur, quàm incipiat agere. adde quòd eius vehementia hebetascit mio ventris humore, quinetiam cutis suam ob densitatem tempus ad agendum rebus admotis acribus, satis adhibet: & quoniam imbecilla est, facile sentit, at pars intestina vna, & laxior & validior est.

Cur & præ nimio dolore, & præ nimia lætitia æque lachrymæ excutiantur? Quoniā qui dolent, spissitudine meatuum, qui positi oculis sunt, humorem, quem oculi continent, exprimūt. dolor enim meatus refrigerat, atq; astringit. At qui lętātur & gestiunt, humorem ex laxitate meatuum effundunt. oculi tamen quicunq; arctioribus constant meatibus, lachrymam neutra de causa mittere consueuere.

Quā ob causam qui dolent, summa corporis parte pallescere consueuere? Quoniam vires naturæ cum sanguine partes iteriores corporis subeant, sicut superius dictum est. sanguis autē est, qui summam corporis partem calfacere possit, & laxare.

Cur sæpenumero euenit, vt qui mingunt, etiam flatum ventris extrudant? Quoniam vesica plena vrinæ intumescat, & premat, et adducat rectum intestinum: itaque vrina, dū egeritur, intestinum illud relaxatur, & flatibus intestinis inclusis libertatem effluendi concedit. Sunt tamen, qui dum vrina secernitur, consensum quendam mēbrorū effici omnium censeant.

Quam ob rem qui oscitantem viderunt, oscitare incipiāt? Quoniā natura animantiū

conscientias

consentiens inter se, afficiq; mutuo aptissima est, maximeq; brutorum. Hinc vbi è grege asinorum meiere vnus adorsus est, cæteri quoque omnes identidem faciunt, quibus vesica plena est vrina.

35 Cur sanum lippiens sua aduersa valetudine afficiat, sanus vero lippientem sua bona valetudine emendare nō queat? Quoniam oculi humidi, molles, affectuiq; opportuni sint. adde, q; sanitas temperies quædam sit corporis: morbus autem intemperies, faciliusque modicus habitus ab immodico mutetur, vertaturque, quàm econtrario: merito lippitudo, quæ habitus quidem immodicus est, sanitatem, habitum laudabilem celerius mutat. omem mutationem autem ob naturalem cōsensum corporum fieri certum est.

36 Cur numus, aut pomum in aqua demersum amplius seipso videatur? Quoniā aqua submerso adhærens corpori, eadem afficitur qualitate, coloremq; proinde trahit eundem, quo fallere oculū possit, quasi corpus amplius sit, cum vndique aqua continetur. Hac enim eadē ratione Sol quoque, & Luna, & Errones omnes, cum vel exoriuntur, vel occidunt, corpore esse ampliori videnē: quippe cum ita primum cœlum recipiat eandem qualitatem, afformetúrque consimilius.

37 Cur quadrata è longinquo rotunda esse videantur? An quia quadrati angulos vtpote subtiles è longinquo percipere oculus nequeat: quibus detractis rotundum videtur, quod relinquitur.

38 Quam ob causam, cū aliquid procul percutitur, ictum ſtatim cernamus, ſtrepitum lētius audiamus quanquam vna cum ictu ſtrepitus oriatur? Quia visum tenuiorē atq; acutiorem quam auditū habemus. visus igitur anticipare, vtpote acutior potest, auditv vt crassior, lentius suo fungitur munere. Eadem hæc ratio est, cur in attritu confrictuq; nubium ictum, quod tonitruū appellamus, & ardorem, cui nomen fulgur inditum est, nō ex æquo percipiamus: sed fulgur primū videamus, post tonitruum audiamus: quanquam ictus vel prius tonitruum, quam fulgur efficiat, vel vtrunque simul cōmittat. Ergo vel hac in re visus vtpote agilior, & tenuior præcurrit atque anticipat, auditus vt crassior & retardior, postmodum sentit.

39 Quam ob rem ex frigoris vehemētia partes nostri corporis cæteræ rigeant omnes, facies minime, cum hæc vna detecta frigori pateat? An propter cōsuetudinem. facies. n. quòd semp detecta est, aeris mutationibus insueuit. iuuat autem plurimū ad resistēdū consuetudo, atque exercitatio.

Quam ob causam bilis suo conceptaculo affectu admodum facili complexa nūquam id corrodat, vbi vero in dentem corpus soli dissimum paulisper decubuit, illum corrodat, atque interimat? Dixerim, quia natura, vt in illo vno corpore bilis cōtineat, statuit, vis enim naturæ plurimum ad prohibendū ne quid officiat, valet. Constat hoc etiam rebus alijs. fœtus enim decem fere menses in vtero permanens nullum ponderis sensum gerenti fœminæ mouet. at si quis flatus eodem ruat, tormentum protinus excitatur, & pondus sentitur, & distentio rapit intolerabilis. arteria item aspera spiritus vnius conceptaculum est. ita, vt si quid cibi, aut humoris in eam delapsum sit, strangulatio sequatur, & tussis subita: natura enim non cibo, sed spiritui viam hanc vni vendicauit.

41 Cur alq; balneas sitibundi ingressi, extincta siti egrediantur, alq; contra? Qui habitu sunt ficciori, siti balneo humefacti absoluūtur, præsertim si non penitus habeant siccitate. at qui humidiores sunt, & siti omni vacātes, ijs humor per sudorem absumitur, itaq; sitis creatur: quippe quæ siccitate oriri solita sit.

42 Quam ob causam radice per cibum ingesta, alij fœde eructant, alij non? Quorum vētriculus non vitiosis excrementis, maxime que pituitosis redundat, horum eructus purior est. Quorum autem illis redundat, impurus, & male olens. radix enim vim calfaciendi, incidendi, extenuandiq; materias obtinet, flatusq; ex humoribus mouet, quos p ructum retrudit, ac reijcit. ita feces quoq; diri odoris, si immotæ manent, fœtorem non spirant: si mouentur, ampliter spirant. haud enim audiendi sunt illi, qui radicē ipsam vitiosam natura, & fœtido constare genere cēsent. argumento quòd etiam foris tam marcida male olet; nam si id esset, omnes, qui eā edissent, fœtidum eructarent.

43 Cur summis frigoribus, digiti & omnino extrema corporis nigrescant, & decidant? Quia vis summi frigoris calorem ilitum ad corporis profunda impellit, & claudit. itaq; extrema, quoniam vires * animales & calorem nequeant adipisci, primum liuent, deinde nigrescunt, & moriuntur. decidunt vero propterea, quòd natura reliquo suo corpori consulens, adstringit ad se quod integrum est. relinquit, atque reijcit, quod mortuum

vacat

42 φ. φαγον redicē red. dit.

* Males.

vacat. extrema ita affici possunt, eo quòd parum carnis, caloriſq; obtinent. hinc enim & in genere stirpium, quæ infirma laxioraque & minus calida sunt, frōdes hieme ineunte amittunt. Errant enim, qui principio calorē innatum vim aduersam frigoris aufugere introrsum existiment: proinde coactū, et quasi recreatum proficisci vniuersum larga cum copia omnibus auxilio membris: itaque feruore nimio extrema posse exuere: nam dū intus manet, cogi melius potest.

44 Quam ob rem qui extremis perfrixere, si membra igni admoueant, doleāt vehemēter? Hoc vniuersim & ad subitam qualitatis mutationē accidere arbitrandū est. ut enim, vt ex multo frigoris repente transeant ad multum caloris. omne autem quod immodice, vniuersimq; malo agitur habitu, dolorem naturæ infligere potest. sicut quod per habitum bonum modice, atque ad naturalem cōditionē vniuersim mutatur, naturā vero vehementer permulcet, atq; oblectat. corpus enim humanum habitu tēperatiori, quàm cætera animalia constat.

45 Quā ob causam, q; piper, aut panis frustum grādiusculū deuorarint, singultiāt? Qui vētriculum mundum, & sentientem, & calidū habent, hi celeriter piperis acritudine mordentur: quo morsu stomachus ad repellendam rem, quæ id efficit, excitatur. Itaque oritur, qui singultus vocatus est. At qui vētriculo sunt frigidiori, pituitoso, atq; hebetiori, hi lentius singultiunt. quinetiam qui panem incisum iusto amplius deuorarint, oppressi magnitudine panis, singultire coguntur. membrorum enim natura nequit quiescere, quoties aliquo detrimento infestatur. Piper igitur qualitatis suæ acritudine facit, quòd singultus obueniat. quomodo bilis quòque interior pungit, & concitat. Panis vero sua opprimens quantitate idem committit more pituitæ, quæ singultum aggrauando ciere potest. respondet enim piper bili, panis pituitæ, vtraq; vero proxima rebus extrinsecus infestantibus: dixerim, spinis & lapidi. piper enim & bilis acumini spinatū respōdēt: pituita & panis lapidū pōderi.

46 Quam ob rem vitia, quæ in vnguibus digitorum constiterint, dolore afficiant vehementi? Quoniam nerui ad extremos vsque porrecti digitos suis ipsi excrementis vngues conficiunt, sicut etiam dentes in gingiuis. Cū igitur vis, quæ per neruos author sentiendi præstatur profluens extremis insistat digitis, eo se colligens, augeatur aquæ modo, quæ in compita confluit, constat eo magis dolorem posse amplificare, quoniam plus sensus vitijs augetur.

Quam ob rem ijs, qui panem incisum grādiusculum deuorarint, & ob eam rem singultire incipiunt, retentio spiritus singultū sedare possit? An quia stomachus ad asperam arteriam positus est, idcirco premitur ab ipsa arteria, & instringitur, ita vt panis intrusus in ventriculū excutiatur, quo excusso, pondus tollitur, quod singultū ciere põt. 47

Quam ob causam qui ex pane singultiūt, soluantur singultu, cùm triste aliquid audierint? quoniam sunt intenti ad hoc, quod ægritudinem attulit. Cùm enim vis animalis aliorsum conuersa, mouere thoracem desinat, spiritus parum tantisper affluit: itaque coactus singultum præ sua copia sedat, vt dictum iam est. 48

Quā ob causam, cùm picturas intuemur, si prope astamus, colores plano contineri omnes videam⁹, si procul, partim cauo, partim deuexo representari necesse est? Quoniam vis conspiciendi, quoties per longum extenditur interuallum, languescit: atq; ita colorum profunda diligētius nequit explorare, sed partem albiorem deuexam videt, nigrorem cauam. Album enim, quoniam lucido proximū, foras versus elucet, nigrum, vtpote obscurum, introrsus nitet. Hic adjicit illa congruum iudico, Artium aliæ materiā transformare solent, vt cùm fictor æneum equum, bouem, aut quod aliud animal conflando, aut ducendo hominem, aut vas aliquod affingat, videlicet materia æris à forma in formam immutata: aliæ per adiectionem agunt, vt quæ cæra, aut luto effigiant: aliæ per demptionem, vt quæ animal sculpēdo affōrmāt: aliæ per compositionem, atq; appositionem, atque conglutinationem, vt ars ædificandarum ædium, aut nauium, aut lignaria: sunt præterea, quæ per habitus alterationem, penitiorem que immutationem fiant, quemadmodum natura genus animalium ex semine creare solita est: nō desunt, quæ per habitus mutationem atque additionem prodeant corporis, quomodo natura membra enutriēdo augere vtique cōsueuit? addo etiam, quæ per colorum mistionē, atq; adiectionem corporum conficiantur, vt artem pingendi suo fungi officio nouimus. 49

Cur aqua frigida neruis officiat, calida non prosit, sed talis quoque aduersa sit? Nā si quid noxium est, contrarium eius commodum esse necesse est. haud enim fieri potest,

vt

At 1. prima ratione, & p se efficiatur.

vt contraria modo cõsimili efficiant. Dixerim aquam, nõ qua est calida posse officere, sed qua calida & humida. neruorum etenim ictus, quoniam summa in neruis sensio est, contendi, astringique desiderant. quod humor præstare nequit. imò neruos emollit, laxat, ad cariẽ ducit: calorẽ vero neruis haud quaquam esse incommodum constat, argumento olei, cuius perfusione iuuari neruos palàm est, eo scilicet quòd aliquid obtinet astrictionis.

efficitur. At 1. per se neruis.

51 Cur poma obesse sua frigida humidàque natura possint: aqua, quæ frigida & humida est, non tantundem officiat? An ꝙ aqua pomis tenuior est, ac digeri celerius potest: idcirco non ex æquo offendit, præsertim cùm membra firmare aliquantulum valeat.

52 Quam ob causam plerique cibos crassos, atq; difficiles cõcoquere facilius possint, vt carnes bubulas: faciles, & succi cõpotes labdabilis ægre concoquant, vt pisces saxatiles? Rationem alij ad consuetudinem referunt, alij ad habitum quendam naturalem ingenio humano inexplicabilẽ: alij ventris calore immodico cibos concoctu faciles vltra modum pro sua facilitate concoqui, itaque perfrigi, corrumpique censent. difficile vero, & quod modice immuratur, concoqui tantum, non præterea quicquam vitiari. Nã & paleæ, quoniam perquam facile afficiuntur, in cinerem vertuntur ab igne largo, & rapido: quod ligno querno accidere nõ põt.

53 Cur farina hordeacea extinguere inflammationes possit, cùm frigidũ omne cogẽdi, densandiq;, non digerendi vim habeat? Dicendũ nõ vt refrigerãdi, sed tergẽdi, discutiẽdiq; farinã posse digerere hordeaceã. Scidit .n. & detergit humores. et verò pleraq; aliarẽ sibi cõtrariã efficere q̃unt, videlicet nõ rõne primaria, & p se, sed secũdaria, & paccñs. Exempli gratia, apium, quod calidũ est, febrem minuit, nõ eo quòd calidũ (similia .n. se mutuo iuuant:) sed quòd materias infestãtes discutere, atq; detergere põt, & vim mouendi vrinam habet. Iris item, & hyssopum herbæ, quamuis calidiores, prosunt tamẽ ad laterum dolores, quoniã materias incidunt, quę inflammationem membranæ coftis subditę excitãt, qnetiã aquę pfusione frigidę neruorum distentionem ex materia ortã frigida sedatã aduertimus, per accidens, scilicet caloris interuẽtu interioris. Quoties igitur ex se nullo interueniente medio quicq; agit, proprie rationeq; primaria rem effici dicimus. at si non ex se, sed per aliquod medium agat actionem per accidẽs, rationeque secundaria proficisci dicere consueuimus.

Cur ante quàm balneas introeamus, tepidam egeramus vrinam: cùm diutius intus manserimus, frigidã? Dixerim quasi per cõparationem alterius ad solitum euenire. vrina enim, cùm tepida effluat vere foras, quoniam nostrum corpus iam frigidum est, tepidum, quod emingimus, corporis cõparatione sentitur. At vero intus, quoniã plus quã vrina corpus recaleat, frigida esse videtur, quanquam aliquantulo calidior est. Cõstat hoc etiã, ꝙ si balneas ingressus prius, q̃ recàleas, te recipias in labrum, aqua, quæ calida leuiter est, feruens admodum sentietur, sed si postquam cõcalfactus es, labrum adieris; non ex æquo feruore eandem percipies.

54

Cur aqua interdum locis effossis maritimis dulcis comperiatur? Causa quòd pars maris tenuior dulcis est: crassior salsa. quantum igitur tenuius est, dulceque est, hoc per terræ foramina trãsmissum, liquatumque in ipsam se condit tellurem. quod ea effossa cõperitur. hæc eadem pars maris tenuior efferri quoque in cælum, atq; in humorem dulcẽ ac in pluuiã euadere solita est. crassa illa resiccata, cocta transit in salẽ. Quę igitur litore laxiori cõtinetur, salsa propterea est, quia crassior quoq; humor terrã subire per meatuum amplitudinem potest, qui salsus est.

55

Cur aqua puteorum per hiemem calida; per æstatem frigida est? Quoniam contrariũ omne suum vitare cõtrarium semper solitũ est: cùm igitur frigidum, quod calido contrarium est, atq; exitiosum, fugiat per æstatem, cùm cœlũ recalet se adima telluris recipiat necesse est: quo euenit, vt aqua frigida efficiatur. Cõtra per hiemem, quoniam extrinsecus frigus vergit, calor ad ima fugiens aquam tepefacit. Contraria .n. per idem loci & temporis simul manere natura noluerat.

56

Cur in Aegypto, quæ terra calidissima est, vinũ frigidum nasci soleat? Ratio eadem illa est, quam superiori reddidimus quæstioni. calor etenim facit, vt frigida omnis qualitas deferat se ad radices vitium. itaque illas refrigerat: quod, cùm stirpibus cõmune euenit omnibus, vites amplius sentiunt, quia molliores atq; affici opportuniores sunt.

57

58

Quam ob causam aqua, quæ feruida demissa in puteũ est, frigidissima fiat? Quoniã frigor putei calori pugnans aquæ demissæ, facilequę prę sua frigiditissima copia superãs calorẽ vniuersum expellit, magnaq; cũ vi pmeat p aq̃, atq; ita vehemẽter eã refrigerat.

Quam

59 Quam ob rem cùm bestiola oculo incidere aliqua, comprimi alterum prodest? Quoniam spiritus visui à natura delegatus, non præterea effluit, sed se colligens, copia larga redundat. itaque ad apertum oculum sua copia deriuatus implet illum, & tumefacit, & in priorem partem reddit propẽsiorem. vnde fit, vt quod incidit infirmum, ac leuius, expellatur. fortasse spiritus quoq; ipse vniuersus occurrens per foramina oculi bestiolam reijcere potest.

60 Quam ob causam qui in faciem percutiũtur, ignem videant? Quòd spiritus visui accommodatus extenuatus per ictum ardet, profectusq; in aerem talis videtur, qualis per ictum redditus est. Sic enim & duobus lapidibus, aut ferris mutuo attritis aer interueniens ictus, extenuatusq; maiorem in modum in ignem conuertitur. quod idem & in nubibus euenire certum est.

61 Cur non lapides omnes per mutuum attritum ignem excutiãt? Quoniam sunt qui corpore soluto, læui, & laxo constent. haud enim æque per attritum aer extenuatur, cùm nullo vehementiori afficiatur ictu propter corporis læuitatem. & cedens quoque, & se in foramina laxioris cõtextus recipiens, nõ omnis pari modo percussus recalescere potest. hoc etiam per attritum lignorum mutuum accidit. Ignis vero, quem de Sole, & aqua excipimus, reflexu radiorum Solis ad vitrum, ac inde reditu ad planũ cõtrahitur. fit enim ita, vt aer amplius cõcalfactus ignescat. quomodo etiam in speculis agitur.

62 Cur scalas facilius descendamus, quàm ascendamus? Quoniam in descendendo põdus nostri corporis iuuat, vt pronius defera mur, at in ascendendo vires dum põdus corporis sustinent, atque efferunt, laborant. sic enim & lapis facilius deorsum, q̃ sursum fertur. nã graue oẽ deorsum ferri aptissimũ est.

63 Cur pueri statim, vt ex vtero parentis in lucem venerunt, plorare incipiant? Quoniã sensum iam & naturam alienam sibi experiuntur: quippe qui ex corpore calido, & molli, quo continebantur, ad aerem frigidũ prodeant, fortasse vel luce ipsa perculsi contristari, vociferariq; incipiunt. Haud enim illi audiendi sunt, qui animum dicant, quòd amisso cœlesti domicilio corpus inhabitare terrenum occepit: idcirco infantem cogere dolere, atque plorare.

64 Cur apes, formicæ, muscæ, atq; ad summã animalia insecta oleo pereant? Quia spiranti meatus continent angustissimos. oleum enim quoniam lentum est, interfepit, et cõcludit iter, ita vt via spiritui omnis denegetur. quod cùm accidat, interitum sequi necesse est. idem etiam serpentibus contingit ex ijs quæ mali sunt odoris. Nam spiraculorum angustias obstruit suffimentorũ crassitudo.

65

Cur flando calida refrigerare, frigida tepefacere possimus? Quoniam nostra respiratio calida est, spiritus qui ore profluit, qualitatem abolere contrariam potest. calida vero refrigeramus, eo quòd calidam etiã qualitatem mouerimus, atq; digesserimus.

66

Quam ob causam carnes, quæ Lunæ plenæ expositæ pernoctarunt, putrescant, & pereant? Quoniã aer orbe Lunæ completo calidus reddi solet, & humidus: quæ quidem qualitates putredinem contrahunt. ita enim à natura sancitũ est, vt si calor, & humor modice adsunt, cõcoctionem efficiãt. si humor paulo exuperat calorem, putredinem moueat, si nimium, extinctionem committeret. si calor valde humorem vincit, deustionem adduci necesse esset. Luna vero, cùm quadriformi notetur habitu, primo cùm æqua portione diuisa est, humida & aliquantulum calida regit: secundo pleniter orbe, calida & quodammodo siccior est: tertio cùm senescit, sicca & frigida redditur: quarto cùm luce omni ex hausta silet, frigida humidàque euadit: tum enim expers est radiorum Solis, quos calidos esse nemini ambiguum est.

67

Cur piper & synapi, si solida deuorentur calfacere ventrem nequeant, si contusa, nimirum queant? Quoniam quæcunque nõ actu, sed potentia suas continent qualitates, aliquod extrinsecus desiderant auxiliũ, quo suam potentiam ad actionem promant. cũ enim per contusionem tenuiora reddãtur, meatúsque corporis alęius subeant, atque à calore moueantur natiuo, merito iam suam exercere potentiam valent. hęc eadem ratio cæteris quoque qualitatibus asserenda est. rerum autem, quæ sua qualitate agant, aliæ actu proferunt qualitatem, vt aqua, prisana, lac: sunt enim hæc humida ex se, atque frigida præsidij nullius indigentia exterioris, quo refrigerent atq; humefaciant: consimili modo & sal, & terra, & reliqua generis eiusdem. sicca .n. constant natura tam potentia, quã actu, & facie. At mare * & feruida naturæ fluenta, faciem quidem humidam præ se ferunt: sicca vero potentia intelliguntur. cõtrà panis, & semen lini cùm siccam præ se ferant speciẽ, humidam potentiam sortiũtur.

* τὰ δὲ πλατέα ἐκ τῶν ὑγρῶν ἐστὶ τὰ πολλὰ ὕδατα

Quàm

68 Quam ob rem pleraq; omnia animalia videre interdiu queãt, noctu nequeant? Quoniam ſpiritum vſui viſus accommodatũ habẽt craſſiorem, quàm vt aerem permeare ad rem vſq; videndam valeat. craſſeſcit enim per noctẽ, cùm Solis abſentia refrigeretur: extenuatur interdiu beneficio aeris, qui tenuis, & calidus eſt. feles tamen & hyenæ, & veſpertiliones contra ſe habent. cùm enim interdiu nihil ferè videant, acute omnia per noctem conſpiciunt. ſpiritum quidem illum viſorium, & tenuiſsimum, & dilucidiſsimum habent, ita vt per noctem hic modice incraſſeſcẽs, idoneus ad rerum conſpectum reddatur, per diem luce præclara ſupra modum extenuatus expandatur, & euaneſcat. quam ob rem leones quoque per Solem ingredi acriorem non patiuntur. ſunt enim acie oculorum acutiuſcula, & ignem interdiu ijdem ob eam rem fugiunt. conſtat talem leonis aciem eſſe argumento pupillæ, quæ præfulget, atque etiam partis humidæ oculorum, quæ dilucidiſsima eſt.

69 Quare, cùm per noctem inter dormiendum oculos repente aperiamus, lucem percipimus? Quia ſpiritus videndi coactus, amplificatusq; in dormiendo vniuerſus larga copia erumpit per tenebras, atque elucet: itaque ſpeciem quandam lucis merito poteſt conſpicari.

70 Quare quos puduit, oculos deorſum vertere ſoleant? Quoniam oculos ſpeculũ plane animi natura extruxerat: quippe cùm cæteras quoque affectiones animi per oculos intelligamus: videlicet cùm angitur, cùm iraſcitur, cùm verecũdatur. quod cùm animus perſonam quampiam reuerendam reſpicere libere, atque alloqui audentius temperet, palpebras trahi deorſum à muſculis cogit. quaſi occulens partem, qua facultas conſpiciendi adminiſtrari ſolita eſt.

71 Cur ſedes audiẽdi, humorem omnem in offenſe, præter quam aquã patiatur? Quòd aqua præ ſua frigiditate neruum ilico audiẽdi miniſtrum ſubit, frigus autem omne neruis inimiciſſimum eſt.

72 Quam ob cauſam, cùm ventus futurus vehemens eſt, ſplendores quidam tanquã ſtellæ diſcurſent, aut tãquam fulgura coruſcẽt, potiſſimum per cælum ſerenum & ſudum? Dicendum iam moueri ventum incœpiſſe: verum nobis, vt corpore conſtantibus craſſiori, atque ad ſentiendum hebetiori, nondum patet, aerem tamẽ ſuperiorẽ vt tenuiorem, ac ætheri proximiorem, mouendo incendit. atque ita nos partes illius more ſcintillarum duci cernimus. poſt vbi ventus inualuit, aerẽ quoq; familiarẽ hũc terrę, & craſſiorẽ mouet, cuius agitationẽ percipimus.

Cur ventus vehementius per loca ſpiret 73
anguſta, quàm per ampliora? Quoniã vnũ in locum coactus vires auget, roburq; pro ſuo profundo accipit amplius. at verò expãſus, diffuſusq; per ſpatia laxiora infirmus redditur, atq; imbecillus. hinc ignis quoque, & aqua, & qualitas ois coacta validior, quàm expanſa, eſt eadem ratione.

Quam ob rem nonnulli, cùm magna poſita procul videre nõ poſſunt, parua in propinquo cernere queant: quos myopas ideo cognominamus, quoniam non niſi connixuendo reſpiciant? Dicendum ſpiritum, cui videndi officium deputatum eſt, tenuem, ſyncerumq; in his eſſe, itaq; lõge deductum, vt rem apprehendere non poſſit. propinqua tamen, vel parua explorare ſuam ob tenuitatem, ſyncritatemq; non immerito poteſt. at qui etiam minima è longinquo cernunt, vt ſenes quoque aliqui faciunt. his cauſa contraria reddi debet. quòd ſpiritum oculorum craſſum, largumq; habent. opusq; eſt ob eam rem moueri longo itineris ſpatio, vt delicet, vt attenuetur, & ad rem percipiendã reddatur idoneus. 74

Quam ob cauſam canes ſoli ex omnium 75
animantium numero colligari poſt coitum venereum ſoleant? Quoniam & ceruix vuluæ caninæ anguſta eſt, & coles in vſu venereæ rei inflatur, ac intumeſcit, nec protinus retrahi poteſt. Adde quòd ſemẽ lentum, glutinoſumq; eſt. vtrunque vero per immodicam ſiccitatem accidere intelligimus. namq; & indenſare arctiũſque colligere mẽbra, & humores ſtringere, atq; durare ſiccitas põt.

Cur ſoli animantium canes rabiant p eſta- 76
tem? Cenſendum id fieri propter habitus ſicci amplificationem. canes enim, cũ ſemper ſuapte natura habitu ſicciori conſtant, tum per æſtum magis reſiccantur, & tabent. humor enim contentus in his, totuſq; habitus concalfactus, reſiccatusq; ſupra modum incenditur. Itaque ritu hominum per febrem inſanientium furiunt, & ſaliuam ſicciſſimam, rubiginoſſimamq; emittunt, incendi totum habitum cõſtat, eo quòd & frequenti ore anhelant, & oculos habẽt igneos & fauces reſerant, orẽque hiſcente vagãtur, vt refrigerentur. cauda item prę nimia ſiccitate horret, tabeſcit, extenuatur: nec iter eos quilibet rabit, ſed qui ſiccißimus eſt. Placet

quibuſdam

quibuſdam ſidus quoque caniculæ rabiem canibus per delibationem quandam cœleſtem atque influentiam emoliri.

77 Cur qui rapide, inconſulteq; inciduntur, minus doleant, quàm qui conſulto? Quoniam alteri animo ſunt occupati cuique negocio, vt ex æquo ſentire præterea non poſſint. alteri ſuum animum ad membrũ id vertunt, quod ſecandum eſt: atq; ita, vt amplius ſentiunt, ſic vehementius dolent.

78 Quam ob cauſam qui onera portant, aut trahunt, cum cantu ambulare conſueuerũt? Quoniam dum animus modulis permulcetur, attenditq; numerorum ſuauitati, minus ſentire poteſt, itaq; minus ab onere angitur. Hæc eadem ratio eſt, cur Ingentibus tibias, atque tympana adhibeamus: & cur ad eos, qui vel morte ſuorum anguntur, & mœrẽt, vel morbo laborant, homines congregari, varioq; vti ſermone ſolitum ſit. animus enim, cùm ſe ad verba transferat, minus rem ſentit aduerſam. vnde veteres varia ſęcnarũ oblectamina ſibi excogitarunt, vt animum ſolatijs, modo his, modo illis exceptum ab angore ſeiungerent,

79 Cur Aethiopes magna ex parte cùm febricitant, intereant, & cùm lippiuerint, exulcerentur? Quoniam calidi ſunt nimium, & ſicci. fit enim per febrem, vt omnis elementorum deſtruatur conſtantia. quandoquidẽ humor, qui eſt in his exiguus, abſumptus, atque abditus, facit, vt tota elementorum cõſtructio reſoluatur. calorem enim deleri per alimenti inopiam neceſſe eſt. qui cùm defuerit, frigus oriri nulli dubium eſt. Quinetiam ſiccitas humore interempto exuperat. quapropter mortua corpora ſicca & frigida ſunt. Vnde Homerus, cùm ex elementis duo, quę tenuiſſima, & leuiſſima ſunt, abire, & euanescere: duo reliqua manere corporibus mortuis noſſet, deprecatus in hunc modum eſt:

» Sed dij vos oẽs faciant vndamq;, ſolùmq;.

Videlicet gelidos, & ſiccos. exulceranter per lippitudinem oculi, quoniã ſanguis bilem ex inflammatione excipiens, oculos præ nimia acritudine excedit, & lacerat.

80 Cur in conuiuijs poculis modo contrario vtamur? Cum enim comedere incipimus, minuto bibimus poculo: cum ſatiati ſumus, amplo iam agendum cenſemus. hoc etſi contemnendum potius, quàm diſcutiendum videtur, habet tamen cauſam non ineptam. vt enim epularum gratia crebrius bibamus, à minutis incipimus poculis, atq; ad ampliora finimus: quippe cum minuta implere ſatis, vbi potare liberaliſſime libuit, nõ queant. at ſi ab amplioribus incipiamus, ocyus expleri neceſſe eſt. Itaq; frequentius, quod epulãtes decet, haurire nõ poſſimus. adde quòd natura largo protinus, vniuerſoq; hauſtu excepta, rem moleſte fert alienam, & copiam omnem ſucceſſiuam aſpernatur. at verò minutis exorſa, paulatinis amplioribus aſſueta, copiam quoque familiarius demum admittit, & patitur.

Quam ob cauſam, qui aqua intercute laborant, aſſidue ſitiant, cum aqua ſint pleni? 81
Quoniam humor, qui in his non digeritur, ſed putreſcit, falſus quoque efficitur, atq; ita ſtomachum reſiccare poteſt. præſertim cum febriculæ adſunt. ad hæc, quanto venter magis intumeſcit, tanto reliquum corpus minus ad portionem capiens alimentum relicatur, vnde etiam extenuari conſueuerunt. maxima enim pars ſibi conuerſa in aquam, ortum, amplificationẽmque vitij exhibet.

Cur per conuiuia, vt inter initia ſibi, & ante 82
cẽ impleamur, anguſtia præmimur: ſic poſt ſatietatẽ atq; ad finẽ cœnæ relaxamur, neq; vllo accubandi cętu *adduci præterea cõſueuimus? Qm principio omnes præ nimia edendi auiditate ad partẽ lectiſſimorũ *exteriorẽ tendimus. hinc euenit porrò, vt non mediocri premamur anguſtia. At poſt ſatietatem alius in partem potius vergit inferiorem, alius in latus diſcumbit, alius item erectius ſedet, alius vel priorem in partem inclinatur, vel in poſteriorẽ paulo reſupinatur: atq; ita efficitur, vt poſt ſatietatẽ relaxemur: addę, q oẽs iter edẽdi initia in pectus, ppenſi, & in lata enixi corporis accubamus. itaq; euenit, vt anguſtia pmamur, neceſſe ſit.

Quam ob cauſam, cùm tres corporis no- 83
ſtri materiæ ſimplices, vniformeſq; ſint, nõ tres quoque morbi vniformes, atque ſimplices veniãt, ſed plures? Duplex enim in qualibet materia genus eſt ægrotandi, videlicet continens, atque intermittens. Cenſendum propterea id accidere, quoniam non tantũ ex materijs morborum diſcrimina oriũtur, verum etiam ex locis. calida enim, tenuiſq; materia febrẽ acutã, breuẽ, ardentemq; efficit: frigida & craſſa hebetem, & longam. ſic enim & ligna, quæ calida & ſicciſſima ſunt, vt tedæ, vt laurus, ingentem excitant flammam, atque ocyus abſumuntur: at quæ humida, & viridia, ignem humilem reddunt, & fumoſum, & lentius deuruntur. locus item ſi amplus, latusq; ſit, celerius pleniusq; accendit materiam ob eam ſcilicet cauſam,

quod

*interiorẽ. Sic enim legit Politianus.

quòd quantũ materię vitiatum est, coactum eodem in loco substat, perpetuaq; via accensum vitat. Sed si angustus, exiguusq; sit, vt non totam, sed particulatim materiam capere totam possit, febrem imbecillam creat, & diuturnam. Ergo si materiæ naturam, & locum cõiunxeris, numerum omnem comperies febrium, quas putrens materia contrahere potest. Nam si in amplis conceptaculis, id est venis, atq; arterijs flaua bilis putrescit, qm̃ calida est, febrem accendit ardentem, acutam, breuẽ, qui Ardor vocatus est. Sed si pituita frigida in paruis venis, & arterijs, cuti propinquis putreat, febrem imbecillam, & longam mouet, cui nomen Quotidianæ inditum est. Item si flaua bilis paruis in cõceptaculis putret, febrem creat breuẽ, diuturniorem tamẽ, q̃ ardor sit: quam Tertianã, vel acutam simpliciter nominamus. Sed si pituita in amplis putret conceptaculis, febrem excitat quotidiana aliquantulo breuiorẽ. Pari modo & atra bilis, si amplioribus venis putrescat, qm̃ tota vno tempore incẽdatur, breuem agit quartanam. At si in paruis, diuturnam. accidit enim vt simul & materia frigida, crassa, immutariq; difficilis sit, & locus arctior obsistat, ne bilis tota simul deuri possit, & absumi.

84 Cur febris quartana diuturnior sit quàm quotidiana, cùm pituita, quæ frigida, crassa, lentaq; sit; quomodo etiam atra bilis, quæ quartanam agit, frigida, crassa, atq; etiã longe minor, q̃ pituita contineatur? Qm̃ pituita quãuis frigida, & crassa, tamẽ humida est: humidum autẽ quodq; facile immutari potest, atra bilis, sicca & frigida est. Siccum autem omne difficile immutatur. Captiose igitur agunt, qui milla, & quasi operta reliqua aduersaq; qualitate frigidi, vnius affinitate, & pituitæ copia ratiocinantur. adde q̃ pituita naturæ accommodatior est, q̃ atra bilis: vnde per esuritionem pituita pro alimento natura vti consueuit. febre igitur quotidiana vrgente natura quantum pituitę vtile comperit, totum id ad corpus alendum concoquit, atq; dispensat. quantum autẽ inutile est, id putrescens accendere potest febrem.

85 Quam ob rem materię nostri corporis cũ quatuor sint, putrescantq; omnes, genera febriendi non quatuor, sed tria cõstant? Quoniam sanguis naturæ familiarior est, alimentumq; suppeditat corpori. hic enim si abundat, plethoram, id est repletionem tantum modo creat: si putreat, non sanguis prætera esse potest: quippe qui recalescẽs flauam in bilem transeat. at reliquæ omnes materiq; si superẽt, vitia per cutem maxime pariunt, vt vlcera, quæ à serpendo herpetes appellamus, vt cancros, vitiligines: sed si putreant, febrem excitare consueuerunt.

Cur, si per parietes inuicem obiectos fenestrę sint, accidat, vt altera clausa, non prę- 86
terea multus, ac vehemens vẽtus irrumpere per alteram possit? Censendum hoc propterea euenire, qm̃ aer excitus, id est uentus, non nisi corpore constat. ergo altera clausa, aer, qui ingressus per alteram est, domum replet. et qm̃ corpus est, nihil amplius aeris superingredi patitur, ne corpus in corpus admittatur. at si fenestra aperiatur, aer qui domum prę occuparit, pulsus per eam extruditur, itaq; locum exteriori dat aeri, & cedit, vt libere igredi valeat, qui etiam ipse per obiectam fenestram cursu consimili effluens facit, vt alius per alterã admittatur. quod cùm assidue agatur, impetus aeris, & agitatio vehementior excitetur, necesse est.

Cur hominum, qui amoribus detinẽtur, 87
partes postremæ alias frigidæ, alias calidæ efficiuntur? Censendum id propterea fieri, quia quoties angũtur, desperantq; potiri se posse, quam ardent, calor insitus in profundum se contrahit cum natura, itaq; extrema omnino refrigerant. & pallent vero ob eam rem, & tristi vultu, demissoq; redduntur. At vero quoties contra vel spem obtinent bonam, vel admodum excandescunt, calor ille natiuus idem ad cutem cum natura effunditur, itaq; calidiores rubentioresq; reddunt. Quam ob rem pictores cupidinem alias tristem, anxium, iacentemq; pingunt: alias hilarem, subridentẽ, volitantem puerum item, eundem vegetum repræsentant, qm̃ cupido vehemens quidem est, sed non diuturna & stabilis. Amor enim honestus perpetuo vel inter bonos amicos est, vel inter parẽtes & liberos, vel iter maritum et vxorem. inhonestus ille parũ edurat, magnaq; ex parte inter externos, parũq; cognitos oriẽ. honestus itẽ moderatus, ac sobrius est, inhonestus vehemẽs, furibũdusq;. Tenet tunale, atq; penatus est, q̃ animãtiũ videlicet animi efferri, mutariq; facile cõsueuerũt: & calor eorũ natiuus, ppter vehementẽ, assiduamq; solicitudinem marcescit, & vritur. *Ensis parte dextera pẽdet: lęua pharetra sagittis referta pluribus, qm̃ principio amor per radium oritur: vnum oculorum. statim quippe vt quis aspexit, amauit. post, frequentes ad rem amaram radios mittit, quasi tela iacrat, & capere illã-

* al. t. Sagittam q̃dẽ manu dextera tenet, pẽdet vero ad sinistrã Pharetra.

† al. l. Dicimus id euenire ex pcedẽti corporis dispõne, & cautum ad illam referimus: quoniam

conetur. sagittæ abditę in pharetra sunt; qm̃ qui amant, occulte radios mittunt oculorũ. accedit ad hæc consuetudo, quę amorem ita accendit, vt ignem auget afflatus, quanq; ortus amoris non ad consuetudinem proprio referendus, sed nonnunq; etiam existere subito arbitrandus est. Semper enim amore caperetur, qui cuipiam cõsueesceret, nudus præterea fingitur, q̃ & palam fit animus amantis, et sine vllo interuentu rei prodit cupiditas. haud enim per alium amare quis potest, * nec; ita occulte, vt intelligi à nemine possit. vnde statuarum quoq; artifices, Deos ac reges nudos sæpenumero causa honoris, & laudis effingũt, scilicet vt perspicua eorum potestas, et animo synceri, nullo; vitio protecti per corporis nuditatem indicẽtur. Plures cupidines faeimus, vel quia varia libido est (aliud enim alius cupit. vnde Plato cupidinem * multiplicam beluam appellat) vel quia sępius euenit vt idem pluribus se cupiditatibus dedat. Matrem omnes Venerem habere vnam dicũtur, id est libidinem. Venus enim libidinis effigies est. Ferunt Cupidinem furiam arsisse infernam, quoniam sunt, qui in amores turpes, detestandos; illicitos ruant, vt libro Secundo Allegoriarum de Diis abunde docuimus.

88 Cur per statum aeris pestilentem alij intereant, alij resistere possint? Censendum id habitus ratione accidere. etenim qui corpore male habito sunt, ijs aer vitiatus exiguum quoq; materiæ, quod integrum extat inspiratus corrumpit, atque ita materiæ corporis omnes depraua tę morbos plures, & insanabiles creãt, vt moriendum sit. at qui corpore bene habito est, hunc pestilens aer aut nihil offendere, aut parum potest. habilitatem vero corporis esse, quæ causam illã efficiendi euocet ad agendum constat argumento materiarum externarum. Quercus enim difficilis passu ignis aspernatrix est, harundo facilius ignem recipit, longe facilius stuppa. verum si stuppam madefeceris, & harundinem, reperis viridem, quercum uerò siccam, aut etiam sulphure illitam igni mandaueris, hæc facile corripietur, flagrabitq;: stuppa & harundo nullum penitus ignem excipient. hoc eodem exemplo reddẽda ratio est, cùm quæritur quam ob causam labor febrẽ ephemeram ex tẽpore diei vnius appellatam potius, q̃ putridam facit, aut hecticam ex firmitate habitus nominatam. † quoniam si corpus spiritum integrum habet naturalẽ, nullisq; materiarum recrementis vitiatum sit,

* al. l. neque occulte, neque quẽ non nouit.

* πολλικὸν φαλον, multorum capitum legendũ forte multicipem.

† al. l. minus esse, tam

* minus opportunum.

aptum † iam constat ad genus morbi eiusmodi concipiendum. quo enim solidius, eo siccius, & perinde languori id genus ὄpportunius est. Cur item Solis feruor alijs somnũ afferat, alijs remoueat, eadẽ illa ratio est. quorum enim caput plurimum pituitæ continet, ijs ea ipsa humoris copia per Solis ardorem resoluta, diffusaq; cerebrum humefacit, itaq; adducere somnum potest: at quorum caput humore vacat immodico, ijs amplius reliccatum vigiliam auget.

Qua de causa Sol hominem nigrum red- 89
dat, linteum candidus faciat, et ceram emolliat, lutum induret? Causam prædicta habet patientis materiæ aptitudo. materiæ nanq; nostri corporis excepta pituita quoties nimium recalescunt, pẽr cutem nigrent. At linteum nitro aut sallugine purgatum, sole detersas maculas absumente, merito cãdidius redditur. Sol item humorem ex cera peniti orem euocãs omnem, emollit. luti nimiũ, summumq; humorem exhauriẽs, siccat, atq; indurat. quod si * præter rem patientem, atq; efficientem aptitudo quoq; rei patiẽtis causam effectus adhibeat, fieri põt, vt nos quoque, si animum pietate muniamus, si corpus victu sobrio tueamur, si spretis opibus magnis, cõtenti paucis degamus, labe humana imunes, quoad humanis viribus licet, euadamus, dum scilicet occasionem rei efficiẽti nullam suggerimus, qua agere quicq̃ valeat in rem patientem: siue Dæmon infestus sit: siue fidus, siue quodlibet aliud, quod extrinsecus causam afferat nostri erroris, vel vitij.

* al. l. in patientis aptitudine est posita effectus ratio:

Cur qui morbo laborant regio, astricto 90
sint aluo, excrementaq; admodum alba egerũt? Quoniam flaua bilis per totum corpus eorum effusa est, quod & oculorum, & cutis colore indicatur, neq; ad intestina prætereà ita cõfluit vt tingere possit excremẽta: neq; per suam acritudinem vim excrementariam intestinorum excitat ad fæces enciendas. Quam ob rem ars medicinalis, quemadmodum cæteræ quoq; artes, naturam sequens pro viribus, quoties valetudo vrget adiuuat, viribus firmis & languidis corporis auxiliatur. cùm enim stercus excerni bilis beneficio incitantis, purgantisq; soleat, videlicet ita, vt & intestina, cùm musculis ad ea ipsa pellenda enitantẽ, & stercus ipsum molle, ac lubricum per humores lentos intestinis appositos contineatur, ars perq; aptè clysterem adhibuit, qui mel vice bilis continet: nitrum vero quia purgat, & morsu incitat intestina, & musculos ad expellẽdum: aquã

atque oleum, vt humefaciat, emolliatq; fæces, quæ febre exaruerũt. Cõstat enim aliàs naturam solam sine opera medici posse agere, vt cũ iudicatur de morbis, & materia quę cõcoquitur, tunc.n. * natura veluti aduersariorum arbitri. morbi, & naturalis potentiæ adest, & de ægro decernit, ac iudicat: alias medicum solum sine naturæ auxilio subuenire, vt cũ membra, quæ suis semota sedibus sunt, medicus ipse reponit, & collocat, alias naturam simul, & medicum opitulari, vt cum medicus quidem sordida vlcera & caua purgat & obstructa foramina reserans, liberos meatus sanguini præbet, natura vero per inuisibilia foramina vlceris sanguinem syncerum transmittit, quem per alimentorum immutationem ad eum finẽ cõfecit, vt carnem crearet, medicus item carnẽ recens conditam, atq; infirmam medicamẽtis deliccantibus stringit, atq; consolidat, natura colorẽ ad postremũ adducit, & quoad maxime licet, expolit & ornat.

91 Quam ob causam multi cum febre synocha & feruore cõtinua appellata laborasset, cutem aliquãdiu nigram post decretorium diem habuerunt? Quoniam febris bili commissa est flaua, quæ morbo inualescente deusta atrum sibi colorem hausit, itaq; cũ indicaretur, pulsa in cutẽ ab natura summa corporis tinxit, quomodo per albugines cutẽ reddi albidã nouimus. crassitudine vero materię accidit, vt difficulter coloris deleat.

92 Cur atra bilis si in mammam decumbat aut in crus, exeſionem faciat, si in cerebrum, nihil exedat, sed insaniam tantum excitet? Censendum propterea id fieri, quoniam in mammam venæ amplæ, permultæq; propter lactis originem coeunt, itaq; atræ bilis copia illo confluit, & vero in crus bilis dilabitur largior: quoniam grauiora quæq; ad ima tendunt facilius, at vero cerebrum, quia & venæ tenues, & ascensus difficilis, parum bilis effertur, ita vt pungere illic possit, exedere nequeat. adde, φ, cũ cerebrũ nõ modo frigidum, verum humidum etiã sit, pugnat aliqua ex parte bilis atræ naturæ, & mitigat. Quæ igitur bilis atra vehemens est, cancrũ elitantem in mamma gignit, vlcus diuturnum & depascens in crure, insaniam feram in cærebro. quæ autem flauior est fluxionẽ tantũmodo agit, & tumorẽ cancro silẽm sine exeſione creat. & adsanitã vertit leuiorẽ.

93 Quam ob rem vbi aluus suppreſſa nihil reddit. papyrus posit conuoluta in lõgum, intrusaq; in sedem? Quoniã musculos sedis collapsos, compressosq; diducit humefacta, & excitat. quod idem etiam in vlceribus facit, quorum oræ importune contrahuntur, & conniuent, diductis autem musculis fœces excedunt, & quicquid affligit, reiicitur.

Cur vasa, quæ baucalia nominamus strepitum quendam, dum aqua implentur, reddere soleãt, vnde nomen his inditũ est, quo modo & murmur, & susurrus, & reliqua facitia nomina dici inceperunt? Censendum id propterea fieri, qm̃ vas, cùm nullam cõtinet aquam, plenum aeris est, corporis longe tenuioris. itaq;, cùm aqua in id vniuersim irrumpit, aerem tenuem facile pro sua grauitate extrudit. simul.n. eodem in vase cõtineri aquam, & aerẽ fieri non põt. demonstratũ quippe habemus nunquam duo corpora locum eundem per idem tempus posse occupare. quod cùm aer sursum vniuersus per locum expellatur compressiorem, strepitum excitari illum necesse est, neq; vnum, sed plures. agitur enim veluti pugna inter humorem, & aerem, cum deorsum aerem humor premat, aer sursum humorem cõpellat. hoc enim cum vicissim crebro agatur, merito accidit, vt etiam strepitus percrebrescat.

Cur vasa, quæ harpagia nominamus, fidigito admoto foramẽ eorum superius obturetur, aquam nullam per foramen sui fundi emittant: sed si apertum sit, libere emittere possint? Censendũ hoc propterea fieri, quoniam ore aperto aer ingrediens aquã deorsum cõpellit, cũ etiam humor ipse labi deorsum aptissimus sit. Ita efficitur, vt aqua quæ ore per digitũ clauso effluere nequit, reserato libere effluat. hinc omnem fere fabricam machinalem per aerem, atq; humorem construimus. vt horologia, clepsydras, vt sonos simulachrorum, cæteraq; generis eiusdem.

Cur tam vinũ, q̃ aqua delirium, atq; insaniam faciat, si inopportune febrientibus detur, cum hæc contraria inter se sint. frigida enim aqua, vinum calidũ est? Quoniam vini calor efferens sese ad partem superiorem, cerebrum cum febre deurit. itaq; primum illud animi instrumentum, quod spiritus gerens specimen ætheris est, commotum, vexatumq;, vim, qua sapimus, delirare, atq; improbe agere cogit. constat hoc argumento multorum, qui cũ corpore, & animo essent integro, suæ mentis esse per vsum meri frequentem atq; immodicum desierunt. aqua sane: quoniã obtrudit foramina, & iter claudit, quo putris materia possit exhalare, putredinem febresq; auget. itaq; facit, vt mens

de suo

de suo statu moueatur. sæpe etiam feruore nimio corporis aqua iniecta pro alimento febribus est, quemadmodum & fabri ferrarii nonnihil humoris conspergere consueuerunt, vt carbones ardentius candeant.

97 Cur mulieres, spadones, & pueri vocem reddunt acutam? Quoniam eorum arteria propter humoris copiam se dilatare nequit. diducere enim, amplificareq; meatus caloris vnius interest. V t.n. angusta tibia sonum reddit acutum, ita etiam canalis spirãdi, quæ arteria nominata est aspera, vocem pro sua angustia extringit acutiorẽ. Haud enim audiendi sunt, qui mulieres propterea vocem acutiorẽ emittere censeant, qm̃ in parturiendo, vociferare iuuat ad partus facilitatem.

98 Cur * infantes destillatio perexercet, quæ Siriasis appellata est? Aestu tantisper detinẽri infantes multitudo dicere consueuit. febriunt enim parte interiori febre tenui. oculis subsidentibus redduntur, vigilant omnino, debilitantur. Cẽsendum propterea hoc fieri, quia infantes perquàm facile affici possunt, & pituitam largiorẽ suo in capite continent. ergo per æstus pituita recalescens, putrescensq; febrem accendit, & membranas cerebri feruefacit, vt insomnia angãtur. Feruor deinde per arterias descendẽs ad sedem cordis, & spiritum * animalem feruefaciẽs, febrem sine putredine accẽdit. & vero bilis augeri p̃ febrẽ solet, quæ mouere profluuiũ põt, aluũ mordens, & intestina. causam atq; originẽ mali esse in cerebro intelligimus, eo φ, capiti admota quæcunq; refrigerant, prosunt, quasi feruor extinguatur, qui inde ortus corpus totũ infestat. accidit hoc idẽ etiã firmæ ætati, cùm pituita redundat in capite, aut flaua bilis vel colligitur, vel etiam putrescit. Quinetiam per aerem, quẽ feruidũ trahimus, membra spiritalia recalescunt, & febrem per feruorem nimium excitant.

* al.l. infantes per æſtatem capitis inflammatio & deſtillatio

* al.l. debiliantur. Quidam etiã laborant pro fluuio vẽtris

* videlem.

99 Cur difficulter vlcera rotunda curentur? Qm̃ per bilem acrem, atq; exedentem consistunt: exulceratur quippe in orbem quoties bilis guttatim confluit, & exedit. itaq; fit, vt medicamenta, quæ admodum ficca, & prope deurendi vim habent, afferre necesse sit: Medici ita volunt. naturæ vero, & sapientiæ studiosi curari hæc difficilius propterea dicunt, quoniam principium nullum est, vnde cicatrix adduci incipiat: circulus enim & principio caret & fine: vnde figurã hãc vlceris ferramẽto immutandam cẽsent in angulos, vt pars idonea sit, vnde cicatrix oriatur.

100 Cur sæpe eueniat, vt locum quem statui- mus petere prætereamus? Quoniam noster sæpenumero animus rebus aliis occupatus diuersus ita est, vt sensibus nõ plane insistat ad ea ipsa percipienda, quæ sua singulis sensibus habentur: fit igitur, vt quasi videntes nõ videamus. quoniam illa vis non aduertit, quæ iudex rerum sensibilium est.

Cur mel, quod omnib⁹ dulcissimum est, 101 amarum ab iis sentiatur, qui morbo laborãt regio? Quoniam eorum lingua bile amara redundat: sic etiam quæque pars alia corporis. mel igitur materiã excitat quiescentem, & gustus bilem amariorem percipiens, falsam affert imaginationẽ, quasi mel sit amarum, quod dulce est.

Cur hominum admodum irascentiũ ocu- 102
li * russi efficiantur? Quoniã ira sanguinis cordi suffusi, & spiritus calidi feruor est. Hic igitur, vt tenuis ad caput efferẽ, atq; ad oculos, quoniam perlucidi sunt, se ostendit. & vapores ascendunt sanguinei, vnde facies quoque rubicunda existit. hoc & Homerus cùm ita fieri aduertisset, ex ritu ardentis candebant lumina flammæ, retulit.

* vel⁹ igneũ

Cur serpentes aqua aspersi infestentur, & 103
fugiant? Quoniam natura sunt frigida, sicca, neruosa, exangui: hinc enim refrigerationem immodicam fugiant necesse est. habitu vero serpentes esse eiusmodi constat eo, q̃ per hyemẽ latebras, & terræ profunda, quæ per id tẽpus calidiora sunt, petunt, contraq; per æstatem, quòd terræ ima retrigescũt, inde discedunt, & loca poscunt tepidiora: quinetiam Sole occidente aerem sæpenumero fugiunt, vt frigidiorem.

Cur ouum, non quemadmodum cũ alla- 104
tur, sic etiam cùm in aqua feruenti decoquitur, rumpi possit? Quoniam ignẽ sine aqua experitur, humor contentus in eo immodice recalescens copiam spirituum parit latiorem, quę cùm per angusta extre cogatur, disrupto oui tegumento exiliat necesse est. quod idem fit etiam in doliis, cæterisq; fictilibus, si prius, quàm mustum efferueat, obturentur. adde, quòd flamma nimia testam oui corripiens rumpit. Quod etiam vasis fictilibus euenit, cùm vltra modum torrẽtur. quapropter ouum, pleriq; ante quàm igni admoueant, aqua diluunt. at vero aqua ebulliens paulatim pro sua mollitudine humores effundit, absumitq; relaxando, non subito corrumpit.

Cur per venereum coitũ oculi paulisper 105
connitueant? Censendum id propterea fieri, quoniam in concumbẽdo ita voluptati nos

dedimus, totiq; dilabimur, vt erigere oculos, animumq;, & sensum in sublime euehere nequeamus: quo fit, vt animus minus corporeas sentiat affectiones.

106 Cur nonnulla ex medicamentis simplicibus vires contrarias simul contineant, vt exemplo latissime patet? Mastiche. n. & abstergit, & digerit, & firmat: acetum calfacit, & frigefacit. Dixerim vires illas contrarias propterea contineri, quoniam eorum particulæ individuæ per appositionem non per confusionem coeunt. Vt arena si lento conglutinetur humore, inque vnum corpus coagmentetur, non per confusionem corpusculorum suorum in corpus, quod vnum videtur, concrescit, sed per coniunctionem, contactumq; consistit. ergo, si ita est, contrarias qualitates diuersis particulis mastichæ, aut aceti inditas, cõfundiq; inuicem recusantes, existimasse absurdum non est.

107 Cur per offensionem digiti pedis inguẽ intumescere soleat? Quoniam natura subuenire parti cuique dolenti soleat. & cum materia, quæ esculenta, cognata, & benignior est, sanguine inquam pro vehiculo vtatur, cùm in digitos pedis descendit cum sanguine, venas amplissimas inguinis impleri, & perinde adenes, quę corpuscula rotũda sunt posita inter sanguinis conceptacula, necesse est ergo per immodicam sanguinis* rarefactionem inflammatio excitatur, & tumor. quæ quidem res inguen à parte, qua oritur, corporis nomen acceperat.

* Posterius σφυγμὸν vt legit Galenus passionem.

108 Cur autum generi vesicam, & renes natura dare noluerit? Quoniam larga humoris copia opus erat ad pennarum ortum, & incrementum, quinetiam continens volandi cuibratio potest absumere humorem. Aues igitur hac de causa vsu mingendi caruerũt, cum tamen bibunt, stercus larga cum copia humoris efficiunt.

109 Cur pueris calculi in vesica nascuntur, senibus vero in renibus? Quoniam renes puerorum meatus cõtinent præangustos. hinc enim terrena, crassaq; permanans materia per renes vi arctioris meatus ab vrina, & renibus, canaliculatisq; conceptaculis propellitur ad vesicam. hæc locum pro sua amplitudine dat tum excernendi, qua affluat vrina, tum consistendi, qua materia subsideat calculi: At seniorum renes, quoniã meatu sunt ampliori, locum & vrinæ effluendi præbere possunt, & terrenæ materiæ subsidendi, & concrescendi. Colore autem calculi, quænã materia sit, quæ peperit, nosci potest.

110 Quam ob causam cum calculus per calorem consistat (pueri nanq; calidi sunt) & in senibus non nisi per illam eandem causam concrescit? Haud enim tantam refrigerationem esse in illis putandum, quantam nix & gelu contrahunt. Quippe cum summum frigus renes omnino interimere possit, cur inquam si ita est, non medicamentis cõtrarijs ad resoluendam calculi concretionem vtamur, sed similibus, id est calidis: vt * saxapio & fœniculo, & eiusmodi cæteris? Ipsum per nimiam vstionem, exasperationemq; accidit, vt calculus in arenam frangatur modo puluerис, qui ex fictilibus immodice torrefactis dilabitur. Itaq; minuti calculi facile cum arena minguntur. fieri tamen potest, vt etiã per frigidam potionem calculus expellatur, videlicet cùm renes ita corroborentur, vt bonis admodum viribus per vim excernendi eiiciant. necnon renum feruorem immodicum, qui calculorum concrescendorum causa est, frigida potio extinguit.

* petroselino.

111 Cur vlcera tam renum, quàm vesicæ difficulter curentur? Quia vrina per suam acritudinem recentem cicatricem relacerat. vnde fit, vt & difficilius curentur, quæ in vesica consistiterint: manet enim in ea vrina, transit vero tantummodo per renes.

112 Cur aquam ingressi balnei calidiorẽ post modum sentiamus, si moueatur? Quoniam vbi ingressi sumus, aqua, quæ calida nobis obducta est, non solum egit, verum affecta etiam est: quippe quę & corpus calfecerit nostrum, & refrigerata ex eo aliquantulum sit. res enim omnes, quæ sub ortum, atq; interitum veniunt, dum efficiunt, affici etiam ipsas demonstratum plane habemus. Quoniam igitur aqua refrigerata parumper non ex æquo præterea calfaciat, minus post, ẽq; principio calida sentiatur necesse est, præsertim cum nec assuescendi ratio desit. quòd si aquam mouerimus, partem, quæ obducta nostro corpori, & proinde moderata iã est, diuertimus, calidioremq; aliam, quę non affecit, affectaq; est, alliciemus, quam suũ item immodicum seruantem calorem, merito calidiorem, & merito prope vrẽtem tantisper experimur, donec etiam hæc afficiat, atq; afficiatur, itaq; suo in calore frangatur, quod vice pari facere licet per successionem. quandiu enim aquam mouemus, tandiu calida, vt est, quæ accedit, percipitur. vnde qui amplius sese calfieri velint, aquam assidue mouent, quandiu libeat calfieri.

113 Si omne, cùm moueatur, calidius se ipso effici

effici solet, præsertim si aere, atq; loco feruẽtiore moueat: cur aer agitatus, ventilatusq; frigidior sentiatur, & quidem per æstatem cum Solis calore feruescit ardentiori? Hoc enim rationi pugnare videt superiori. quandoquidem aqua calida si mouetur, calidior reddatur: aer autem calidus si ventilatur, frigidior occurrit. Censendum hoc fieri propterea, quoniam quod qualitate, aut viribus superat, quanquam euincere id potest quod eodem in genere minus est: tamen ita euincit, vt etiã ipsum mutuo aliquantulũ afficiatur à minori. Aqua igitur, quæ admodũ calida corporis nostri cõparatione est, dũ calfacit, refrigeratur: nec eandẽ seruare qualitatẽ præterea potest. At circumfusus aer, cum per æstatem mediocriter calidus, videlicet aquæ illius feruentis comparatione nostris obducatur corporibus, quę statu cœli calidiori referuẽt, calfit, itaq; nos mutuo calfacit. Quod idem linea quoq; faciunt vestimenta. frigida enim primum calore nostri corporis obtepescunt, deinde nos mutuo calfaciunt. Ergo cum aer, qui iam calfactus à nobis est, per ventilationem è nostro semoueatur corpore, atq; alius non calfactus accedit, merito is sentitur frigidior, qui subinde accessit.

114 Cur vlcerũ cicatrices, quæ in pupilla oculi constiterunt, albę videantur: cum extra pupillam, parte inquã oculi nigra, cicatrix nulla alba induci possit? Quoniam liquidus, ac perlucidus ille spiritus, cui videndi vis data est, per pupillam tantum permanat. Idcirco euenit, vt vbi cicatrix meatus tunicę corneę obcœcauit, spiritus ille transmeare præterea nequeat. itaq; coactus cicatricem pro sua copia maiorem in modum illustrãdo reddere albam potest. & facultas quoq; videndi propterea tollitur, quoniam per condensationem ocelli, spiritus non emanet.

115 Cur vt paleæ aquam seruare calidam, ita niuem * continere integram possint, cũ aduersæ sint istæ inter se qualitates? Naturam palearum certa, exploratag; qualitate vacare censeo. Quã ob rẽ nõnulli paleas apœas, quasi sequales. i. qualitatis expertes nominarunt. cũ igit̃ media, & (vt ita dixerim) dubia tẽperatione constent, qualitatẽ eorũ quibus obductæ sunt, celeriter capiunt. itaq; seruare modo calida, modo frigida possunt.

* al. I seruare frigidam.

116 Cur vbi per hyemem imber desiit, stellæ illustriores videantur? Quoniam tam aer superior, q̃ inferior per agitationem extenuatur, & quasi per imbrem deterſus conspectũ syncteriorem corporum cœlestium præstat, & trãsitum liberiorem oculis præbet, & ampliorem. constat hoc argumento eorum corporum, quæ aquis demersa puris atq; diluci dis clara, & nitida percipiuntur: turbulentus vero, & fœculentis, aut nullo modo videri possint, aut obscure, & dubie.

117 Cur sæpenumero accidat, vt inter mingẽdum inhorrescamus? Quoniam bilis acrior confluens, & mordens vesicam totum excitat corpus ad consentiendũ, protẽdendũq; paulisper suas excernendi vires. horror. n. talis excitatio est. quod quidem pueris potissimum accidit, quoniam illa ætas largiore excrementorum copia redundat, propter nimium edendi vsum, & varium.

118 Cur dolores per noctem magis soleant augeri? Quoniam per id tẽpus animus otiosus est, nullis videndi, aut audiendi, aut gustandi, aut cuiuslibet sensus negotiis occupatus: tractusq; ad exteriora, hac de causa corporis affectiones per sensum tangendi amplius percipit. Actiones. n. paucæ per noctem animales seruãtur, spiratio inquam, & cogitatio. Animum vero ductum per actiones proprias ad exteriora minus corporis affectiones percipere constat, eo, quòd cum aut lugemus, aut ægrotamus, aut alia qualibet molestia angimur, amicorũ presentia, & sermo leuat nostrum malum, & mitigat. Neque vero ignorare debemus naturam suis actionibus minus interdiu fungi solitam, coctione inquam ciborum, materiarum mutatione, sanguificatione, digestione, nutricatione, agglutinatione, assimulatione, cæterisq; generis eiusdem, animum autem suas pro tẽpus exequi potius actiones ad vsum mouendi, sentiendi, imaginandi, cogitandi, reminiscendi, & quicquid eiusmodi. contraq; per noctem naturam magis animum minus agere consueuisse.

119 Cur vitra per hyemem, si quid vehementer calidum immittatur, rumpi soleãt? Quoniam frigoris multum ex aere ambiente gelido hauserunt, quoties igitur ante, quàm vitrum tepefacimus, aquam feruentem indimus, caliditas contrariam sibi frigiditatem persequitur. tum illa derepente fugiens vnà cum ipso spiritu distrahit corpus continens vitri, atq; dirumpit. foramina quippe corporis vitri etsi visum, sensumq; nullũ partiuntur, tamen nonnihil aeris tenuioris continent naturæ ratio exigit. Sunt qui per nimium rigorem frigoris exiccari, indurariq; corpus vitri existiment, quoniam quantum in eo est tenue, vel humoris, vel aeris expri-

matur inde,& euanescat.itaq; ruptioni, fractioniq; reddi opportunum, sicut lignũ cũ exaruerit. Hinc enim Hippocratem quoq; medicum venas rumpi à frigido scripsisse affirmant.Ergo si ita est,cùm nimius calor amplius vitrum reliceet, quod sicciusculum occuparit,merito id irrumpere potest: si tamẽ prius, quam iubeat calor, molliter tepefiat, ac moderetur,nullum penitus sentiet detrimentum. Quemadmodum Athletæ, cũ per luctandi certamen adituri sunt,oleo sese permulcent,ac reddunt ad flexus,tractusq; obedientiores: etenim & qui modulorum sunt studiosi,ante quam ad rem veniant, promere nonnihil consueuerunt, quo spirãdi meatus relaxent.& membra emolliãt ad vocem eliciendam elegantiorem. fit enim, vt relaxatis meatibus,rigor facile cũ spiritu abeat, & mollior constantia vitri relinquatur,quæ cedens calori superueniẽti immunis ruptioni omni persistere valeat. Vitrum autem foramina continere inuisibilia,vel vasorum siculum argumento probari potest.nam nisi pice intus crustentur, aquam large per æstatem resudant,quam continent: quin etiã vitrum ipsum per æstatem aqua admissa frigida resudare:per hyemẽ si aquã continet feruidam,fumigare vidimus, & corticem vero mali medici,si vitrũ admotũ extrinsecus collidas,humor contentus qualitatẽ corticis recipit,vt possit eundem reddere odorem.

120 Cur pueri præsertim infantes,in terram cadentes non facile, quemadmodum viri, infringantur: Censendum corpora puerorum propter suam mollitiem sic duritiæ soli cedere, vt eius vires intentas, rigidumque ictum resoluant, & hebetent adeò, vt parum affici possint. At viri, quoniam duro sunt corpore, soli duritati, aut lapidis cuiuspiam renituntur: itaque amplius ictum intendunt,vt lapis pro sua acriori duritia agere efficacius possit. Hac eadẽ ratione spongia quoque frangi cadens non potest: vitrum autem, & hctile,& aliud quodlibet generis eiusdem, cum ceciderit, frangitur. Hinc etiam causam duces, cur vehemens venti impetus quercum euertat, harundinem illæsam prætereat.quercus enim vt prę dura validi,ampla,excelsa vento renititur: itaque fit,vt impetus plenius intendatur, atque fortescat.harundo vt mollis,leuis, tenuis,breuis huc & illuc flatui cedens aduersos vires nexu suo transmittit, & hebetat: hinc & Athleta cum suo resistit,atque reniti tur aduersarios vires sibi contrarias auget,cũ aliquantulum cedit,& huc et illuc circũagit, resoluit facilius,& prosternit.

Cur infantes,cùm modulos audiant, primũ uagitu cessent,deinde dormire incipiãt? 121
Quoniam modulandi ratio,quę Musica nominatur,essentiæ nostri animi indita à natura est,vt etiam cæteras omnes scientias habere insitas opinio fert, nõ aliter quàm in igne calor ilsitus sit: neq; per doctrinam quicquã acquiri,sed per reminiscentiam, atq; recordationem omnia sciri Plato author est. Igitur quoties animus concẽtum aliquem, modulumq; comptiorem sentiat,primum remiscens,ac repetens cogit infantem quiescere,tum permulctus in somnum vertit: sic.n. intelligendum,vt artes omnes habitu synchro,promptoq; in animo insint, quandiu immunis luceat sordibus corporis:demerso autem in corpus, pollutoq;, omnia obliuioni mandentur, & delitescant.

Cur nutrices,cùm in somnum velint pue 122
rulos vertere,mouere eos consueuerũt? Vt humores delapsi per agitationem cerebrũ moueãt:quod homines ætatis perfectę nunquam patiuntur.

Cur aliqui ex vinolentis gemina videãt? 123
Quoniam musculi oculorum uarie humore completi, factiq; proni & languidi, oculos deprauant,vertuntq; alterum sursum,alterũ deorsum: itaq; radii oculorum non eũdem in locum præterea concurrere possunt, sed diuersas partes eiusdem corporis adeunt, vt cùm radii seorsum mittantur, conspectũ rei geminari necesse sit:constat hoc etiam eo,q; qui alterum oculum premit,sursumq; impellit,gemina omnia videt.

Cur qui ab ortu naturę strabones sunt,ge 124
mina non cõspiciunt? Quoniã oculos non sursum, deorsumq; habent deprauatos, sed dextrorsum,ac sinistrorsum:quòd enim oculi suum obtinent situm,id est directum,radij eundem in locum profluant, atq; idẽtidem referant necesse est.

Cur pubescentes adulescentuli,videlicet 125
annum ętatis circiter quartumdecimum,vocem reddere asperiorem incipiant, quod tragescere à vocis hircinæ asperitate dici solet? Quoniam per id tempus natura parens, & gubernatrix humani corporis magnam vniuersamq; agit mutationem. argumentum q fœminarum mammas tũ ampliari solitum est,vt lactis idonea sint conceptacula, & sedes quoq; augetur coxarum, vt capax sit fœtus futuri,virorum pectus, & dorsa amplificantur,vt onera sustinere valeant grauiora.

Testes

Testes item ampliores redduntur, vt semen satis gignant,& teneant, & coles insignem accipit magnitudinem,vt per ampliorẽ meatum genitura expeditius profluat.Quinetiã totum corpus iisdem ipsis ampliari solitum sit,quod vel morborum mutationes abolitionesq; * indicant,& vocis ergo asperitas, qua de re agimus, per spiritalis membri immutationem tunc euenit. cùm enim arteria aspera dilatetur,accidit,vt partim plus, partim minus incremẽti proueniat, eiusq; pars interior inæquabili structura ad guttur vsq; ascendat: igitur spiritus, cùm per eas partes emanet,quasi per itineris inæqualitatem impingat, vocem etiam inæqualem, asperam, & raucam agit:quod idem etiam accidit ijs, quorum arteria destillatione infestante affecta per ductionem est: delapso nanq; humore leuis interior membrana facta inæqualis, exitum etiam spiritus præstat inæqualem:talis hircorum quoq; arteria est, & guttur, ob nimium humorem, & qui immodice oleo vtuntur,illo eodem vitio non carent: qui * cùm per intentos, frequẽtesq; clamores rauce * proferant, hi denique siccitate arteriæ vocem reddunt inæqualem,& asperam. At vero gruum arteria, cæterarumq; auium, quæ rauce vociferantur, facta est a natura omni ex parte aspera,quoniam ita esset ad id commodior,quod author illa, & parẽs omnium spectabat.Post pubem vero adulescẽtes transgescere desinunt, quòd iam in plenum arteria tota sit dilatata,suamq; naturalem æqualitatem receperit.

* al Lidicẽt, q; circa annum quartũ decimum solent cõtingere, & vocis quoq; asperitas.

* vero

* proferant.

126 Cur oleum eporum vomitum moueat,& potissimum bilis flauæ? Quia vt leue, & superiorum appetẽs, cibos ad stomachum inuisitat,et effert:quibus stomachus ipse oppressus,aggrauatusq; vim excernendi incitat ad euomendum: sed maxime bilem reuocat flauam,quia leuis hæc,& tenuis est, & facilius petens superiora. Oleum vero factum sic essę à natura,vt semper ad locum tendat superiorem perspicuũ est: quoties enim cuiquã miscetur humori, recipit se ad sedem superiorem, & innatat.

127 Cur oleum humidis nullis se permiscere patiatur? Quia cùm lentum, sitque pertinax sit, in particulas secari indiuiduas, cæterisque humoribus commisceri nescit:hinc dilapsum quidem in humum non potest celeriter subire.

128 Cur oleum,& aqua sæpe & facile gelu durentur:vinum,acetum,garum,aut nũquam, aut rarenter congelascãt? Quoniam oleum nulla exuperat qualitate, sed medio potius constat temperamento: refrigerari ob eam rem cito potest, atque adeo vehementer, vt stringatur,& cõsistat.Aqua quia frigida est, facilius se ipsa frigidior redditur, itaq; gelascit.At garum quia tenue, & calidum est,idcirco minus perriget. & vinum quoque eadem illa de causa potest resistere. Acetum vero quia partibus tenuissimis constat, incongelabile est.

Cur quæ contraria sunt qualitate,efficere 129
identidem valeãt? Nam,vt frigus, ita etiam calor humorem stringit: aqua enim gelu cogitur. Calculus calore in vesica concrescit. Per diuersas id effici vires censendũ est. Calor.n.quia nimium absumit humorem,indurat:gelu quia cogit, constipatq;, humorem omnem qualidiusculũ exprimit, sicut spongia manu compressa humorem,quẽ suis in foraminibus continet,emittit.

Cur sæpe contingat,vt frigus ægrotum 130
affligens se remittat, si strepitus, aut aliud * rigor.
quodlibet terrificum per id accidat tempus, quo frigus vrget,aut si aquæ copia in ægrotum vniuersa iaciatur? Quoniam sępenumero materijs iam per temporis spatium concoctis, attenuatisq;, calor naturalis ex cute ad partem corporis interiorem vniuersus irrumpens,materiã morbi digerit,& absumit: quod idem etiam facere theriaca potest, & pars magna generis calidi & sicci, modo opportunè post concoctionem sumantur.

Quare qui diu circumaguntur prẽter cõ 131
suetudinem,cadere solent? Quia cùm spiritus animalis in cerebro per illum motũ necessario perturbatus,& cùm humoribus cõfusus,ineptus deinceps euadat ad susciptendam aĳ facultatem,sensum motumq; suppeditãtem:nulla vi ad neruos & musculos peruadente, fit vt moles corporis, quæ sustineri ac vehi ab animali spiritu desinit, feratur in terra pro suo pondere ac nutu insito. Hinc autem offundũtur oculis tenebræ: quòd spiritus videndi facultate præditus sit perturbatus,nec perinde vt sensus reliqui,suã tueatur munus. At ris,qui paulatim & diu circũagi cõsueuerunt, raro istud accidit: quia per illam consuetudinem anima desinit haberi apud naturam peregrina,ac ipsi conciliatur. Quod enim paulatim,diu, & continẽter fit, desinit tandem esse insolens,ac sensum fugere incipit,vt nihil omnino percipiatur.

Duo hæc sequenta Problemata in Theodoris Iunioris hactenus quæsita non fuerunt.

Quare vitrea specula splendeãt plurimũ? 132
Quoniã stanni natura quo intus illinuntur, cùm sit pellucida, vitro ex se perspicuo com-

miſta, magis reſplendet: & radios ſuos per vitri exiguos meatus tranſmittens, ac extenuans illius corporis faciem duplicans, reddit magnopere lucidam. Qualitatũ porro aliæ quidem vires ſuas in profundum nequaquã tranſmittunt: vt album, nigrum, fuluum, & huiuſmodi: aliæ penitus transfundunt per tranſmutationẽ: vt frigus, calor, ſiccitas, humor, quæ propterea ad diſcrimen & cõparationem ſupradictarũ, effectrices qualitates à Philoſophis & Medicis appellantur.

133 Quam ob cauſam in ſpeculis, atq; aquis diluc idis noſtram ſpeciem conſpicere valeamus? Quoniam oculorum radii profecti in
* oppoſita. corpora, quæ nobis ſplẽdida* obducta ſunt, refringantur, ac ſuam repetant ſedem: ſpeciẽ enim noſtram iã ſibi habent obductã poſtq; refracti ſunt, itaq; illam conſpiciunt.

134 Cur vaſtæ, ſynceræq; ſpeluncæ, & loca excelſa, puraq; ſoleant reſonare? Quoniam loca eiuſmodi, vbi aerem ictum, quæ vox eſt, exceperunt, refringũt, nobisq; reddunt eundem aerem, quem nos percuſſimus, affor mamurq; in vocem: vox. n. aerem, aer locum ferit: & quo plenius percuſſus hic percutit, eo vehementius reſonare neceſſe eſt, loca humida, vtpote molliora illato ictui cedunt. itaq; omnis impetus elãgueſcit, vt nulla effici poſſit reciprocatio: errore igitur vulgus Echo tanquam numen reuereretur, & colit, errore Pana, Deum illam arſiſſe credidit. Pan. n. homo doctus cauſam reſonantiæ primus indagauit, ductusq; auiditate noſcẽdi, cùm aliquandiu in ſcrutãdo elaboraret, moleſte ferebat more eorum, qui puella, quam arſerint, potiri non queunt. Vt etiam Endymion homo cœleſtium curſuum ſtudioſus, cùm Lunæ curſus, faciesq; varias quæreret, nocteq; vigilaret, interdiu dormiret, deliciæ Lunæ fuiſſe, ſomnoq; dormiuiſſe inexpugnabili, edoctusq; ab ea, vt Philoſophus, cauſæ ipſius ſolutionem fingitur. Illum etiã paſtorem fuiſſe ferunt, q in ſolitudinib⁹, ac excelſis montibus Lunę motum ſpeculareẽ. citharam vero habuiſſe, quia quæ alta ſunt, à ventis magis effluentur, ſiue q concentum cœleſtiũ figurarũ indagauerit. Quinetiam Prometheus, q ſtudio rerum cœleſtium flagrarit, naturamq;, & ſitum, & cauſam ſydereæ aquilæ indagando elaborarit, libidineq; pernoſcendi tabuerit, dum beneficio Herculis hominis doctioris rẽ didicerit, quã deſyderauit, fabulam de ſe præbuit cruciatibus liberari opera Herculis, qui aquilam iecur lacerantem, excedentemq; amouerat.

Cur aqua manens, parumq; alta iacto in 135
eam lapide orbes agat permultos? Cenſendum lapidem per ſui iactus vehementiã vndiq; aquam à ſe propellere, atq; ita orbẽ agere, primum pleniorem: ſed cùm ad terrã vſq; lapis deferatur, ſuaq; mole aquam deinceps ſecet, diſpellatq;, merito non vnum, ſed plures orbes cõficere poteſt: primum. n. aquam per ſumma feriens dirimit, inde ſuo cõtinenti delapſu depellendo, alium atq; alium orbem ducit, idq; tantiſper vice agitur ſucceſſiua, dum lapis ſtet, atq; quieſcat: quòd tamen ſe lapidis contentio paulatim remittit, idcirco orbem poſteriorem eo, qui proxime anteceſſit minorem obduci neceſſe eſt: quãdo etiam aqua varie, hunc ſcilicet in modum lapidis iactu depelli conſueuit.

Quare multi exiſtimãt riſum ex liene ori 136
ri, hoc argumento, q quibus lien ſcirrho, id Problem hoc i Theodori codice non repetit.
eſt tumore duro vitiatus eſt, nõ perinde ſint ad ridendum comparati, vt qui ſunt incolumes: ſed ſint mœſtiores? Lien non proprio, ac per ſe, ſed ex accidenti riſus cauſa cenſendus eſt. Quandiu enim eſt ſanus omnino fœculentum & melancholicum ſuccum ex iecinore trahit: atque ita dum ſanguis purus & defœcatus totum corpus cerebrumq; peruadit: naturam ſimul & animam non aliter quàm vinum oblectat, exhilarat, & in tranquillam rectamq; conſtitutionem traducit: inde autem riſus excitatur.

Cur mulæ parere nequeãt? Quoniam ex 137
animalibus conſtant ſpecie diuerſis: miſtio enim ſeminum, quæ tã habitu, q̃ natura inter ſe diſcrepant, aliud quidpiam præter vires ſuorũ ſimpliciũ conficit, et naturam eorũ penitus abolet: quemadmodũ albi & nigri miſtio abolitis extremis coloribus alium parit colorem fuſcum nominatum, qui neuter extremorũ eſt: igitur habitus genitalis aboletur, & ſpecierum habilitas omnis deſtruitur, quæ creatrix certi indiuidui eſt.

Quam ob rẽ qui ſurdi ab ortu naturę ſunt 138
iidem & muti viuant? Quoniam quæ nunquam audierunt, hęc fari nequeunt: medicis tamen placet, vt par idẽ neruorum ſit, cuius pars altera ad linguam, altera ad aures vſq; porrigatur, atq; ita neceſſe ſit cõmunem accidere affectionem. Verum mutos fieri, qui ex morbo ſurdeſcũt, negãt: propterea quòd pars altera tantum, quæ ſcilicet audiendi officio delegata eſt, ſuas vires amiſerit: & mutos quoq; eadem ex cauſa, non etiam ſurdos reddi affirmant: videlicet, quòd alterius nerui linguæ accommodati læſio eſt.

Cur

139 Cur pleriq;, poſt quàm ieiunarunt, cibo
* rigere. ingeſto * frigere incipiant? Quoniam vſu ſolito cibi prætermiſſo bileſcunt, & materiam aggregant acriorem: poſt enim cibo ingeſto membris iam confirmatis, bilis cutem verſus expellitur: itaque fit, vt rigor oriatur, cùm bilis membra remordeat, excitetq; ad repellendum.

140 Cur ſues, cùm ſurſum videre cogantur, ſileant? Quoniam genus id animantium vnũ ſemper pronum in terram eſt, cibi auidum, & rebus gaudens fœdis, ac ſordidis: idcirco ſubita mutatione conſpectus ſtupeſcit, luciſq; copia perculſum, vocem emittere nullam poteſt: ſunt tamẽ qui aſperam huius animalis arteriam comprimi per anguſtiam velint, cùm in ſublime erigitur.

141 Cur ſtercoribus ſues gaudeant? Medici rationem reddunt, quòd iecur habeant maximum: quod quidem membrum ſedes cupiditatis, ſiue libidinis eſt. Ariſtoteles Philoſophus aliter docuit: quòd enim ſues naribus craſsis, interceptiſq; ſunt, idcirco vim hebetem olfaciendi habere, itaq; fœtorem nequire percipere ſcripſerat.

142 Cur vlceribus ſaneſcentibus inflammationeque ceſſante, prurigo ſoleat excitari? Quoniam membrum iam corroboratũ reliquias materię noxiæ, quę vlcus commiſerit, expellit: cũ. n. per cutem illę digerantur, atq; excutiantur, pruriginem pariunt.

143 Cur alterius oculi morbus grauior, multoq; diuturnior eſſe, q̃ vtriuſq; conſueuit? Ratio bifariam reddi poteſt, aut enim quia fluxio in alterum tantũ oculum tota decumbit: redditur nanq; infirmius, quod diuididitur, eoq; magis hebetatur, quo ſectũ numeroſius eſt: aut quia cùm alter integer oculus frequenter ſe mouerat, cogit etiã ægrũ toties moueri, quod noxium eſt: quietem. n. ſummum eſſe remediũ mẽbri affecti nouimus.

144 Cur homo amplius, & crebrius, & vehementius, quàm cætera animalia ſoleat ſternutare? Quoniam cibo, & potione largius, magisq; varie vtitur, & ſæpenumero vltra ſatietatem repletur: hinc enim cũ cibos ſatis concoquere nequeat, multũ ſpiritus ob humoris copiam mouet, ſpiritus vero præ ſua tenuitate efferens ſe ad cerebrum, cogit id crebro ad ſe expellendum incitari: ſtrepitus itaq; mouetur, quoniam per nares meatus denig; arctiores ſpiritus extrudatur vniuerſus: quemadmodum etiam ad partes inferiores ſpiritus idem euolutus murmur per inteſtina excitat, & per ſedem inſigni cùm ſono excedit: atq; etiam ad ſuperiora enixus ructum per ſtomachum agit, & vocem per guttur, & ſonitum, ac tinnitum per aures.

Cur defunctorum pili & vngues augeri 145
aliquandiu ſoleant? An non augeri cenſendum, ſed carne emacerata, conſumptaq; partes imas, quæ ante opertæ latebant, detegi, atq; patere: itaque fallere quaſi per adiectionem auctum quicquam ſit. An, quod nonnulli volunt augeri vngues vel mortuo homine propterea poſſunt, quoniam per excrementa vacantemq; materiam oriantur: mortua autem corpora in recrementa per cariem reſoluuntur: quæ cùm per foramina extremaq; corporis effluant, merito pilos augent, & vngues.

Cur digitis manuum potius, quàm pe 146
dum naſcantur, quæ albugines appellatæ ſint: & per puerilem magis, quàm per hrmam ætatem? Quoniam pituitæ excremento oriuntur, quæ in pueris potius, vt edacibus, atq; otioſioribus ſuperat. Vnguibus autem pedum minus, propterea hoc accidit vitium, quoniam pedes per ambulationem frequentem, & agitationem amplius exercentur: itaq; vacantem illam materiam digerunt melius, atq; abſumunt.

Cur pili pedum non cum barba, aut ca 147
pillis, ſed lentius caneſcere ſoleant? Eadem illa reddenda ratio eſt: pedes enim per cõtinentem, contẽtioremque ambulationem excrementum pituitoſum, quod canos efficit, digerunt, atque conſumunt: & pubes quoque ſero caneſcit, quia pars calidior eſt, & pituitam abſumere per coitum venereum poteſt.

Cur homini vox, atque ſermo lente perfi 148
ciatur: cætera animalium genera aut ſtatim, aut paulo poſt vocem ſuam reddere plene incipiant? Quoniam vox hominum multiplicior, & artificioſior eſt, & doctrinam magis deſiderat: beſtiarum ſimplicior, & naturalis potius eſt, quàm animalis.

Cur plurima ex animalibus ſuas peruſ 149
brare caudas ſoleant, cùm notos ſibi agnoſcant: & cur leo iratus coſtas per caudã verberet, atque etiam taurus? Quoniam dorſi medullam ad caudam vſque habent porrectam, quæ ym continet animalem, & motionis authorem: igitur, cùm animal notum ſibi agnoſcat, per caudam quaſi per manum ritu hominum excipit, & partem ſui corporis mouet, quæ agilior, & promptior eſt.

I eorum

Leonum vero & taurorum anima, vt per irã affici potest cum natura: sic eãdem naturam propterea moueri vehemẽtius cogit, vt etiã homines sæpe manus, aut aliquam sui corporis partem per iram percutere nouimus: cùm enim illicovlcisci animus nequeat, alio quodam modo feruorem suum extinguit, id est ictu, aut strepitu, aut alio quolibet generis eiusdem remedio.

Quam ob causam hordeum tostum, reda ctumq; in puluerem cicatricibus equorum conspersum faciat, vt pili non albi, sed cæteris vnicolores oriantur? Quoniam vim discutiendi, purgandiq; obtinẽs detergit, atq; absumit excrementum pituitæ, atq; materiã omnem vitiosam, quam vlcus per membri infirmitatem collegerat.

Cur hominibus pili per cicatrices oriri nequeant, equis vero queant? Quoniam cutis hominum spissior est: quod pili indicãt ipsi, qui molles, ac tenues sunt: et cicatrix vero q̃ longe ẽt cutis spissior, foramina omnino adducit, & excæcat. at vero equis laxior cutis est: quod pilis eorũ percipitur, qui duri, crassiq; exeunt: quare cutis foramina claudi ex toto per cicatricem non possunt: ergo cùm subiecta, collectaq; excrementa per meatus tenues, qui relicti sunt, exeant, et concrescãt, pilos gignunt, & augent.

Cur hominibus morbis à dipsade, sitiq; ob eam rem intolerabili detentis, theriaca, quæ calida & sicca est, sitim epota extinguat, nõ augeat? Censendum non sui habitus ratione theriacam sitim posse extinguere, sed auxilio, quod membris afferre offensis potest, & suæ penitioris naturæ ratione: constat. n. ex pluribus herbis, quæ singulę mẽbris principalibus subueniunt singulis. Dictamum enim cordi accõmodatur: quippe quod mirifice cor firmet, atq; conseruet. Eupatorium recur adiuuat. Scolopendrium lienem*. Petrapiũ os ventriculi. Hyssopus transuersum septum, atque pulmonem. Inula campana renes. Ruta laxum intestinum. Gentiana cerebrum. Seseli vesicam. His omnibus vipe rarum carnes miscentur, quæ vi suæ naturæ contra venenata omnia genera, omnemq; illatam iniuriam, auxiliantur. Igitur cùm membra omnia præsidium sibi ex theriaca trahant, merito malum sedatur, quod sitim creat, atq; ita extingui sitim congruum est.

* petro selinum

Libri Primi Problematum Alexandri finis.

ALEXANDRI PROBLEMATVM

LIBER SECVNDVS.



QVAM ob causam qui per arduam febrem insaniunt, vt laxius, sic plenius soleant respirare? Animam per neruos, ac musculos fungi suis muneribus certum est. Pectus igitur, totusque thorax per ea ipsa mouetur media: sed quoniam vires animæ læsæ sunt, deserunt suum officium: nec neruis, & musculis ex æquo præterea imperant: itaque merito fit, vt spiritus interstitione reddatur laxior: plenius tamen eius gratia rei effundi tur, vt cor satis possit refrigerari: vis enim vitalis exurgit, & vim animalem stimulat, interitum plane minitans, nisi suum ad munus redeat, spiritumque reddat, & trahat. Ergo quod anima exequi assidue propter morbum nequiuit, hoc vires cordis ob sui vsus necessitatem amplitudine spirandi cõpensare consueuerunt. 1

Quam ob causam æstuosos esse necesse sit, quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniam eorum pulmo humoris copiam continens calorem excipit aduentitium: factus enim sic est, vt assidue moueretur, hinc vapores quoque citantur, qui suam ob leuitatem sese ad * sedem cerebri efferunt, à qua concrescunt, & in naturam suæ originis transeunt: quod idem etiam in balneis, atque opertis lebetibus euenire videmus: vapores enim suum omnem calorẽ amittunt, reddunturq; ex natura cerebri longe ortu suo frigidiores, atque ita morbum creare aliquem possunt. 2

* al. l. caluariam.

Cur tabe ii consumantur, quibus gargar penitus abscissum est? Quoniam quandiu gargar tegmentum gutturis extet, aer, qui per os trahitur, recalescit, & antequam adeat pulmonem, desistit à suo immodico frigore. Contrà vero illo detracto aer prius ad pulmonem defertur, quàm moderetur, itaque supra modum refrigerat, & sanguinem contentum in conceptaculis indurat, & pulmonem facit ad motum tardiorem: quòd cùm per vim pulmo moueri enitatur, rumpuntur conceptacula sanguinis: quam ob rem tabem oriri necesse est. Hic addidisse non ab re forsitan 3

tan sit, quid gargar, quid columella, qd vua oris significet. Gargar illa carnicula est, quã gutturi pro tegmento natura addidit, nomine à soni genere indito, vt etiam susurrum, & murmur, & reliqua huiuscemodi nostri maiores nominarunt. Columella vitiũ gargaris est, cũ scilicet in lõgum per fluxionem adducitur. & Vuam quoq; gargar idem per morbum appellare solemus, quoties per inflammatiõem speciẽ accipit vuę acini. Sunt qui fundibulum gargar ipsum appellẽt eo, q̃ supra amplius, infra arctius est. 4

Cur hominum malæ rubeant, quorũ pulmo inflammatione laborat? Quoniam sanguis, cùm in pulmone ebullíat, vaporem sibi similem emittit: quod enim oritur, similitudinem suæ originis præferat, esse necesse perpetuum est. Hic igitur vapor, cùm præ sua leuitate ad malas se extulit, consistit, atq; ita per cutis tenuitatem, veluti per vitrum colorem suum ostendit. 5

Cur pituitam per hyemem nasci, augeriq; solitum est, cùm per id tempus parte interiore corporis simus calidiores, vt Hippocrates medicus libro Aphorismorum scribit? Quoniam cibos, quos per hyemem largius sumimus, venter minus concoquere potest. Ergo larga ista ciborum copia pressus, calore insito quasi extincto, pituitam per refrigerationem gignit: quæ sanguis imperfectus quidam non perperam potest appellari. 6

Cur in terra Aegypto, quę calidissima est, vinum fieri frigidum soleat, contrà in Scythia, quæ frigidissima est, calidum fiat? Vinũ omne calidum est: verum quoniã aliud magis, minusve alio hanc obtinet qualitatem, nomen illud contrarii habitus accipit, frigidumq; vocatur, quia longe minus calidum est. Terra autem Aegyptus vina frigidiora cęterorum scilicet comparatione affert, quoniam calor illius cœli immodicus ita humũ elaxat, vt calorem omnem Soli testinũ euocet, atque absumat. Scythia quòd frigida est calorem ad ima terræ compellit, atq; includit: itaque vina efficit calida, & validiora. Quod idem etiam incolis terræ Scythiæ, & Aethiopię accidit. Aethiopes enim loca inhabitantes ferucẽtissima, timidi sunt, & effœminati, & nigri. Scytharum gens sedem gelidam tenens, animosa, fortis, & cãdida est. quippe, cùm calor Aethiopibus eductus ad summa corporis sit, quod atro cutis colore indicatur, Scythis interiora teneat, situsq; in sedibus sit principibus, id est corde, & iecore: quod coloris candor plane ostendit. 7

Cur ęstate frigida sunt olera & fructus: cuiusmodi sunt pepones, cucurbitæ, intyba: hyeme autem calida: velut brassica, radicułæ, rapa, pastinacę? Quoniã Solis motus circa polum, non est vniusmodi. Aestate enim superiorem zonam tenet: sicut declarat dierum longitudo: vnde calefunt quidem quę super terram extant, plantæ vero refrigerantur. At hyeme, inferius percurrẽs hemisphę rium, ac terram penitus calefaciens, plantas reddit calidiores. 8

Hæc q̃s est alicunde adiecta est magnifici ratio, & p huius authoritatem inducitur atq; a Theodoro, haud quaq; tractata fertur.

Cur ex febre ardua pulmonis inflammatio excitetur, inflammatione pulmonis febrem oriri arduam haudquaquam necesse sit? Quoniam ardor ex bili proficiscitur flaua, quæ ad ventriculum, & pulmonem è suis refluere conceptaculis solita est. Igitur natura, cùm varie materiam noxiam reuere tentet, si tenuis materia sit, & vires suppetant, et tempus calidum iuuet, per sudorem causam morbi exhaurit: si è contrario, per aluũ educit, aut per os euomit, quod magna ex parte facere solita est, quoniam & oris habitus in propinquo est, et bilis flaua efferri aptior est, quàm deferri: quod cũ se bilis pulmoni insinuet, membrumq; id impleat totum, excitat inflammationem, quam Peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur, quoniam prius extinguitur, quàm vt possit committere ardorem. 9

Hæc quæstio in Theodori codice desideratur.

Quare Hippocrates, qui in febrium vigore cibum offerre vetat, permittit in morbo lateris & pulmonum inflammatione? Dicit enim vbi de ptilsana scribit, non esse eã præbendam, nisi pus in sublime feratur: non ferri autem sursum, neq; expui, morbi initium ostendit. Quoniam in aliis quidem morbis, natura coquit humores, in aliis vero etiam morborum causas expellit per vrinas & dejectiones. In his porro non oportet cibum assumere, ne causa morbi neglecta ad illum confligẽdum natura incumbat, quam oportet singulari certamine cum morbo pugnare. In morbo autem lateris, natura quidem coquit vitiosum humorem, anima vero euacuat, accedente musculorum auxilio. Hæc enim thorace contracto, vi propria expellit reliquias infestãtis humoris. Accedit, quòd natura quidem inutilibus humoribus proprii alimenti loco interim abutitur: animales vero partes, cũ sensu sint præditæ, quod prauum est, secernunt, quod vtile, sibi asciscunt. Quam ob rem, nutrire cõsentaneum est, vt musculis roboratis, ad expellendã humorum molestiam insurgamus.

Cur

10 Cur febris tertiana, quæ ex bili, materia calida, agili, efficaci creatur, die vno prętermisso accedat: Quotidiana, quæ ex pituita prouenit, materia frigida, graui, hebete nullum intermittat diem: Quartana diebꝰ duobus intermissis conflictare incipiat? Quartana, cùm exiguum materię habeat, statim à sudore, aut vomitu potest digeri, itaq; accessio ad tertium vsq; diem protollitur, donec tantum materiæ moueatur, quantum valeat infestare. Quotidiana quòd ex larga, crassaq; materia oritur, frequens est. morbum vero per copiam augeri materiæ constat ex febre continente. hæc enim, quia sanguine abundante prouenit, nullam obtinet intermissionem. Quotidiana tamen, quia minus quàm continens habet materiæ, nonnihil intermissionis, quod vel sensu percipi potest, ostendit. multoq; amplius, tertiana, quam materia calida & tenuis condidit. atq; etiam lõge amplius quartana. quo enim minus materię subelt, eo lẽtius venit accessio: quin & quintana, & septana & nonana committi potest, prout minus, minusve materię vitiatum est. sic enim natura statuit, ut sanguis, qui nostra aleret corpora, cæteris omnibus materiis esset largior, pituita locum teneret secundum. nam hæc quoq; alere potest, bilis flaua tertio loco haberetur. hæc enim suam ob acritudinem vsum nullum præstat alendi. atra bilis sortis esset postremæ, quoniam naturæ est inimica: quippe quæ membra exedat, atque interimat.

11 Cur vbi altera gena resoluta est, non ei remedia admoueamus, sed alteri? Quoniam cũ duo musculi obiecti inter sese genas moueant, si accidat vt eorum alteruter resoluatur, reliquus suam vim integram præterea obtinet, trahitq; ad se alterum languentem, ita vt pars sana rugetur, ægra distẽdatur, trahaturq;. hoc idem etiam euenire oculis distortis nouimus. Nam si pupilla in angulũ vergat ampliorem, minoris anguli facta resolutio est, si ad minorem, è contrario.

12 Cur, si pes offendatur, inguen intumescere soleat? Quoniam vis animalis ad postremas vsq; corporis partes per neruos se porrigit, atq; ita cũ oblæsus pes sit, crũs quidem totum perreptat, sed nihil agit, quoniam locum nullũ idoneum inuenit: post vero vbi in inguen ipsum decubuit, nacta iam sedem aptiorem subsistit, aggressaq; adenem, vitiat eius habitũ, inq; tumorem excitat contrariũ naturæ. Adenes corpora sunt parua, rotũda, laxa, iter amplas venas, & arterias posita modo cuneolorum, ne conceptacula ipsa humida ex copia sanguinis mutuo putrerent adesu. & equidẽ eo ipso venarum humore nutriunt, & inflammatim inguina faciunt, concalescentes scrofulas committunt.

Cur capitis pars anterior calueat, vnde cal 13
uaria nominata est, tempora hirtiora reddantur? Quoniam partes capitis eminentiores humoris indigẽt. Quam ob rem suos
10 continere pilos non queunt, inferiores autem, vtpote humidiores, pilorum copiam & gignunt, & seruant: quomodo etiam telluris loca excelsa, atque saxosa parum fructificant, submissa, & humecta fœcundiora sane experimur.

Quam ob causam, cùm ex quatuor elę- 14
mentis constemus, id est, igne, aere, aqua, & terra, nõ quatuor, sed tria illa contineamus genera, humidum, solidum, animale siue spirabile? Quoniam, vt aliquibus placet, ignis
20 in aeris transit naturam, quemadmodum & aerem concoctum extenuatumq; ignem gignere nouimus. Sunt tamẽ qui vel igneam ipsam naturam actu esse opinentur, vt non tria, sed quatuor enumerẽt genera, igneum, animale, humidum, terrenum.

Cur in abscessuum doloribus * frigus pręcedere, febrem sequi solitum sit? Quoniam calor naturalis vehementia doloris conflictus cedit, ac recipit se ad loca interiora. qua
30 de causa, corporis summa refrigerantur, & sanguinis conceptacula concrescunt: post tamen, vbi calor se recollegerit, expulsusq; bonis viribus partes sui corporis omnes ad uersus iniuriam frigoris occuparit, sanguis concretus recalescit, atque diffunditur: itaq; conceptacula vaporis repleta accendere febrem possunt. adde, quòd cum membro affecto cæteræ omnes partes consentiant, in
40 iuriam collectionis quasi propulsando, vires excernendo intendunt, ac excitant. horror itaq;, *frigusq; exultat, febrem vero post hac sanguis putridus accendit, & auget.

Cur ex fructibus alij partem inutilem in- 16
tus contineant, vt palmulæ, pruna, persica: alii extrinsecus ea ipsa contineant, vt nuces, vt mala punica? Quoniam natura, cùm ortum æternum, vicesq; succedendi perpetuas moliretur, prætegenda occultandaq; semina, quæ ortum præstarent, censuit. Sic tamen, vt ne pulpam quidem suorum fructuũ nudam relinqueret.

Quam ob rem aut semen, et pulpam eodẽ 17
tegmento munuit, aut semen ligno intus inclusit: Pulpam autẽ membrana, aut corio,

aut

aut alio quolibet eiusmodi quãtũ satis esset, operuit. denicq; varie de custodia fructuum, prout res exigebat, & patiebatur, curauit.

18 Cur fieri potest, vt qui carnes bubulas cõ coquunt, pisces saxatiles concoquere nequeant? Carnes bubulæ, quoniã durę sunt, vi magna caloris conficiũtur, et concoquuntur. materiam enim patientem causæ respondere efficienti conuenit. aliter fieri non potest, vt effectus is prodeat, quem vel natura, vel hominis ingenium spectet. quòd si venter supra modum calidus sit, pisces non paulatim concoquetur, sed subito corripietur; deuretur, fumigabitur, vt cruditatem pene quod accidit, imitetur.

19 Cur homines qui tabe laborant, vngui- 20
bus reddi aduncis videantur? Vngues quia corpore constant solido, tabescere nequeũt: quippe cùm affici difficulter possit, quod solidum sit, verum carne vndiq; tabefacta speciem aduncam illam emẽtiuntur, sensumq; decipiunt. Licet hic de tabe illa adiicere. Vicus, quod ex hoc vitio in pulmone committitur, insanabile propterea est, quoniam nũquam pulmo quiescit. natura enim ita construxerat, vt per motum cordis perennem pulmo assidue moueretur, atq; agitaretur. Quinetiam, cùm pus per tussim efferatur, vlcus amplius lacerari necesse est.

20 Cur in febriendo carnes minuantur, pili 30
augeantur & vngues: contrà in cõualescendo pili defluant, corpus augeatur? Quoniã alimenta pilis per excrementa administrari natura voluit: quę quidẽ excrementa redundare in febriendo solent per adustionem humorum. ergo vt corpus propter habitũ malum nutriri non potest, sic pilus abũde iam habet, quo nutriatur. verum, cùm vires suas colligere corpus incipiat, consumptis iam materijs omnibus, redactisq; quasi in pulue 40
rem vapores desistunt, atq; ita per alimenti inopiam pili defluunt: corpus tamen effœtum cibos auidius trahit, liberaliusq; replẽs sese augetur, & viget.

21 Cur si quod in vrina subsidet album sit, bonum dari indicium existimemus? Quoniã partes solidiores firmioresq; nostri corporis, id est ossa, neruos, venas, arterias colorem habere huiusmodi certum est. Coloris enim similitudo naturales iam vires recon- 50
ciliari, corroborariq; indicat: quippe, cũ natura partibus solidis & firmis circa humores & spiritus sedem suã crediderit. fit enim, vt cùm morbi materia in conceptaculis concoquatur, & per vrinam, quod concoctum inutile est, excernatur, color quoq; rei concoquentis, qui albus est, distringatur, atque (vt ita loquar) delibetur. Quam ob rẽ, cùm vires per febrem debilitatę paulatim materiã concoquant vitiosam, principio parum agunt, itaq; exiguum admodum cũ vrina mittunt, quod pro sua leuitate sublime specie araneę supernatat, facitq;, quod enęorema, id est Sublimitamentum vocatum est: deinde cùm
10 proficiant, ampliusq; possint concoquere, plus excernunt: quod in medio vrinæ consistens, facit, quod nubeculam appellamus: eo nanq; magis delabitur, quo factum grauius est. post, vbi per materiæ morbosæ ois concoctionem plene excernitur, iam, quod ante leue pendebat, graue pro sua copia subsidet, fundoq; vasis coniungit: redditq; quod hypostasin, id est subsidens, siue subsidentiam nominamus: quod plane sanitatis est indi-
20 cium. materiam enim vitiatam, quæ integro permista sanguini est, demum natura ex toto per concoctionem secernere, atq; reiicere potest. Albedo igitur subsidentis, colorem solidiorum membrorum, hoc est sedis virũ seruari significat, læuitas materiæ concoctæ æqualitatẽ ostendit. quod partim enim crassius, partim tenuius est, inæqualitatem concoctę materiæ indicat: continentia talis videlicet, vt nihil distractum, discussumve sit,
30 plenam virium efficentiã præfert. Respondet pus in * collectionibus subsidenti in vri- * φλεγμονῶν ταῖς, inflammationibus.
nis. verum pus fœtidum est, quoniam in angusto arcet quod putret, vt neq; difflari, neque misceri possit cum sanguine: quippe qd per summa corporis cuti substare solitũ sit. Subsidens illud vrinæ, quoniam è cõtrario se habeat, merito fœtore immune est.

Quam ob causam febrem bilis & faciat, 22
& tollat? Facit cum excitata acrior reddatur, vt putreat. Tollit cũ viribus naturæ intentis ad id expellendum quod detrimento est, ea quoq; foras versus cõcurrat, atq; ita educta, cãm morbi p suã detractionẽ aboleat.

Cur oculi subsident eorum, quos angor 23
detinet? Quoniã per angorem aia intus vergit, itaq; corpus consident, atq; tabescit: cuius rei contrarium illis euenit, qui vehementer irati sunt. Oculis enim redduntur propẽsioribus, videlicet ob animę impetũ ad exterora. fit. n. vt quòcunq; vis animæ tẽdat, eòdẽ etiam instrumenta, materiæq; moueantur.

Cur ossa, quæ validiora sunt, ex lapsu, ca- 24
susq; frangantur, caro quæ mollior, & * mo- * κατάγνυται, debilior.
bilior est, ictus iniuriam euadit? Quoniam quæ validiora sunt, rei noxam inuehenti re-

sistuntur:

nituntur: itaq; sua persistendi contentione corrumpũtur, quæ autem infirma, & mollia sunt, locũ rei dant occurrẽti, & cedunt: itaq; tutius subterfugiũt: licet hoc etiam in stirpibus, & in quibusuis aliis rebus conspicari.

25 Quid est, quòd spadones, proceros, blæsosq; faciat? Proceros humoris copia reddit, & caloris inopia, blæsos imbecillitas facit. Cùm enim eorum partes inferiores nequeãt sustinere superiores, facile peruertuntur. itaque vitium, quod blæsitatem pedum vocamus, committitur: quod idem etiam ædificiis accidit, nisi superior moles fundamentis respondeat.

26 Cur partes corporis nostri postremas rigere maxime soleamus? Qm̃ tenues neruosæ, * vesangues, atq; ob eã rẽ frigidæ sunt.

* pauci sanguinis.

27 Cur per metum aut horrorẽ pili erigi solent? Quoniam affectus omnes refrigerãt, refrigeratio autem foramina cutis adducit, & cõdensat: pilus quippe, cùm vndiq; astringatur, intenditur, atq; erigitur.

28 Cur homines melancholici munera quidem naturæ exequi valeant, quippe qui cibos concoquant, atq; in sanguinem vertãt, animi nullũ munus integre exequi queant? Haud enim recte hi cogitare possunt, quibus atra bilis redundat. Quoniam vitiosus hic habitus sedem animi, qua sapimus, id est cerebrum occupat, & deprauat.

29 Cur morbi, qui crebrius veniunt, curari possunt facilius, q̃ qui raro? Quoniã quod sæpius euenire solet, minus naturã infestat, videlicet ratione assuetudinis. adde, q̃ crebriores committere parua deprauatio habitus potest, graues magna inducit. curatur autem facilius, quod ex causa prodiit leuiore.

30 Quam ob causam qui febriunt, plus siti, q̃ fame affligantur, qui conualescunt plus fameſcant, quam sitiant? Quonam sitis ex nimio calore febris consistit. quemadmodũ etiam iis, qui bene valent, si multum meri hauserint, sitis oriatur necesse est. fit enim sitis ex nimio calore, vt modo dixi, aut à sic citate, videlicet humore absumpto, quod iis accidit, qui ieiunarunt. verum famen non sentiunt, quoniam multum vitiosæ materiæ suo in stomacho continent: contrà qui conualescunt, propterea fament, quòd febris late humores consumpserit: siti non infestantur, quod febre sublata, corpus refrigeratur, & rehumescit.

31 Quare cùm moritur homo, pediculi suis emigrant locis? Quoniam desiderant teporem & alimentum, quæ à sanguine peteban

Hæc loco, q se mittat, quæ infra apud

tur, qui cùm sit refrigeratus & consumptus, discedunt locum priori similem vestigãtes. Theodorũ haudquaquã repertiuntur

Quare quæ iugulantur animalia assidue calcitrant? Propter dolorem, potius quàm quòd conuellantur. 32

Quam ob causam caudæ quorundam animalium abscissæ magis, quàm reliquum corpus, moueantur? Quoniam propter meatũ suorum angustiam magis seruãt naturalem calorem, quo vis mouendi, & sentiendi continetur: vnde fit, vt etiam si quiescant, rursus moueantur, si tangas. 33

Cur medicina purgante epota oculi primum perturbentur, & caligent: pòst purgatione peracta, emendentur, atq; acutius videant? Quoniam principio materias medicina mouet, trahitq; ad ventrem, quare vaporum copiam excitat, quæ ad caput effertur, perturbatq; cerebrum, vt neq; sensus, neque cogitatio constare integre possit, post vbi materiæ excesserunt, extinctusq; est ois vapor, nihil præterea est, quod vel sensum, vel rationem impediat. 34

Cur tabidis & purulẽtis copia interdum pediculorum oriatur? Quoniam pus humores corrumpit: humores denique vitiati calore naturali concalfacti, animalia creant. sicut etiam in cœno, aut quibuslibet fœcibus, enasci vermes consueuerunt. 35

Cur vehementius per ictum testium doleamus? Quoniam appendices testium sentire maxime omnium mẽbrorum possunt. adde, quòd natura summam voluptatem ex pene oriri voluit, vt propensiores essemus ad rem veneream, qua vna genus humanum seruari potest. Atqui testibus cum pene, & cognatio, & sedes communis est: ergo communem etiam affectionem, sensionemq; sortiantur necesse est. At vbi magna sensio est, indidem etiam magna voluptas exultat: vbi autẽ magna voluptas est, dolor etiam indidem vehemẽtior. bono. n. maiori, malum obiici maius certum est. Hic subiungere illa non incongruum censeo. Consensus rerum atque affectus communis trifariã fieri solitus est: aut enim per cognationem, vt cerebri, et stomachi. habent enim communẽ copiam neruorum, aut per situs propinquitatem, vt cordis, & stomachi: sic enim cor sentit, quoties materia acrior stomachum mordet, moueturq; ad id expellendum, quod molestum est, aut per imbecillitatem, & transitionem, vt cum pedis digito offenso inguen tumescit. Dum enim vis naturę cum sanguine ad partem lęsam festinat, 36

nat, adenes inguinis sanguine implentur, & cõtumescunt. Accommodari vel moribus, ac vitæ hominum tripartita hæc diuisio potest. dolemus enim vicem cuiuspiã, vel quia parentela coniuncti sumus, vel quia vicini habitamus, vel quia casum audimus miserabilem. atq; ita efficitur, vt affectio, tum propria quædam, tum communis obueniat.

37 Cur super lippitudine caput totõdisse ad cutem iuuet? Quoniam melius caput diffla-
tur, liberiusq; per suos meatus digerit materiam vacantem, & fluitantem.

38 Cur vbi ex tenebris ad lucem, aut ex luce ad tenebras venimus, non statim cernere valeamus? An quòd tenebræ crassiori, frigidioriq; constant aere, itaq; diducunt cõfunduntq; spiritum, cui cernẽdi munus accommodatum est. lux vero quòd clara, candida, & calida est, spiritum illũ digerit, atq; dispergit. cùm autem per temporis aliquantulum spatium alluescat, cernere integre põt. adde, quòd ex contrario, subito in contrarium tra ducti, rei nouitate turbamur, vt minus cernere ex æquo præterea valeamus.

39 Cur in bestiis febres, omnesq; abditi affectus difficilius curent, periculosioresq; sint, quàm in homine: An quoniam naturã sentiendiq; potestatem parte intima sui corporis gerunt immersam, non ad exteriora per rationem euocatam, quemadmodum homines habent. ergo si ita est, merito sensus dolorem percipit vehementiorem, viresq; oẽs naturæ prosternit, immergitq;. adde, quòd bestiæ, vt affici minus aptæ quàm homines sunt, sic etiam curari difficilius possunt. causam enim mali vehementiorem vrgere necesse est, quandoquidem id ęgrotat, quod in morbum difficile incidit.

40 Cur bullæ, quas imber excitat, indiciũ afferant imbris vehementioris? Quoniã aquę copia & vaporis spiritum multum gignit, et crassum. qui, cùm vndiq; aquam subeat, erigatq; in deuexum, inflat, & facie vesicę affor mat. quomodo etiã vitrũ inflari potest, & genus omne humoris, cùm ebullíat, cõuerti in spiritum, atq; intumescere solitum est.

41 Cur minus doloris per sectionem cutis caput integentis percipiamus, quàm cùm quælibet alia pars secatur? Quoniam minus carnis musculosę in capite quàm ęteris corporis partibus est.

42 Quam ob causam ex conualescentium pedibus squamæ magna ex parte distringantur, atq; etiam ex manibus, quanquam raro? Propterea quia materia ferri deorsum aptissima est. & vero pedes à sede cordis positi longius, & ob eam rem frigidiores, minus excrementa concoquere atque digerere possunt.

Cur rabes, scabies, lippitudo, mala contagiosa sint: aqua intercutis, febris, & stupor totius corporis, cui nomen apoplexia, transire in alium nunquam soleant? Quoniam oculus quidem, vt humidus, affectionisq; opportunus facile morbosis deprauat radiis, qui cum spiritu à lippientis oculo proficiscuntur. rabes autem expirando putrem aerem reddit, qui tractus ab homine sano pulmonem, membrum affectu facile vitiat, & corrumpit. Scabies quoq;, cùm per summa corporis sit, lentamq; sanies emittat, facile sese propagare, cutemq; integri corporis vitiare potest. cæteri sane morbi, aut politi intus cutem attingere nequeũt, nullamve reddũt delibationem, vt aqua intercutis, vt stupor attonitus. aut cùm per summa corporis natent, nihil tamen humoris præ nimia sua lentitatẽ, & siccitate, et corpulentia emittũt, vt albugo, vt lepra. aut politi quidem parte interiore sunt: sed quoniam nihil pestilens, atque putrefaciens mittant, suum alitor sum transmittere vitium non possunt, vt febres crebriores, & solitæ. 43

Cur nonnullis febre laborantibus liènes augeantur? An quoniam affluentius aquã hauriunt? est enim membrum id laxius, atq; fungosius. An quia debile est, materias illuc affluentes facilius excipit. 44

Cur senes, & pueri magis quàm qui ætate sunt firmiore, calculosi sunt? Pueri vt edaciores. senes vt frigidiores, & imbecilliores, multa per cruditatem colligunt excrementa, quæ calculum contrahunt. 45

Cur titillatio, & fricatio plãtarum somnũ afferre possunt? Quoniam extrema neruorum eo concurrunt, & cocunt. his enim vehiculis pertractatio illa leuis ad cerebrũ vsq; transmissa permulcet animũ, atq; ad requiẽ, somnumq; inuitat. Sunt qui excremẽtis causam tribuant, quæ tum sua proniore natura, tum motione pedũ frequentiore ad palmas delabantur, rursusq; per mediocrem tricandi motum remeent, neruisq; aliquãtisper ad cerebrum perueharitur: itaq; sede illa superiore oppleta somnum concilient. 46

Cur ampliores crebriores q; Lunæ defectus fiãt, quàm Solis? Quoniam Luna tã in terminos deficiendi coitruum, quàm in tunc sine vmbrę ex terra per Solis diametrũ ortę incurrit. & quidem crebrius Lunã eo deue- 47

tur

nire propter sui orbis celeriorem absolutio
nem necesse est: Sol per coitus tantum defe
ctioni deputatos obumbratur, cùm scilicet
Luna cursum per eos agat occultetq; faciẽ
superiorem, quòd tamen Sol longe maior,
q̃ Luna est, totus abscondi non potest, Lu
Ex hoc lo co colligitq; author illete net dari spiri tus siue dæ mones, qd nõ est ad mẽ tẽ Alexand. qui alic mor talitatem su stinuit
na sæpius tota occulit̃. Mouere es, ferrumq; multitudo, quoties Luna aut Sol deficit, cõ
* malos ge nios siue dæ mones.
suevit, quasi * spiritus quosdam vitiosos ve
lint depellere. haud enim per id tẽpus lumi
to meatus diutius moueamus: Quoniã mea
na benigne terram aspiciunt, neq; benifica
delibatio inde manat, qua mali infestiq; spi
ritus repelli possint, & coerceri.

Cur infantes, qui septimo mẽse in lucem
venerint, viuere possint, qui octauo nõ pos
sint. Quoniam septenarius perfectus nume
rus est, & vt Pythagoras censet, & oẽs scien
tiæ numerorum professores autumant, octo
narius imperfectus est. Itaq; quod tunc pro
dit, imperfectum, minusq; aptum ad vitam
est. Qua ratione etiam monstra viuere ne
queunt: quippe quæ non ex consulto natu
rę orta sint, sed imperfecta vel per inopiam,
vel per superantiam, & temeritatem mate
riæ forma diuersa contra naturæ legem per
uenerint. nihil enim imperfectum vel tem
pore, vel forma a natura creari solet. quam
ob rem si quid tale erumpat, id edurare non
solet. Nasci infantes mẽse septimo possunt,
quoties vis afformandi validissima est, &
sanguinem sibi obtinet commodum. sic. n.
ocyus rem perficere potest: sed si è contra
rio est, decimo exeãt necesse est. Numerum
tam septenarium, quam denarium esse per
fectum varie cõstat: orbem nanq; terrarum
septem insignibus stellis regendum nouis
mus. homo septimo mense dentire incipit.
anno septimo dentes permutat. quartodeci
mo, id est bis septem annis peractis, pubesce
re incipit. vigesimoprimo firmam aggredi
tur ætatem: quod tempus ter septem annis
consumatur. morbi numero septenario iu
dicantur. Luna per septenarium suas accí
pit formas. menses septenis cõstant diebus.
vocales literæ septem sunt. et denarius quo
que numerus ortum omnem, atque interitũ
rerũ complectitur, author Aristoteles est,
& numerus omnis ex denario oritur per re
petitionem. Vndecim enim & duodecim,
& reliqui omnes sequẽtes, vnitates quibus
denarius constat, repetunt. & homines pri
sci non tabulis, sed dextris suis rem, de qua
agerent, confirmare solebant, videlicet nu
meri denarii causa, quem diligit, explent.

49 Cur ouum prelium vtroq; extremo am
babus manibus frangí nequeant, pressum la
tere facile frangitur? Quoniam per angulos
tantummodo suos manibus renititur oppri
mentibus. Est enim angulus, quod quaque
in structura validius cõstet. adde quòd pres
sum per extrema, parte minima sentit: pres
sum per latera, parte ampla conflictatur, vt
facile possit destrui.

Cur in tinnitu aurium digito in aurẽ indi 50
to meatus diutius moueamus? Quoniã mea
tus sic ampliatur, & spiritum, qui sonitũ exci
tat, digerit, atq; transmittit. Quinetiam spiri
tus ipse, qui per contẽtiorem digiti motum
attenuatur, secerni melius potest.

Cur fœminæ omnes calculum sua in vesi 51
ca lente concipiant? Quoniam ceruicẽ vesi
cæ ampliorem q̃ mares habeant. hinc. n. fie
ri potest, vt cum vrina excrementum quoq;
euiciatur, quod calculum contrahit.

Cur genus sili piũ sylvestrium validius, et 52
lætius esse soleat, q̃ vrbanum? Vnde dici so
let tellurem esse matrem sylvestrium, nouer
cam autem vrbanorum. Quoniam solertia
naturæ, non humani ingenii creatur. caret
enim humoris nimia copia, quæ satiuas stir
pes elaxat, atq; effœminat.

Cur musculi transuerse insecti difficilius 53
vniantur, & curentur? Quoniam fibræ, fi
laq; neruosa affatim ita inciduntur. Natura
enim neruũ carpsit, in quo fila discreuit per
multa, quibus carnem vndiq; veluti dedu
cto porrectoq; stamine texuit, fecitq; mu
sculum, nomine à similitudine muris anima
lis translato, cui sane oppositum neruũ con
didit, qui tendo à tendendo vocatus est, cu
ius extremum artubus partium mouendarũ
annexuit. cumq; rem mollem duræ coniun
gere sine vllius interuẽtu nequiret (sunt. n.
contraria) per ossa, medullamq; membrum
quoddam neruaceum edidit, quod copulã
nominamus, eoq; tendonis partem postre
mam alligauit: ex quo vsu nomen copulæ
accepit. Musculum solers naturę ingenium
alibi in globi speciem collegit, alibi in mem
branæ planum attenuauit. Denique p vsu
membri mouendi musculum quoque aptis
sime accommodauit. Nam vbi membrum
magnum, ac validum trahi deberet, vt crus,
coactiorem, plenioremq; musculum affor
mauit. Talem enim res postulabat, vt mo
uendi vim ampliorem contineret. vbi par
uum, aut inualidum esset regendum, vt pal
pebra, aut lingula, musculum membranę si
milem addidit. Quoniam membra eiusmo
di parum potentiæ mouenus desiderarent.

Cur

54 Cur aliqui fascinari possint, præsertimq;
pueri? Quoniam talem sortiuntur naturam,
vt affici perquam facile possint, & immuta
ri: genus id vitij tale est. Qui summa animi
nequitia perpolluti liberalẽ aliquã, ex oscu
landamq; formam conspicati mouentur, ra
dios sui cõspectus vitiatos trãsmittunt, qua
si veneno quodã vitio sui animi radios ve
luti telum illinant, iaciantq; in rem, cuius in
uidia tenentur, & desiderio. prodit igitur de
pupilla radius exitialis, qui per oculos ob
ducti hominis subit, vertitq; quã aggressus
naturã est, maloq; habitu deprauat, vt mox
corpus languescat, morboq; laboret. q̃ ve
ro aditus per oculos pateat contagioni, con
stat etiam ex ijs, qui mortua hominum cor
pora contueri recusant, ne radij sui* conspe
ctus aliquã sibi luem, pestemq; referant. Sed
omnium maxime pueri vitio illo capiũtur.
Quoniã natura tenerrima sunt, facillimeq;
affici à quolibet possunt.

* Al. l. cõspe ctus refracti p oculos ali quam

55 Quam ob rem nonnullis vehementer
tussientibus, aut euomentibus splendorum
quędam imagines ante oculos obuersari ap
pareant? Quoniam abductio vehemens pe
toris & vẽtris humores sursum compellit,
& spiritus: qui, cùm ad oculos veniant, spiri
tum conspiciendi perturbant, atque depra
uant, ita vt foris illas imagines ementiãtur,
quod si vapor ductu oblongiori est, imagi
nes etiam hac eadem forma apparent. item
si bilis ex vitello cognominata vaporẽ exci
tat, aurum imagines imitantur. si pituita mo
uet, albi suspitio occurrit. Ad summam pro
figura coloreq; causę visa quoque imagina
mur. Qui tamen per febrem arduã delirant,
atq; insaniũt, ijs de cerebro ipso vapores ad
conspectorum spiritum funduntur. et vero
qui oculorum suffusione infestãtur, eisdem
illas sibi videntur videre imagines.

56 Cur qui aquã bibere consueuerunt, acu
tius videant? Quòd vini copia flatus numiũ
excitans spiritum cõspectuum, sensusq; om
nes perturbat & vitiat.

57 Cur qui oculis cæsiis sunt, vehementius
ex lippitudine doleãt, nec pati possint acer
bitatem medicamentorum? Quoniam ocu
lorum humorem omnem, & à crystallo illũ
cognominatum propensiorẽ ad partem ex
teriorem patentioremq; sensui continent.
at qui nigris sunt oculis, minus ob causam
contrariam sentiunt.

58 Cur qui leuiter euomunt, pituitam ege
rant, qui plenius, bilẽ, qui supra modũ, etiã
sanguinem? Qm̃ qui vehemẽter intendunt,
materias quoq; imis infixas possunt euelle
re. pituita vero vt crassa, illinitur, atq; ob eã
rem vel à leuiore excitatione moueri, ac reij
ci põt. q̃ si bilis quoq; per ventrem innatet,
ocyus mouebitur, q̃ pituita. Verũ materiæ,
quæ invenis continentur, egeri per medica
mentum hoc modo consueuerunt. Natura
cùm corpus male habitum purgatione indi
gere animaduerteret, postrema venarũ ad
ventriculum finiunt, quemadmodũ ad vul
uam alias duxerat venas propter menstruã
purgationem, atque ad nares etiã alias, et ad
sedem coniecit, vt inde morbis remedia per
purgationem paterent. quæ quidẽ ora vena
rum cõiuncta lex tandiu continet naturalis,
dum aperiẽdi necessitas sit. hæc igitur quo
ties febres vrgent acutæ, sponte suæ naturæ
per vim excretoriam patefacta, materiã am
plis in venis atq; arterijs concoctã egerunt,
aut per os, aut per aluum. at, cùm medicina
epota sit, per vim ampliantur, permittuntq;
ex conceptaculis materias attrahi. Piper eni
& scamonea, & cætera generis eiusdem suo
naturali calore ora aperiunt, deinde sibi
quodq; conuenientem materiam attrahere
naturali quadam proprietate potest, vt dí
ctum inter initia est. sanguis tamẽ, quoniam
amplexus est à natura, clarusq; habetur, nõ
nisi tractus per vim nouissime exit, cùm sci
licet vltra modum eximantur.

59 Cur pondera facilius parte læua ferre pos
simus, cùm hęc infirmior sit, q̃ dextra? Quo
niam dextra vt validior, lævæ subuenit, le
uatq; aliquantulum onus: quod quidem of
ficium læua præstare dextræ suam ob imbe
cillitatem non potest.

60 Quam ob causam vinum, aut quemlibet
alium humorem per fistulã exugendo attra
here valeamus? Censendum per vim inanis
humorẽ posse efferri, non per oris attractio
nem. fistulę nanq; meatus plenus aeris vide
licet corporis prętenuis est. et cum fieri non
possit, vt duo corpora per idẽ tempus eodẽ
in loco maneant, vtpote humor & spiritus
atq; etiam cùm locum esse inanẽ, id est cor
pore omni vacantẽ natura omnino recuset,
(omnis enim locus continet aut corpus soli
dum, aut humorẽ, aut spiritum) necesse est,
dum aer canalis interior per oris suctionem
detrahitur, humorem tantisper consequi,
vt inane spatium relinquatur. quod idem
etiam per id agitur instrumentũ, quo admis
so vrinam elicimus. lana enim obturãte de
tracta, spiritus etiam internus educitur, atq;
ita ne inane sit, vrina attrahitur. Quinetiam

*al. l. admissus fundit cõtentũ humorem, tenuat, & vacuat, q vbi.

medicinales cucurbitæ eadem illa ratione sanguinem attrahũt. ignis enim *admissus, vbi extinctus est, facit vt tantum sanguinis attrahatur, quantum loci ipse occupabat, ne inane sit, à quo penitus natura abhorret. denicq; omnia quibus hunc in modum quicq; attrahimus, ad rationem inanis referre omnino debemus. necq; enim calor, necq; oris attractatio causæ potissimæ sunt, vt late in vrinaria illa fistula patet, quę neutro eorum attrahit vrinam. sunt tamẽ alia quæ sui caloris ratione possint attrahere, vt tapsia illita. nec non & inualidum à valido trahitur, & proprietate quadam occulta pleraq; attrahunt, vt ferrum magnes, sanguinem membra.

61 Cur naturales potentiæ natiuæ, atq; insitæ sint, animales aduentitiæ omnes habeantur? Quoniã naturales, id est attractoria, retentoria, immutatoria, secretoria ad ipsam tantum viuẽdi pertinent rationẽ, necq; plus quicquam obtinent, quàm necessum sit: animales vero, & sensales, & morales ad bene viuendum non commodæ plane adsunt. membra enim nisi alantur, interire necesse est: at si non vel moueantur, vel sentiant, nõ idcirco intereunt: quanquam pulmo, quoniam vires habet trahendi, reddendiq; spiritus, idq; assidue ex periculo strangulandi exercet, insitam sibi simulet motionem. Naturales vero potentiæ ordine atque numero illo ob hanc causam habentur: cibus, & sanguis, quoniam vacant anima, non ex sese possunt adglutinari membro, quod alit debet. Quam ob rem vim adesse oportet trahendi, quæ fungi officio possit. Item, cùm corpus omne quod mutatur, non sine vllo tempore, sed per temporis spatium immutationem patiatur ab re, quę agit, atque immutat, vim secundam adesse necesse est, quę contineat, subministretq; ad tempus, quantum satis sit immutandi potentiæ. Vnde etiam tertiam quoque vim esse oportet, cuius officium sit immutare. Sed cum vis hæc immutatoria cõcoquendo partem quidem sanguinis vtilem membris adiungat cohærendam, inutilem autem relinquat, quę cum permaneat, non iter tantummodo claudat, & foramina, per quæ sanguis alimentumq; permeet, verum etiam putreat: constat vim quandam subiungi quartã esse necesse, quæ partim per inuisibilem exhalationem, partim per sudorẽ, cæteras q; vias sensibiles excrementum secernat. ordo hic est, & numerus naturalium potentiarum. Membra autem nõ omnia ex æquo potentias, quas enumerauimus; omnes sortiuntur, sed ea dunta xat, quæ sibi tantum operantur, vt neruus, vena, os. Nam quæ nõ modo sibi, sed etiam cęteris omnibus membris victum emoliuntur, munereq; funguntur publico; hæc vnã habent potentiam intentam, & potiorẽ. vesbi gratia, vẽter, & ictur vim amplissime mutatoriã obtinent. Lieni, stomacho, fellis folliculo, renibus attractoria poti⁹ data est, intestina, atq; vesica excretoria. plurimum valent. vulua insignis per retẽtoriã est. proximum sane, quod de sensibus animaduertimus, est. haud enim pro compari modo genera animaliũ omnia sensibus prædita omnibus sunt, sed olfactu canes præcellunt, visu aquilæ, gustu protogeustæ animalia Indica: vnde & nomen acceperunt: tactu serpentes & quædam aues, auditu anseres.

Cur sensus quinque tantum, non plures, 62
neque pauciores habeamus? Quoniam prorum natura sensibilium, atq; numero, sensus quoque condi debuerunt. Tactus enim asperum, læue, durum, molle atque cæteras qualitates, quæ positæ in solidis sunt, percipit. gustus dulce, amarum, salsum, & cætera saporis genera, quæ in humoribus, succisue constant. olfactus bene malève olentia, quę vaporibus tribuuntur. auditus sonos & strepitus, quæ ictu aeris efficiunt. visus colores, qui tenuissimo, ætheriq; finitimo spiritu cõtinẽtur. quippe res solida resoluta diffusaq;, humor redditur. humor in vaporem trãsit, vapor in aerem, aer in æthera, atq; spiritum tenuissimum, ita vt quasi series quædam ex terra ad cęlum vsque deducatur perpetua. licet hic quid spiritus aeri intersit subiungere. discrepat aer à spiritu tenuitate, & motu. spiritus enim aer concitatus est, qui cùm cõcitetur, etiam extenuetur, necesse est.

Quam ob causam caro corrupto ossi sub 63
posita laxa sit, fungosa, & liuida? Quoniam ossis corruptio non nisi per habitum vitiosum fit. qui mutandi potentiã deprauat: qua deprauata, fieri non potest, vt caro integra, solida, coloratáq; gignat. sanguis enim mutari præterea ex naturę ratione non potest.

Cur in omni transmutatione, id quod ge- 64
neratur exprimit generantis & transmutantis colorem? Quoniam facultates transmutantes naturales sunt: in partibus solidis tanquam sedibus firmis, à natura collocatæ, vtpote ossibus, venis, mẽbranis, & arteriis, nõ autem in humoribus & spiritibus: nimirum fluxis infirmis ac facilè perituris creditas facultates. Porrò autẽ, cùm vniuersum corpus

Quæstiũ hoc apud Theodorũ nõ legebatur.

pus tribus istis componatur substãtijs: & solidę partes colore sint albo præditæ; consentaneum est in vrinis percoctis contenta esse alba & pus, lac, semen, mucum, lippitudinẽ, id est humorẽ in oculis cõcretum, chylum, hoc est lacteum in ventriculo succum, & ijs similia, sanguinem vero esse rubrum, pro ieoris, à quo generatur, colore. Cęterum, eorum quæ in animalis corpore generantur, quædam sunt omnino contra naturã: vt calculus, vermes, lapidosa duritas in podagra, impetigines & cętera huiusmodi, quæ ex vitioso nascuntur humore, quędam sunt prorsus secundum naturã: vt semen, lac, sanguis, infans, caro, & huiusmodi, quę vera sunt naturę germina, quædam deniq; sunt amborũ media: vt pus, alui deiectiones, mucus, auriũ oculorumq; sordes & his similia facultatis cõcoctricis excrementa. Bonę porrò temperaturæ gignunt naturales facultates, atq; vt nõnulli existimant, etiam animales, siue, vt verius dicã, sunt ipsarum instrumẽta. Nam quemadmodũ fidibus in cithara & foraminibus in tibia recte cõstitutis, artifex optimè modulabitur: male aũt dispositis, perperam agat necesse est, cùm ipse in re nulla sit immutatus, sed potestate tantum, non etiam actu artem habeat incolumẽ: ita omnis facultas pro instrumenti agit constitutione. Siquidẽ cerebro, verbi gratia, per intemperiẽ depravato, vis animæ rationalis nequit suo perfungi officio: cùm tñ ipsa interitus expers potestate permaneat immutabilis, cõtra autem restituto organi temperamẽto idoneo, vim & potestatem suam exerit & cõfert ad actionẽ. Itaq; bona quidẽ membrorum temperies facultates seruat incolumes: facultates vero producunt actiones, sicut hę vicissim ipsum opus proferunt. Nimirũ modera- 40
tò calida & humida iecinoris temperies, parit quidẽ vim sanguinis effectricem: aut certe conseruat: sicut alij malunt. vis autem illa actionẽ edit, sanguinis videlicet confectionem, ex qua deniq; opus ipsum, vtpote sanguis, existit. Vnde licet vicissim atq; ordine inuerso hunc in modũ colligere. Si sanguis generatur, incolumem esse sanguinis confectionem: & si hęc salua est, validã quoq; esse facultatẽ huius actionis parentẽ: qua itẽ su- 50
perstite, necesse est bonã hepatis temperiẽ etiamnũ extare: & ea integra, rectam deniq; esse, quę ipsam tuetur ac moderatur, elementorum commixtionem.

65 Cur acetum conspersum vuluę dolorem inuehat vehementem? Quoniã vulua ner-

uosa admodum est neruis enim sentimus, et acetum ipsum per suam acredinẽ mordet, ac percutit. sicut etiã pectus aceto offendi nouimus, qm̃ membranis, & musculis constat numerosis. neruosam vuluę esse texturã natura voluit, vt sentiret præcipue, voluptatemq; ob eam rem summã ex coitu venereo caperet seminis gratia cõcipiendi, tum vt in partu multum extẽderetur. Sunt qui per di- * Hoc totũ i Theodori translatione nõ reperit.
scordiam quandam naturalẽ acetum vuluæ aduersari existimẽt: narrantes obstetricẽ, artem medendi sibi vendicantem, aliquando in partu clàm ac dolo in vterũ puerperæ iniecisse acetum cum re alia quapiam, mercedis gratia, atq; ita intulisse conuulsionem, et summum dolorem: deinde simulantẽ se mederi, infudisse rursus alia quæpiam, atq; ita restituisse sanitatem: tum autẽ in ipso facto deprehẽsam, sceleris dedisse pœnas. Non- 20
nulli strangulationibus vuluæ res bene olidas infrà, male olidas suprà per nares afferunt, rati esse animal, & propterea male olida fugere, accurrere verò ad bene olentia, atq; ita ad propriã sedem redire. mihi verò videntur bene olida, cũ vim habeãt tenuorem, et calidam, lentam materiã, morbum in vtero generantẽ, concidere, et digerere, quę infestat: male autem olida, cum viribus sint crassioribus, foramina intersepire, vt vulua retrahi nequeat. Sed quanquam male olida 30
vuluis prosint, tamen comitialibus auertenda omnino sunt. faciũt enim, vt qui eo morbo capi solitus est, collabatur & ęstuet. Ergo vitandum pennas igni iniectas, lapidem gagatem, bitumẽ, cornu omne, lucernas, lanas pice illitas & deustas, lapidem thraciam, qui aqua vritur, oleo extinguitur, deniq; omnia, quæ crassos reddunt humores. quippe cum tracti vapores eiusmodi crassent spiritum animalẽ, & cogant, præsertim cùm iam àliquid ex se ipse habeat crassitudinis & frigidatis. atq; ita efficiẽt, vt anima apto careat spiritu ad munerum suorum perfunctionẽ, corpusq; suum spiritali orbatum veluculo premi, collabi, prosterni patiatur.

Qui fieri potest, vt quæ qualitatum con- 66
trariarum sunt, affectum eundẽ possint adducere. rigorem enim, & calor cõcitat, & frigus: Censendum hoc causis agi diuersis. oritur enim rigor ex flaua bile ratione acritudinis, quæ membra pungit, & mordet. excitatur enim corpus ad id repellendũ, quod tenet, cumq; id ipsum frequenter faciat, vicissimque modo bilis superfluat, et impungat, modo membra cõcitentur, atq; repugnent,

rigor exultat. oritur item ex refrigeratione, quoties natura per immodicam mutationẽ conflictatur, suaq; membra rursus frequenter excitat ad rem expellendam inimicam. modica enim refrigeratio chara, & accommoda naturæ membrorum est, immodica, abhorrenda, & noxia. Membra primum obtorpescunt, deinde inhorrescũt, tum autem inalgescunt, & rigent vario scilicet refrigerationis incremento.

67 Quam ob causam, cùm vinum cum pane febrientium imbecillitati concesserimus, febris nihilo per calorem vini aucta est, imo minor esse incipit? Quoniam exiguum, atq; inualidum dedimus. hinc enim facile concoctum, digestumq; in omnes partes membrorum est. membra autem recreata assumpti beneficio alimenti firmiora ad cõcoquẽdam morbi materiã efficiuntur. habet enim panis, & vinum ex proprietate quadã plus virium, quàm cæteri cibi ad alendum, firmãdumq; membra humani corporis, modo quis modice assumat. ex quo illud Homeri,

» Et Cererem, & Bacchum: nanque hinc vires, animiq;. Quinetiam odore suo hæc reficere, firmareq; hominem possunt. & malum quoq; sui odoris qualitate recreat, atque firmat, longeq; magis, si edatur & vero capreoli vitium, & *myricæ, & rosæ, & his similia olfacta in febriendo recreare possunt, atque firmare.

*mirti.

68 Cur oleum nullo cũ humore misceri patiatur? Quoniam lentum, crassum, & continens est: neque vllas in partes tenues conscandum, idcirco nullum humoribus locum dat subeundi, miscendiq;. Iunguntur autem quæque aut per *confusionem, vt elementa, quæ primas suas qualitates omnino amittunt, cùm coeant, corpusq; vnum augmentent, quanquam resolui à natura, restituiq; possint ad pristinam conditionem, cùm non sint reuerã; aut per adiectionem, vt aqua iungi cum oleo solita est: aut per mistionem, vt hordeum cum tritico: aut per adglutinationem, vt lapis cum lapide: aut per agnationem, intimationem, & assimilationẽ, vt sanguis cum carne, vel cum medulla, vel cum osse: aut per affixionẽ, vt lignum cum ligno clauo adacto: aut per mutuam retentionem, complexionemq;, vt *anse ostiales. In ijs vero, quæ animata sunt, vt qui per luctam suas manus conseruerunt, quòniam modo animus coniungatur corpori, nondum expositum est: nullus enim ex prædictis modis cõuenit animo, sed per habilitatem potius censendum iungi cum corpore animum medio quodam interueniente, quod aliqua ex parte naturam continens vtriusq;, atq; familiare vtriq; se exhibens, atq; *vtrunq; ingenue simulãs, miscet naturam incorpoream cum natura corporea, immortalem cum mortali, puram cũ impura, diuinam cùm terrena, videlicet hunc in modũ: Oritur spiritus quidam vaporis prope speciem gerens: in iecore per calorem humoremq;, qui ea in parte modice habentur, qui cùm per venam cauã cognominatã ad sedem cordis ascẽdat cum sanguine, atq; amplius recaleat, & exteriuetur, in speciẽ prope aeris transit, rursusq; per arterias carotides ab aggrauatione cognominatas ad basim, id est partẽ subditam cerebro effertur, qua in parte frigiditate cerebri moderatur, naturaliq; quadam proprietate afficitur, transformaturq; in spiritum æthera plane imitantem, quo animus instrumento aptissimo vtitur actionum suarũ. Quinetiã aer, qui naribus trahitur extenuatus in corde ascendit ad cerebrum per arterias, alimentumq; offert sese spiritui æthereo illi, & animali. hic igitur spiritus, vt non incorporeus, accommodari corpori põt: vt tenuior, syncerior, atque clarior, q; natura vulgaris corporis patiatur, iungi cum animo potest. Deniq; vinculum perq; idoneum corporis, atq; animi hic accedit, naturasq; oppositas copulat, & suo familiari interuentu cõciliat, atq; continet. hic quandiu constans, atque integer sit, facultatem recte cogitandi, agendiq; omnia animo præstat: at cùm à sua natura descisca, si leuiter refrigeretur, indensetur, crassetur, ineptum denique reddatur ad intentas animi actiones, committit, vt animus retardẽ, segnius, atq; veternosius agat. sed si nimium refrigeretur, factusq; sit corpulentus, efficit, vt animus suas penitus deserat actiones, quod his plane euenire videmus, quibus sedes memoriæ torpet, vitioq; tenetur lethargo: aut ijs, qui toxica hauserunt. Contrà si immodice recaleat, moueaturq; seuire insanireq; cogit, vt *tãtisper animus disiungi à corpore per sui vinculi deprauationem videatur. Cõsiderandũ porro mihi aliud diuinũ opus, cùm enim animã à corpore cælesti & diuino demissam, terrestri corpore claudi oporteret: descẽsum ipsi excogitauit per corporis figuram, cõstructionem & colorẽ. Ipsum enim caput rotundũ formauit, tanquã paruum quoddam cælum. Cerebrũ vero purum ac perlucidum cõstruxit, largitus spiracula septẽ, velut fenestras,

*xpoσῖν id est temperamentum.

*anuli catenarum.

*al. l. vtriusque naturam imitans.

*Al. l. sũt.

Tota hæc particula in theodori codice non legebatur.

pro

pro planetarũ numero. deniq; superpositis toti corpori: quia cœlũ eminet rebus omnibus generationi & corruptioni obnoxijs.)

69 Cur animantiũ alia parere plura, alia pauciora consueuerunt? Censendum naturam sic statuisse, vt quę breui tempore viuerent, hæc partu essent numerosiori, videlicet ea de causa, vt vitę breuitas partus copia compẽsaretur. genera eiusmodi sunt sues, canes, aues complures, pisces omnes. quę autẽ diu viuerent, hęc pauca procrearẽt. quippe cum temporis amplitudo posset rei, quam natura spectaret, satisfacere. Sunt hoc in genere elephanti, serpentes, cornices, cerui. quæ vero mediocriter viuerent, hęc etiam partu essent mediocri. Stirpes quoq; modo eodẽ illo fructificãt. annua enim omnia, quoniã vitam breuem sortita sunt, largam seminis copiam effundunt, vt triticum, hordeum, milium. Arbores parcius ferũt eo quòd vitam agunt diuturniorẽ. Mammæ quoq; animantibus pro partium numero datæ sunt. Quadrupedibus item intra sese fœtificare, atque vterum ferre natura voluit, ob eam scilicet causam, qm̃ & corpore sunt ampliori robustioriq;, & terrã pro sede sortiuntur, gradiq; non magno cum labore cõsueuerunt. Volucribus partus foris cõficiẽdos censuit, vt eo immunes essent onere, & labore, qm̃ & corpore sunt imbecillo, & per aerem agitantur.

70 Cur febrium accessiones certo venire ordine soleant? Quoniam tantum materiæ putret, quantum à natura concoqui potest. q; cùm materia concoquenda certa sit, potentiam quoq; certam tempusq; certum esse necesse est. subiungẽdum hic illa, quod q; materiæ genus suum habet vaporem. Sanguis enim vaporem humidum et calidum reddit more aquę feruentis, quod in belerũ tegminibus patet, atque in balnearum tectis, & in aere. sic etiam nubes consistunt, et quemadmodum vapor aquę in rorem cõcrescit, rursusq; speciem aquę recipit, sic etiam sanguis stringitur, et sanguis iterũ fit. bilis flaua veluti fuliginem agit calidã & siccam ritu lapidis ignẽ sentientis. Atra bilis quasi faullam emittit modo lignorũ, quæ deusta in cinerẽ aridum vertuntur. pituita fumum humidũ crassum, mordacemq; reddit instar lignorũ viridium, cùm vrantur. est enim quoq; oritum eadem essentia, qua sua origo est.

71 Qua de causa mel inueteratum, aut supra modum coctum, amarũ euadat, necesse est? Quia suum omnem humorem amittit qui calorẽ temperare immodicum potest. quẽ admodum etiam quilibet humor alius dulcis affici solitus est, vt vinum, vt defrutum. vnde fit, vt etiam temporis spatio crassescat, & minuatur. & quemadmodũ vinum quatuor illa cõtinet, florem, qui leuissimus innatat, fecem, quæ corpulenta subsidet, humorem, qui tẽporis absumitur spatio partemq; illam vinaceam, atq; idoneam alimento: sic etiam mel ex quatuor constat, eiusq; humidum recrementum illud vim quandam obtinet detersoriam. quapropter incoctum tergit, & purgat. coctum alere tantum potest, eo scilicet, q; sors superuacua omnis igne absumitur. Vt vero mel in vetustate amarescit, sic pinguia omnia, & oleosa rancida efficiuntur, vt butyrum, oleum, adeps. Hic de saporibus illa addidisse non ineptum fortasse sit, dulcedinem plus caloris, minus humoris parit, acritudinem caloris, & siccitatis copia producit, salsuginem plus siccitatis, minus frigiditatis committit, acorem frigiditatis humiditatisq; copia gignit, austeritatem siccitas largior, & frigiditas dant, amarorem siccitas & calor plenior creant, pinguitudinem ex humore pluri, & calore exiguo oriri censendum est,

72 Cur hominibus admodum vinolẽtis circumuerti omnia videantur? Quoniam larga copia vini exhalationem spiritus vaporosi ad cerebrum mittit nimiam, qui spiritus cùm digeri, atque consumi nequeat prius, quàm temporis spatium cõcoctionem exhibeat, per cerebrum voluitur, & quaq; versus percurrit, atque ita perturbatus profluit per neruum conspectiuum, pupillamq; ad res cõspectui obuias, facitq; vt tales videantur, qualis ipse est. Affectum etenim interiorem foris esse imaginantur. quocirca efficitur, vt etiam caligent, & vertigine tantisper tententur. cuius vitij nomen à conuolutione aquarum deductum est. neq; vero ex vino tantum, sed ex materijs etiã corporis accidere illud potest: quoties vaporem ad cerebrum nimium efferant, affectumq; moueãt, quæ caligo vocata est.

*alia litera lucernæ ardentis.

73 Quam ob causam cùm neruí ijdem à cerebro, & dorsi medulla in partes membrorum omnes transmittantur, non eadem actio, sed varia soleat prouenire? Quoniam non modo ratione essentiæ, verum etiam structuræ euariat actio, alia enim structes, & effigies neruí conspectui est, alia auditorij, alia gustatorij, alia eius qui in ore ventris positus est. Neruus enim conspectorius ille perforatus porrigitur. Auditorius

explicatior tendit, atq; etiam magis guſtato
rius ſimplici ducitur ſerie, qui ſtomacho de
putatus eſt, voluitur in anfractū. Porrò am
pliorem in orbē ſe agit, qui vētrem perficit.
quemadmodum & cithara, quæ fidibus va
rie concinnatur: quippe quę craſſioribus, te
nuioribus, intentioribus, remiſſioribus con
ſter. aliter enim nunquā illa cōcinendi amœ
nitas reddi poteſt. Quin etiā in reliquis mē
bris, quorū aliquod officiū eſt, varium per
ſpicere artificiū licet. Iecur enim & lien car
ne quadam criſpa, atq; tortitia cōſtat. quam
* παρεγχυ μα affuſionem. * propria. & *materiaceā, quòd materiæ ſimilis eſt, no
minemus. Renum quoq;, & cordis caro *ſui
generis eſt. Stomachi vero fila, quæ in dire
ctū porrecta ſunt, attrahūt: quę trāſuerſa du
cuntur, impellunt. Vulua profecto, & reli
qua membra, quæ vim obtinent cōtinendi,
non niſi per obliquum filorum tractum ſuo
funguntur officio. Venæ, & arterię, & mem
branę mēbris omnibus vſui ſunt, miniſtriq;
publici habentur. membra autem ipſa ſuis
quæq; diſtribuuntur muneribus, & ſingulis
ſingula actionibus delegātur, vt perſpicuū
ſit, cui pcipue tribuere actionē debeamus.

74 Cur mulieres, quę vterum gerunt, ſecun
do aut tertio menſe guſtare aliquid impro
be appetant, quapropter picare tantiſper di
cuntur à pica, quæ terræ glebas ſuauiter eſi
tat. Aut quia varius & alienus eſt eius co
lor: vt harum appetitus. Natura ſanguinē
omnem menſtruum colligere in matricem
neceſſariæ fœtus afformationis gratia con
ſueuit, qui ſanguis ſi vitiatus eſt, ſuum vitiū
ad os ventris tranſmittit, atq; ita ſtomachus
ipſe improba motus qualitate materię cibos
alienos, atq; incōmodos appetit, idq; ipſum
varie peccat pro materiæ ſubditæ conditio
ne. Nā ſi atra ſit bilis, carbones, aut lateres,
& genus quodlibet fictile appetit. ſi pituita
acida, ſapores acidos concupiſcit, ſi bilis vi
* Alia litera nidorulēta. tellina, *pinguia quærit. ſi alia miſcella quęli
bet ſit, auiditas quoq; guſtādi ratione illius
oritur inſolens. veram hanc eſſe cauſam cō
ſtat eo, q; non omnibus prægnantibus hoc
idem vſu eueniat, ſed complures ſobrio ap
petitu degāt, quibus ſcilicet ſanguis ille col
lectus integer eſt, & vacuus excremento. Vi
tium id vltra menſem tertium non protrahi
tur: fœtus enim iam perfectior copiam abſu
mere ſanguinis poteſt, vt nihil præterea ſit,
quod ſtomachum efferatur. Hoc idem etiā
aliquibus eſurientibus vi famis illa intolera
bili, quam bulimum appellamus, atq; etiam
morbo maioris inteſtini laborantis accidit,
ſcilicet eadem illa de cauſa, quòd ſtomachus
materijs vitioſis refertus eſt, ex quo fit, vt
his ſummopere proſit purgatio.

Cur autūnus inęquabilis ſit: Habet enim 75
eodem in die frigus, & calorem. De hoc va
ria ſentētia eſt: alij enim ad abditam atq; in
explicabilem cauſam illud referunt, alij ven
tos per id tempus varios, & inæquales affla
re aiunt, alij quòd terra nimio æſtatis æſtu
deuſta refrigeratur per autumnum, hinc cā
lore adhuc extante viciſſim agi modo frigo
re, modo calore opinantur. Haud enim illi
audiendi ſunt, qui propterea inæquabilem
eſſe autumnum exiſtimāt, quoniam medius
inter hiemem, & ęſtatem poſitus eſt: nam &
ver medium eſt, quod non ita euariat. Hic
adijcere illa non alienum eſt, diei & noctis
ſpatium quatuor anni tempora plane imita
tur. prima enim diei pars vſq; ad meridiem
veri ſimilis eſt, meridies ipſa æſtatē ſimulat:
hinc ad veſperam ſpecies agitur autumni,
nox deinde hiemem præfert, vt quę humi
da, & gelida ſit propter ſolis abſentiam.

Cur ſomnū laſſitudo afferre poſſit, cùm 76
hæc ſiccet, ſiccitas vigiliam pariat: Cenſen
dum nō interne à laſſitudine ſomnum pro
ficiſci, ſed per mediam frigiditatem, atq; hu
moris conſumptionem. Quippe cùm laſſi
tudo ex ſe ſiccitatem creet, ſiccitas calorem
aboleat (humor enim caloris eſt nutrimen
tū) abolitio caloris frigus augeat. Igitur na
tura humido alimento conſumpto, vitaliq;
ſpiritu diminuto quieſcit, vt acquirat, repen
datq; quod amiſerit.

Cur lapis, aut ferrum, aut quid tale proie 77
ctum in aquam ſine aliquo ligni ſuſtenta
mento demergatur, ligno ſuſceptum deſcē
dere nequeat: Cenſendum aerem per ligni
meatus admiſſum, lignum eleuare, ac face
re, vt innatet, quanquam pondus ſuſtineat:
at vero lapis, & ferrum, quia ſolidiora ſunt
corpora, prædenſoque meatuum contentu
ſtringuntur, nullum ſibi admitti ſpiritum
patiuntur, atque ob eam rem nequeunt in
natare. ſic enim & qui per vndas interie
runt, primum ad imum delabuntur, pòſt
aliquot diebus emergunt, & fluitant. cùm
enim corpus putret, & tabet, ſpiritus ori
tur, quo pulmo meatuſque omnes implen
tur, corpuſque eleuant ita, vt facultas ſit in
natandi. vnde piratas quoſdam, homines
quos enecaſſent, pulmone exempto in al
tum proijcere, ne efferrentur, proditum eſt.
Hæc eadem ratio eſt, cur oua integra dimiſ
ſa in aquam demergi ſoleant, vrina et corru

pta

præſuſtineatur, & ſupernatent: habet enim
humor eorum, & inflatur.

78 Cur teſtes gallorum gallinaceorum, quos
lacte ſaginant, ampliſſimi, & concoctu facil
limi efficiantur: Quoniam ſanguis non mo
do ſerum in ſe continet, quod renes trahūt,
ſed etiam lentorem, quem ſibi teſtes pro ali
mento hauriunt, craſſiorem vrina, tenuio
rem ſanguine, cuius ſpeciē prope imitatur.
Sed quandiu natura copia alimēti indigeat,
quod quidem in ætate accidit puerili, lento
rem etiam illum ad totum enutriendum cor
pus diſpenſare ſolita eſt. Vbi autem multus
deſiit alimenti vſus, videlicet tempore pube
ſcendi, colligit hunc ad teſtes: quæ quidē res
teſtium ipſorum amplificatione, pilorumq;
pubertatis ortu palàm fit. Teſtes enim per
id tempus augētur, & pubes pilo integitur.
Sed cùm iterum ſanguine natura indigeat
largiori, ſcilicet poſtea quàm fœmina conce
pit, vt & fœtum nutriat, & lac moliatur, len
torem illum à teſtib⁹ reuocat, rurſuſq; cùm
ſanguine miſcet, atque ita lac efficit. San
guis etenim albens lac fere eſt: ergo quòd te
ſtes gallinaceorum plus lactis hauriunt, ſcili
cet blandimento lentoris, quem ſuum in la
cte comperiunt, plenius augentur, et alēțio
res facilioresq; redduntur.

79 Cur mel illud cōmendemus, quod acrius
ſentitur, & mediocriter hoc idem calidum
eſſe exiſtimemus, cùm acritudo non niſi per
calorem immodicum cōſiſtere ſoleat: Cen
ſendum nō acre mel, ſed temperatum id eſ
ſe. Verum linguam ſuo calore plenius calfa
ciēdo in acritudinem vertere: dulce etenim
omne acre primum, poſt nimium incaleſcēs
amarum redditur: quod autem ſacchar Indi
appellant, mellis coagulum eſt, Sole cogēte
rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem:
quod idem monte Libani fieri certum eſt:
fit ſacchar id proximum ſalis glebulis, can
didum, fragile: vim id quoque tergendi pur
gandique melli ſimilem habet, & coctum
ritu mellis noſtratis non æque, atque inco
ctum purgare poteſt: cibo tamen ita aſſum
ptum aptius ad alendum eſt: mel item quod
galbanarium cognominamus, diſcrimē ter
tium mellis explet, paſtu ſcilicet apū, quem
galbana vitiat: prodeſt hoc illitum ad oculo
rum claritatem: quinetiam quod Thymum
redolet, ventrem iuuat frigidiorem. Aegy
ptium vero, humidum, dilutumq; eſt, vide
licet ea de cauſa, quòd flores tractus illius
immodice hument ex larga Nili amnis irri
gatione. Omnium optimum inſulæ ferunt,
& loca maritima: quippe quæ ſicciora ſint,
& ſynceriora. Melli montis Hymetti, terræ
Atticæ, hus pręcipua datur, propter florum
ſingularem præſtantiam.

Cur lac frigidum ſit, & cur facile conco 80
quatur, probeq; nutriat, cùm habitu ſit frigi
diori: Cenſendum lac propterea facile tran
ſire poſſe in ſanguinem: quoniam è ſangui
ne factum eſt, & fere ſanguis albefactus eſt:
album verò, atque frigidiuſculum fit per mā
marum adenes, qui albi ſunt, & ſanguine va
cui, cùm tamen ſuo in fonte aliquid habeat
caloris: longe frigidius à mulctra expoſitum
aeri euadit, quemadmodum etiam ſemen.
Cogendum non coagulo animalis, ſed ſuc
co ficulneo eſt, aut gutture gallinæ, aut cni
co: ſic enim caſeus concoqui, digerique ex
peditius poteſt.

Cur vlcera pulmonis curari non queant: 81
Quia quod curatum iterum eſt, quieſcere de
bet. Vnde illud Hippocratis medici, Pedis
remedium quies eſt: motus enim confluuiū
agit materiæ ſuperuacuæ, quæ excitare po
teſt inflammationem. Pulmo autem ob re
ſpirandi neceſſitatem in motu aſſiduo eſt.
Adde, quòd purulenta pulmonis repurgari
non niſi per tuſſim poſſunt, quæ ſuo inten
to motu vlcus lacerat, & dilatat. quinetiam
q; membrum illud humidum, calidum, la
xum, putredini opportunum ſpiritus conce
ptaculum eſt, refici propterea nequit, niſi à
natura vita, primordio ſeminis.

Quam ob cauſam homines, qui ex ardua 82
febre inſaniunt, robuſtiſſimi, quandiu inſa
niūt ſint: ſoluti inſania admodum debiliten
tur, & langueant: Quoniam ſiccitas per ce
rebrum & neruos agitur immodica: robur
enim ex ſiccitate neruis acquiri certum eſt:
ſedata autem inſania, laſſitudinem ſentiunt,
quòd iam ſenſus integrior eſt, & nerui mol
liores redduntur, & laxiores.

Cur piſces ſaxatiles concoctu faciliores 83
ſint: Quoniā aqua ſaxis vicina moueri etiā,
cùm ſerenum eſt, conſueuit: durum enim ac
molle, quoniam contraria inter ſe ſint, quie
ſcere nequeunt, cùm inuicem tangant: at qd
mouet, tenuius reddi ſolet, quàm quod quie
ſcit. Ergo piſces quoq; agitari per aquā ſyn
ceriores, puriores, & inde concoctu facilio
res euadant, neceſſe eſt: hæc eadem ratio eſt,
cur auium alas concoqui faciliores, q; reli
quas corporis partes experiamur.

Cur ijs balneum non præcipiamus, qui 84
febre continua iā laborare deſinunt: Quo
niam materiæ noxiæ, crudæ, craſſæq; adhuc

constant, corporeq; absolui nondũ patiun-
tur: quantum materiæ autem vtilis sit, id te-
nue, atq; liquidũ subsiat: ne igitur calor bal-
nei prius vtilem partẽ vt tenuiorem, q; inu-
tilem trahat, abstinendum à balneo est: neq;
per id tempus tantum, quo morbus minui-
tur, verum etiã, quo incipit, & omnino quo
materia minus concocta est.

85 Cur Medici hominibus febre laboranti-
bus hectica ab habitu nominata, parũ aquæ
bibendũ ante cibũ præcipiant? Vt mẽbra so-
lida, quę persiccent, humefiant, reddanturq;
aptiora ad solidioris alimenti agglutinatio-
nem, agnationemq;: hinc artifices quoq; te-
ctorũ operis prius quàm admoueant calcẽ,
aqua parietem aspergere soliti sunt, vt tena-
cius incrustetur, & firmius.

86 Cur omnia dulcia lienem & iecur augẽt?
Iecur per sui habitus similitudinem facilius
rem dulcem attrahere potest: calidũ. n. atq;
humidum est: lien vero, cùm partem sangui
nis fœculẽtam de iecore trahat, sanguinem
quoq; elicit. largiorem, videlicet pro copia,
quæ posita in iecore est, quod quidem tanti
sper agit, quandiu inualeat vis eliciendi, vn
de nomen sortitus est.

87 Quam ob rem vehementer percussi par-
te capitis, quæ tempora appellantur, inter-
eundum sit? Quoniam musculus, qui eam
continet partẽ, ex cerebro oritur, vicinusq;
illi positus est: consentiens igitur cerebrũ,
ictumq; communem accipiens, dolet, atque
contrahitur: & spiritus quoque animalis
vnà cum eo constipatur, atque crassescit: ita-
que animus, cùm idoneo careat instrumen-
to, à corpore confestim discedit: vinculi. n.
corruptio solutionem afferat rerum conuin
ciendarum necesse est.

88 Cur homines, quos ingens tonitrui stre-
pitus attonitos fecerit, intereant: aut certe
amentes degant? Eadem illa ratio est, quam
proxime diximus: ictus enim imodicus ae-
ris, cerebrum, atque spiritum animalem per
aures subit: quam ob rem spiritus ille contra
hitur, crassescitq;, denique ineptus ad animi
actiones redditur: & cum immodice incras-
sescat, etiam discessum animi à corpore agit,
quæ mors est.

89 Quam ob causam oui vitellus concoctu
facilis, albumen difficile est? Quoniam vi-
tellus calidus, albumen humidum, & frigi-
dum est. ouum quippe qualitates elemẽto-
rum omnes complectitur, et quatuor illa re-
rum primordia plane in se sita ostendit: teg-
mentum enim testaceum terræ proximum
est, siccum nanq;, & frigidum: albumẽ aquæ
cognitionem gerit, humidum enim, & frigi
dum: spiritus in albumine contentus pro ae
re est, calidus. n. & humidus: vitellus ignẽ re
præsentat, plus. n. calidus, minus siccus, neq;
colore igneo vacat. Denicq; orbis vniuersi,
quem mũdum vocamus, speciem in ouo di
xeris demonstrari: nam & ex quatuor con-
stat elementis, & in sphæræ faciem conglo-
batur, & vitalem potentiam obtinet.

Cur stercus hominum, qui morbo maio-
ris intestini laborant, speciem gerat bubulis?
Quoniam morbus hic ex pituita, magna ex
parte, oriri solitus est: pituitæ autem copia
putrescens spiritum agit, qui fœces subit, in-
flat, tumefacit, atque ita similes bubulis red-
dit: vnde fit sæpius, vt vel in aqua valeat in-
natare: Bubulũ autẽ inflari ppea arbitrandũ,
qm̃ plm̃ boum pabulum palea est, & fœnũ,
plurimusq; proinde spiritus mouetur.

Cur membrana cerebri pleniore vulnera
ta, oriri per sectura soleat, quæ fungorũ no-
mine appellamus? Quia vapores qui ex ce-
rebro assidue proficisci, digeriq; per rimas
consueuerunt, disiecto iam osse, amploq; pa
tefacto itinere effluunt vniuersi, ossiq; geli-
do occursantes concrescunt, & speciẽ fungi
capiũt: quippe q; supra ampliusculi, infra pre
tenues, videlicet loci ratione perficiantur.

Cur pituita, quæ crassa, et frigida est, & in-
de apta ferri deorsum, sæpe ad caput ex pedi
bus ascendat? Censendum non ex se pituitã
posse ascendere, sed per vim secernendi, quę
indita membro cuiq; est: hæc. n. quanuis in
pede nocens illa materia sit, tamen depelle-
re sursum potest: quod cũ mẽbra oia faciãt,
tandem ea in parte consistit materia, quæ mi
nus depellere potest, quàm satis sit.

Cur per flatum aeris pestilẽtem homines
multi, & inæquales malo eodem intereant?
Quæ quidem res tollere fatum videntur, id
est necessarium rerum consequentiam, quã
stellarum ordini & motioni tribuimus. Cen
sendum illos homines rapi conditione cœ-
li pestifera, qui concepti natiq; sunt tali mo-
tu stellarum, vt longinquo tempore viuere
nequirẽt: quemadmodum enim ædificium
vetus, atque infirmum facilius impetu ven-
ti corruit, quàm nouum & validum: sic etiã
homines, qui ex fato vitam sortiti sunt bre-
uiorem, expeditius ab aeris vitio mouẽtur,
& capiuntur: malum autem commune pro-
pterea est, quoniam aer, qui syderum pesti-
lenti defluuio vitiatus est, idem cõtinet oẽs,
atque ab omnibus trahitur.

Cur

94 Cur multitudo per crapulam vino vini
molestiam leuari, dicere soleat? Hoc etsi vul
gare est, vere tamen asseritur, quippe cùm
membra per nimium vini calorem resoluta,
vini adiectione recreentur, firmenturq;, vt
spiritus coactos, tentãtesq; caput discutiãt,
& depellant: præsertim si temperatum est
quod secundo hauritur. De vino hæcanno-
tare nõ alienum hic est. Vinum si exiguum
bibatur, salubritatem largitur. si modicum,
facundiam parit. si immodicum, & mẽti ob-
est, & corpori, vt Theagenes quoque poeta
inquit, Meri copia noxia est. at si quis eo re-
cte vtatur, nõ noxium, sed percommodum
est. Liberum patrem bacchis comitatum nõ
inepte effingunt. choream enim, quam vini
hilaritas extruit, baccharũ cœtus designat.
Satyros eidem coniungunt ratione agilita-
tis, facilitatisq;. Lydiam etiam addunt, quo-
niam per immodicum vsum vini hominem
resolui necesse est. Quinetiam pardi sectan-
tur ob eam causam, q; multa, & varia imagi-
nantur, qui multum vini hauserint. Animal
enim hoc varia integitur pelle. vnam ex
bacchis Agauen matrem Penthei suum di-
scerpsisse filium narrant, eo q; multi per vi-
nolentiam facile in homicidium ruunt. nu-
dus fingitur Bacchus, quoniam vinum mẽ-
tem, atq; animum detegit, & patefacit. arsit
Venerem Bacchus, arsit Ariadnam: vino. n.
inebriatis libido maxima oritur. Neq; ca-
uus quidem Bacchi comitatui deest, scilicet
propter cerebri detrimentum, quod vsus vi
ni immodicus inuehit. amittit enim vires
suas sedes hæc animi, atq; marcescit. vnde vi
num Maronem à marcore plerique nomi-
nant: necnon et Pana hisce adesse volunt, vi
delicet ob summam vini potentiam, aut ob
varium eius feruorem, viresq; varias. tangi-
tur Bacchus à fulmine prius quàm veniat
ad lucem. eximitur vtero matris, coniectus
in femur patris? clauditur, quoniam vinum
persæpe fictilibus contentum Soli exponi-
tur, atq; ita vires in plenum accipit, & sapo-
rem. Sorores quatuor Bacchus habet, quo-
niam vinum mutationes quatuor recipit.
sanguis ex materijs nostri corporis vino tũ
in habitu, tum in natura respondet. Quem-
admodum enim ex quatuor vinum consta-
re partibus expositimus: sic sanguis quadri-
partitus est: quippe qui partem habeat dilu-
tissimam, quam renes hauriunt & tenuem
quandam, veluti florem, quam fellis follicu
lis trahit. & crassam, ac fœculentam, quam
lien capit, & puram, atque synceram, quæ
digesta in membra alere potest modo vi-
ni, quod sua tantum parte syncera præstare
alimoniam potest.

Quam ob causam præputium & gena- 95
rum partes tenuiores discillæ coniungi ad-
glutinariq; nequeant? Omnino quæ ex se-
mine natura creauit, hæc destructa recreari
nonqueunt: non enim neruus, non vena,
nõ membrana, nõ reliqua generis eiusdem
suam possunt recipere integritatẽ. ergo non
immerito ista quoq; refici nequeũt, cũ semi-
ne orta sint: at quæ principio sanguis consti
tuit, hęc denuo gigni, recreariq; possunt, eò
q; sanguis nulla in parte ętatis deesse potest.

Cur vinacea, & zizania, & grana ficulna 96
integra, vt ingessimus, per aluum egeri so-
leant? Vtrum quia parua admodum sunt, &
sicca, ideo concoqui nequeant. an qua semi
na sunt, & generandi perfecte obtinent fa-
cultatem, resolui non patiantur, sed perui-
cacius ad eum finem edurant, cui sunt desti-
nata à natura. hac enim de causa specie quo-
que globi formata sunt, quæ omnium figu-
rarum perfectissima est.

Quam ob causam parte iecoris gibba in- 97
tersepta iugale collo subiectũ grauescat, &
dilabatur? Quoniam vena à trunco cogno-
minata, quæ ex parte iecoris gibba ad collũ
vsque ascendit, amplificata per interseptio-
nem, infartionemq; gratius ponderat, ten-
ditq; deorsum. quemadmodum intestinum
quoque carnibus, aut quolibet alio corpore
infartum deferri cogitur, atq; collabi. Sic. n.
vena illa detracta iugalis interiora secum
trahit, mouetq; dolorem. Tussi quoq; idem
arida infestantur. malus enim iecoris habi-
tus efferens sese ad membra spiritui deputa-
ta, excitat illa ad rem depellendam, quæ vr-
get, atq; inde tussis exultat.

Cur vultur vna omnium membrorũ aspe- 98
ra parte interiore est: habet enim quosdam
excellus, quos calículos siue acetabula ap-
pellamus? Vt semẽ humidum possit retine-
re, humor etenim omnis facile per lęuẽ cor-
poris faciem labitur. hinc enim & artifices
tectorij operis scalptis parietib⁹ calcem ad-
mouent, vt per cauа & summa asperiora cru
sta contineatur, & hæreat. hac vero de causa
semen quoq; ipsum lentum, glutinosumq;
factum à natura est, videlicet vt tenacius in-
sidere possit, & firmius.

Cur multi, cùm suam vrinam exitum ap- 99
petentem retinuissent, resoluti sint, atq; de-
stillatione vrinæ laborarint? Quoniam ve-
sica nimiũ plena, extumescenteq; vltra mo-
dum;

dum humorem ex natura membranæ indi-
tum omnem expreſſit, atq; ita ſiccior facta
eſt, vt prꝛterea contrahi nequiret, more pel-
lis, quæ exiccata extendi non poteſt, niſi
aqua miſta cum oleo diluatur. fieri autem
vrinæ deſtillatio ſolet, vel per muſculi reſo-
lutionem, qui ceruicem vrinæ claudit, vel
per exulcerationẽ ipſius veſicæ, vel per in-
iuriam calculi. mordetur enim veſica, aut ag
grauatur. itaq; excernere incitatur quantum
vrinæ receperit minimum. difficultas vero
vrinæ nomen, generalius, quàm deſtillatio
eſt, ſicut & coquendi, aut audiendi, aut ſpi-
randi difficultas.

100 Cur vehementer ĩ ſitiant, quorum ven-
trem inferiorem fluxio exercet? Quoniam
humoribus deorſum collapſis ſtomachus
reſiccatur: ſitis autem non niſi per ſiccita-
tem oriri ſolita eſt.

101 Quid eſt quod lachrymas moueat, cùm
angamur? Spiritus, qui per angorem affe-
ctus eſt: hic enim ad cerebri membranam
effertur, atque humorem ibi poſitum ex-
primit: quod idem vel præ nimia lætitia po-
teſt euenire.

102 Cur barba ſpadones careant? Quoniam
calore vacant, quo pili & oriunt & augẽtur.

103 Quam ob rem qui pueri excẽti ſunt, vo-
cem reddunt acutiorem, q̃ qui adultiores,
quos gallos nominamus? Quoniam per id
tempus excẽti ſunt, quo meatus ſunt arctio-
res. ſpiritus autem eo tenuis ſonat, quo per
anguſtiora extruditur.

104 Cur cibo tam humido, quàm ſicco inge-
ſto eructemus? Quia ſpiritus vel cum cibo
admittitur, vel poſt ex concoctione moue-
tur: qui cùm tenuior ſit, petit ſuperiora. ita-
que per os extruditur. quam rem ructum
appellamus.

105 Cur alĩ magis, alĩ minus concumbere
valeant? Quòd alĩs alĩ ſunt calidiores.

Quare qui ex luce ampliſſima ad medio-
crem venerunt, cernere protinus nequeãt?
Quoniam lux mediocris proprius ad tene-
bras, quàm ampliſſima illa accedit. tenebræ
autem ſuam ob craſſitudinem vim conſpi-
ciendi obfuſcant.

106 Cur mulieres vulua male affecta mente
labantur, & delirent? Quoniam membrum
id natura conſtat neruoſa, ſuaq; primordia è
ſtomacho, atque membranis cerebri ducit,
quod vel ipſo contextu palàm eſt.

107 Cur mulierum menſtrua colligantur?
Quoniam per vitam, quam otioſiorem de-
gunt, amplius materia ſuperuacua redun-
dant. at ſanguis largior in homine, quàm cę
tera materiarum genera eſt. ergo merito ijs,
cùm amplius vacet, egeri leuandi corporis
gratia ſolitus eſt.

Cur peſtem lippitudo magna ex parte
præcedere ſoleat? Quoniam peſtis ſpiritus
affectio eſt: quòd cùm ſpiritus motus, vitia-
tusq; efferatur ad caput, oculos perturbat,
eosq; prius q̃ cætera vitiat, vtpote qui te-
nuior, atq; mobilior ſedẽ adeat oculorum.

Cur homines tremuli cùm bibant, cir- 108
cumferri ſoleant? Quia vini calor immodi-
cus neruos ſubit, & ſpiritum contentum in
his perturbat, qui ex ſede cerebri ducitur.

Cur beſtiæ ſtatim abortu naturæ ambu- 109
lare queant, homines nequeant? Quoniam
beſtiæ calorem omni ex parte ſui corporis
parem continent, homines plus caloris ha-
bent in capite: itaq; non ante erigi, ambula-
req; poſſunt, quàm modo æquali calor in
omnes partes corporis digeratur.

Cur qui neruorum diſtentione laborant, 110
ſi ardue febriant, liberari diſtentione poſ-
ſunt? Quoniam ex refrigeratione, afflictio
neq; ſpiritus contenti in neruis diſtentio
oritur, & ex calefactione aboletur: febris
autem calida eſt.

Quare qui bilem atram euomuerunt, pe- 111
riculo pateant? Q̃m nulla prꝛterea bile ſub-
ſtante ſanguis ex iecore trahatur neceſſe eſt.

Cur à mictu ſpiritꝰ aluo excedere ſoleat? 112
Quoniam quandiu plena veſica eſt, rectum
inteſtinum, quod ſibi ſubditum habet, pre-
mit: egeſta autem vrina relaxatur, atque ita
ſpiritus in inteſtino illo detentus labitur, at-
que effluit cum ſono.

Cur vbi eminximus, aut oſcitati ſumus, 113
inhorreſcere conſueuimus? Quoniam ali-
quid ſpiritus calidi excurrit, cuius detractio
ne corpus refrigerari congruum eſt.

Cur albugines, aut vitiligines, acu ada- 114
cta, nullum ſanguinem emittant? Quoniam
calor omnis ſummis ex meatibus vel receſ-
ſit, vel diffl atus, exactusq; eſt.

Cur plereq; omnes mulieres cum conce- 115
perunt picare, id eſt appetere ſapores minus
cõuenientes ſoleant? Quoniam conceptus
prꝛter naturam eſt. affectus autem ſtoma-
chi vitiũ id eſt, quod picã vocamus, quem-
admodum auiditas, & faſtidium.

Hunc appetitũ ſiue morbum Malaciam vocat Plinius.

Cur febres quartanę diuturniores cęteris 116
omnibus eſſe ſoleant? Quoniam in ea mate
ria peccat, quæ terrena maxime eſt. terrenũ
autẽ omne graue eſt. quocirca merito quar-
tanæ & lentius repetunt, & longius tenent.

Cur

117 Cur vlcera articulorum reduci in cicatri-
cem nequeãt, quod in pleriſq; aduertimus?
Vtrũ quòd plus materię i articulis eſt. Ergo,
cùm materia largius illuc cõfluat, acrior red
ditur: itaq; maturius ſiccat. An quoniam ar-
ticulorum poſtremum chartilago eſt: idcir-
co cicatrix firmari nequit, ſed labitur.

118 Cur aqua pluuia leuior ſit, cùm ex mari
hauriatur, quod graue eſt? Cenſendum quã
uis ex mari hauriatur, ſpiritus tamen agita-
tam tenuem efficit, & leuem.

119 Cur res frigida omnis, oſſibus, dentibus,
neruiſq; inimica eſt? Quoniam hæc natura
conſtant terrena, terrenum autem omne fri
gidum eſt: ergo quòd frigida qualitas augea
tur, merito accidere detrimentum poteſt.

120 Cur qui per febris ardorem inſaniũt, pul-
ſum arteriarum habeant leuiorem: qui per
lethargum vitium memoria obtorpeſcunt,
pleniorem reddant? Quoniam alteri ſpiri-
tu relaxato cerebri delirant, alteri eodem il-
lo ſpiritu craſſeſcente, graueſcẽteq; premun
tur, & infeſtantur.

121 Cur febribus quibuſdam per ſudorem le
uatis, cordis periculoſæ affectiones ſedari ſo
leant? Quoniam materia vitioſa partim diſ-
flatur, partim reſoluitur.

122 Cur per hiemem plus cibi aſſumere, ple-
niuſq; concoquere poſſimus? Quoniam ca-
lor noſtri corpis pulſus exterioris frigoris
vehementia, ad ſedem interiorem ſe recipit:
itaq; facit, vt cibus & concoquatur, & allu-
matur.

123 Cur qui nimis concubuerunt, ſi præter-
ea coeant, ſanguinem vice ſeminis emit-
tant? Quoniam ſemine omni exhauſto nul
lus humor promptius ſanguine rei veneręę
ſe offert.

124 Cur nerui non quemadmodum puncti,
ita etiam prꝛciſi excitent inflammationem?
Quoniã ſpiritus inęquabili punctionis ſeg-
mento occurrens, retorquetur, atq; in ſe co-
actus, ſtipatur, & recaleſcit. at prꝛciſo peni-
tus neruo ſpiritus effluit omnis, & abit.

Cur ſudores, qui ante acceſſionem vene- 125
rint, graues ſint, & molẽſti? Quoniam qui fe
brem ſequuntur, per relaxationem, remiſſio
nemq; effluant. qui antecedunt, per expreſ-
ſionem vtiq; violentiorem extringantur.

Cur os ieiunum grauiter oleat? Quoniã 126
ſtomachi acritudo, niſi cibo recenti tempe-
retur, inſuauem reddit exhalationem.

Cur nullus in corde morbus poſſit con- 127
ſiſtere? Quoniam per membri opportunita
tem, ante mors rapit, q̃ morbus pateat.

Cur ſcrobe iuxta mare effoſſa, dulcis a- 128
qua comperiatur? Quoniam mare trãſmiſ-
ſum, liquatumq; per terram, ſuam craſſitudi
nem omnem amittit, inque humorem dul-
cem extenuatur.

Cur ambuſta difficulter cicatricem reci- 129
piant? Quoniam per ignem meatus corpo-
ris omnes extruduntur, obliteranturq;, vt
caro propemodum mortua ſit. fit enim vt
materia in hiſce incluſa perquam difficulter
educatur.

Cur homines natu maiores vinoſi eſſe 130
conſueuerunt? Quoniam per ætatem refri-
gerati calorem deſiderant: vinum autem
calorificum eſt.

Cur pondus facilius parte læua, q̃ dextra 131
efferre valeamus? Quoniam materia partis
læuæ oppreſſa plus durare, patiq;, q̃ dextra
poteſt, quippe cùm altera difficilius, altera
facilius moueatur.

Cur pars dextra ſanabilior ſit, q̃ læua? 132
Quoniam per exercitationem ampliorem,
materię compeſcuntur, reddunturq; ſanita-
ti opportuniores.

Cur mel vlceribus acre, guſtui dulce ſen- 133
tiatur? Quoniam vlceribus horridis, reſicca
tiſq; mellis tenuitas occurrit, tenue autem
omne acre eſt. At guſtus quia humidus eſt,
mellis percipere poteſt lenitatem.

Secundi Libri Problematum Alexandri
Aphrodiſiei Finis.

DE CAVSIS LIBELLVS

PROPRIETATVM ELEMENTORVM, ARISTOTELI ASCRIPTVS.

Nunc primum in lucem æditus.

POstquã premissus est sermo à nobis in Cœlo & Mundo, & determinauimus illud determinatiõe sufficiente, et constituimus super illud demõstrationes manifestas, apertas, luminosas, visum est nobis, ꝙ remãlit super nos aliquid. Volumus ergo nunc determinare omnes ꝓprietates, quæ sunt in alto & in infimo: & constringam illud constrictione sufficiente, & narrabo elementa quatuor, & referam, qd̃ dixerũt in eis, qui preceſſerunt ex Primis, & dicam illud cũ significationibus cadentibus sub sensu. Dico ergo nunc, ꝙ elementa quatuor, quę sunt materię, quædã eorum sunt grauiora alijs, & quædam sunt leuiora alijs, sicut diximus nos in libro ex ijs, quos edidimus: quod est, quia terra, quæ est frigida & sicca, est grauior elementorum: & quod sequitur eam in grauitate est aqua, quæ est frigida & humida: & quod sequitur aquã in grauitate, est aer, qui est calidus & humidus: et quod sequitur aerem in grauitate, est ignis, qui est calidus & siccus. Facta est ergo terra grauior elementorum, & inferior ipsorum in loco, & ignis leuior ipsorum, & altior ipsorum in loco: & facta sunt ista duo elementa media, ſ. aer, & aqua inter hęc duo elementa. Et ęstimauerunt quidam ex Primis, ꝙ ignis nõ est ex elementis: qm̃ gñatus est ex motu alterato. & rationati sunt in illo, ꝙ res, quę generatur ex re alterata, nõ est elementũ, & non est elementum nisi ex quo gñata est illa res. Et ꝙ ignis iter ista duo, qui est leuior rerum, quia est in loco superiori, non est factus nisi ex confrictatione orbis in aere: nam facta est ex illo calliditas, quæ est ignis inter ista duo genera. cuius exemplum est sicut resudatio facta ex vapore terræ. & est nobis necesse vt dicamus, ꝙ ignis, cũ sit generatus ex motu, tunc possibile est vt sit inter orbem Lunæ, & inter orbem Mercurij ignis: item inter orbem Mercurij & orbem Veneris ignis: item iter orbem Martis & inter orbem Iouis ignis: itẽ inter orbem Saturni et stellas fixas ignis. Item et maior horũ ignium est quẽ diximus esse orbem stellarum fixarum, cũ orbis stellarum fixarum sit multorum corporum, & aliquãdo ex orbib⁹ vnicuiq; fit corpus vnũ.

Necesse est ergo ex hoc modo, vt mensuratio, quæ est inter orbem Saturni & orbem stellarum fixarum, sit pluris generis, & calidioris loci. Iam ergo nũc apparet per illud, qd̃ diximus, ꝙ iter orbes est impletio ignis, ſ. aeris, quæ est inter oẽm orbem & cõparem suum, qui sequitur eum sub eo, & qui est supra ipsum: & nos videmus simile illius in lapidibus, qui fricãtur cum fotili & generant ex eis ignes per frictionem eorum. & simile illius iterum accidit arboribus, quæ sunt in montibus, & in desertis. fortasse. n. procelloſe flant venti, & cõfricantur ad inuicẽ, & inflammatur ignis, & sicut fossorium, cũ quo foditur. fortasse. n. accidit ei lapis & volat ex eo ignis, & sic hui⁹ multotiens exist̃it.

Volo ergo nũc redire ad illud, ĩ quo fuimus de rememoratione elemẽtorum. Dico ergo, ꝙ aialia omnia, cũ eis quæ sunt in eis, sunt cõpoſita ex istis quatuor materijs, quæ sunt elementa, & sunt cõmixta ꝑ ea. & semp inuenitur eorum cõmixtio ex cholera citrina calida sicca simili igni, & sanguine calido humido simili aeri, & phlegmate frigido humido simili aquæ, & cholera nigra simili terræ in frigore suo, & siccitate sua. & iuenimus has quatuor naturas, quæ sunt materiæ, ingredi corruptionem & additionem & diminutionẽ & resolutionẽ à natura sua aut ex caliditate ad frigiditatẽ, aut ex frigiditate ad caliditatem, aut ex humiditate ad siccitatem, aut ex siccitate ad humiditatem. Cũ ergo additur vnum eorum super mẽsuram, ſm quã componitur ex eo, ingreditur nocumentum super corpus, & conuertit̃ ab ordine suo, & sua cõparatione, accidit ex eo nocumentum iterum. Et similiter, qn̄ occupat vnum elemẽtorum istorũ quatuor, aliquod aialium, interficit ipsum, & qn̄ priuatio est eorum non est remanẽtia ei. quod est, quia, si aliquod animalium priuatur aere, non est ei permanentia, & similiter quãdo occupat ipsum aer iterficit ipsum, sicut illud, qd̃ ruit ex loco altissimo superiori. moritur. n. antecꝙ perueniat ad terrã, & similiter ignis qn̄ occupat aliquod animaliũ. Verũtamen ignis velocius aliquo eorum interficit, & sic̃ terra,

quando

quando occupat aliquod aialium interficit ipsum, & similr̃ aqua. Verũtamen inuenimus quędam animalia habitare in aqua, sicut reptilia maris, & pisces. aqua enim fit eis tranquillitas, & habitant in ea, cumꝙ egrediunt ab aqua, non est̃ eis permanẽtia: nos autem non inuenimus aliquod animalium habitare in igne omnino.

Et remãsit nobis vt dicamus de corporibus substantiarũ & plantarũ, & quare quædã eorum natant super aquã, & quædã submergũtur in ea, & propter quã causam est istud.

Dico ergo sermonem vniuersalem necessarium. ꝙ est, quia ꝗñ corpus est vincens pars terræ, quę est frigida, sicut ferrũ & ęs, & lapis, submergitur in aqua, & sil̃ quãdo vincens super ipsum est pars aquę, & est frigida, facit illud: & qn̄ vincẽs super ipsum est pars ignis & pars aeris, natat super aquam, & nõ fit natans super aquam, nisi per aggregationem caliditatis & siccitatis in ipso: sil̃ & vt sit vincens super ipsum illud: & semper inuenimus volatile natare in aere, sup quod vincit pars aeris, & ignis: qm̃ penna, quæ est in eo, est aerea, & dũ permanet penna in eo pars ua, est pars terræ & pars aquæ plus, & nõ potest volare, nec eleuari in aere: cùm aũt multiplicatur penna eius, eleuatur in aere, & natat in eo, cuius exẽplum sunt olera, et adipes super aquam natantes: qm̃ pars caliditatis in eis plus est, qm̃ caliditas est eleuata semp, & præcipue qn̄ sunt caliditas & humiditas. nam illud est melius ſm ꝙ diximus, & sicut inuenimus lignum ebani, & ylicis, & buxi, & similẽs eis sunt multę ex plantis terræ.

Postq̃ aũt expleuimus oĩa, ad quę rẽdimus dicere, est necessarium nobis, vt inquiramus de frigore, an est causa elementaris, an accidens intrans super corpora. iam ergo locuti sumus in eo multitudinem Primorum antecedẽtium. Democritus aũt & Plato & sectę Araborũ, & q locuti sunt sermonibus vtriusq; dicũt, ꝙ frigus est radix, & ꝙ caliditas gñata est accidentalis intrans sup eam: & signũ illius est, ꝙ qn̄ Sol declinat à nobis in orbe suo decliui dextra ad partem meridiei, accidit semp ros super flumẽ: & sil̃ loca longinqua à sentibus capitis, ꝓp assiduationem motus Solis ad latus polorũ septẽtrionaliũ, inueniunt̃ frigida, ita ꝙ non inhabitãtur, & minorat̃ illic habitatio ꝓpter supfluitatẽ frigoris: & loca ꝓpinqua sentibus linę equalitatis sunt calida valde propter assiduationẽ motus Solis super ea, & hoc est, qd̃ ẽ inuẽtũ sensu. Dico ergo, ꝙ ipsi bene putauerunt in illo, cũ testificati sunt, & ꝙ motus generat caliditatem, & ꝙ quies facit frigus: verũtamen nos dicimus, ꝙ ipsi cõuenerunt nobiscũ in sermone, et alõgati sunt à nobis ĩ snia: cui attestatur visus, & ꝙ terra esset frigida & sicca, & ꝙ terra propinquior elementorũ est nobis, & nos sumus tangentes eam, & ꝙ aqua est frigida et humida propinqua nobis proculdubio: quare fiunt ista duo elementa propinqua nobis & duo elementa calida, & sunt ignis & aer lõgiora à nobis. Oportet ergo propter illud qd̃ apparet, ꝙ esse frigoris non est nisi propinquitate duorum frigidorum nobis elementorũ. Iam ergo manifestum est nunc & certum, ꝙ æqualitas est radix, & semp iuenitur æqualitas in corpibus animaliũ, quæ sunt cũ sanitate: & cũ exitu ab æqualitate ad vnam extremitatem caliditatis, aut frigiditatis, aut humiditatis, aut siccitatis, ingrediũtur ex hoc nocumenta pernitiosa. iam ergo certificatum est nunc per ista accidentia, ꝙ esse frigoris semper nõ est nisi ex propinquitate horũm duorum elementorum frigidorum nobis. Narremus ergo nunc loca terræ, & lictora marium, & ramos mõtium, & qd̃ generat habitatores cuiusq; lateris eorum & naturas horum cuiusq; locorum. Dico ergo, ꝙ in habitatoribus climatis primi, qd̃ est propinquius lineę equalitatis, propter assiduã affixionẽ motus Solis, accidit siccitas & caliditas, & minoratur in eis frigiditas, & humiditas: quare calefiunt matrices mulierũ eorum & cõicant eis nigredo corporum & crispitudo capillorũ: ꝙ est, qa sperma viri, qn̄ cadit in matrice mulieris, decoqt ipsum matrix caliditate sua, & cõmiscẽ sperma illud cũ sanguine mẽstruis donec fit frustum, deinde format̃ & sic fit spũs vitę in ea iussu Dei: qd̃ est, qa super illos huius climatis vadit Sol bis in anno, qn̄ mutatur de linea æqualitatis ad septẽtrionem donec pertransit casu lapidis capitum eorum: deinde qn̄ redit ex vltra parte, quę est ei à septentrione ad lineã æqualitatis, est ei reditus secundus. & similr̃ stellæ currentes, & Luna, quorũ est operatio cõicans operationi Solis, faciunt simile illius, & similr̃ inuenimus illos de India, & qui sunt ſm temporum rectitudinẽ de illis de Iamnẽ, & Zindi, & Europa. in illis. n. oĩbus apparet color nigredinis & crispitudo ĩ capillis eorum. Et inuenimus illos, qui sunt in climate septẽtrione qd̃ est propinquũ polo septẽtrionali, & longinquũ à linea equalitatis, et loco motus, heri subito frigidos: qm̃ infrigidãtur matrices

mulierum

mulierum eorum,& accidit in eis albedo & ſubalbedo vehemẽs,& ſunt ſclaui & Dalmati,& in vſjs maris ſeptẽtrionalis. ipſi.n. ſunt ſm hanc formam.Illi autẽ,qui ſunt climatis medij,ſunt cõmixti ex albedine & nigredine,& ſm diſpoſitionem, quę accidit in eis ex loco de ꝓfunditate aut maris, aut lictoribus maris. Iam ergo oñſum eſt,cuius volumus explanationem. Inuenimus autem in lictoribus calorem propterea, ꝙ,qñ Sol oritur ſuper mare,impellit aqua caliditatem Solis ad extremitates,quæ ſunt lictora, frigiditate ſua, & intenſione calefiunt propter illud lictora,niſi fuerint ꝓpe illa lictora mõtes excelſi,ſuper quos aſcendũt flatus venti ſeptẽtrionalis,q eſt frigidus et ſiccus,& congelat ventus ille rorem deſcẽdentem ex aere,& fit nix et glacies,quare infrigidant loca illa propter illud.Et ſignationes accepimus nobis ſuper illud, qđ diximus de calore lictorum ex operatione vitri. nam, cùm impletur aqua frigida & opponit oculo Solis, & approximatur ei pannus mundus, accenditur ille pannus,& ſi aqua eſt calida, nõ accenditur,& non eſt illud niſi propter fugam caliditatis à frigiditate, qa ſunt cõtrariæ adinuicẽ. Quia ergo iã dixim⁹ illud, ad cuius rememorationem neceſſariũ fuit,nunc dicã qđ dixerunt quidã homines ex quibuſdã ſapientibus.qđ eſt,qa ipſi dixerũt,ꝙ orbis ſtridor cadẽs in auribus nr̃is eſt vehemẽs,& ꝙ nos cõſueuim⁹ illud ex tpe natiuitatis, quare cõſueuerũt illud auditus nr̃i & acquieuit ei ſenſus auditus:& nos qui iam attulimus hanc dictionem in libro Cœli et Mundi determinauimus. nos aũt volumus inquirere de illa inquiſitione vehementi ſufficienti, quare eor̃ determiatio magis vltima et manifeſtior erit. Dico ergo, ꝙ ipſi fecerũt eſſe neceſſarium ſtridorẽ orbis,& ꝙ auditus animalium acquieuerunt ei.iam ergo poſſibile eſt vt acquieſcat auditus ſuperioris æquali eius,& ſuperfluo,& minori:quoniã ſtridor et tremitus,quãdo approximant auditui,minorãtur,& inuenimus propter ſenſum geometricũ,et vſus teſtificantes ſuper illud demonſtrationes:ꝙ eſt,quia corpa alta approximãt quandoq; & elongantur quandoq;.

Dico ergo, quòd quando naſcitur Sol, & ſtellę ſunt currentes declinatę in meridie, eſt ſtridor minor ſtridore,qui fit,quãdo Sol, & ſtellę & Luna ſunt in ſeptentrione: & ſimiliter,qñ ſtellę ſunt i ſuperiori orbiũ reuolutionis ſuæ,eſt ſtridor & tremitus maior.& ſimilr accidit in Luna, quę eſt propinquior corporũ terrę,& velocioris motus,q̃ ipſa permutatio ad meridiẽ,& ſeptẽtrionem:& poſſibile quidẽ eſt,vt accidat ſimile huic in ſtellis fixis:quando eſt ſtella ex eis ſuper capita noſtra, oportet vt ſtridor maior ſit cadẽs in auditu q̃ ipſe eſt,quãdo eſt longinqua apud orientem & occidentem, & ſimile illius eſt in Sole ſm magnitudinem corporis eius, & ſuperfluitatem ſtridoris eius ſm ꝙ ipſi fecerunt neceſſarium, qñ fecerunt neceſſarium ſtridorem vt ſit tremitus eius in auditibus noſtris hora ortus & occaſus diuerſus á tremitu eius & ſtridore ipſius hora qua eſt ſup capita noſtra. iam ergo manifeſtũ eſt & planum per ea, quæ expoſuimus & determinauimus de tractatibus præcedentibus, ꝙ corporibus ſuperioribus non eſt ſtridor, neq; tremitus:et fregimus ſermonem eorum,qui eſtimauerunt illud per demõſtrationes manifeſtas.ponamus ergo illud & determinemus ipſum determinatione ſufficiente p rationẽ geometricã & demr̃ationes rõnales. Quòd eſt, quia reuoluam circulum, qui ſit circulus terræ,& ſcribã ſuper ipſum B, & reuoluam ſuper ipſum circulum alium qui ſit circulus Solis, et deſcribã ſuper ipſum A G, & ponam locum ortus Solis punctum G, & A pũctum occaſus eius, & ponam punctum D loco Solis,qñ eſt ſuper capita noſtra in medio diei,& ponã locum habitationis noſtrę ex terra,& ꝓtrahã lineas A G, A B, B G: et protraham à centro E ad punctum B lineam E B: dico ergo, ꝙ Sol ſm magnitudinem ſui motus et propinquitatem ſuam nobis non appropinquat ſtellæ fixæ, neq; reliquæ ſtellæ vagæ,q̃ ſunt ſupra Solem,faciunt tremitum magnũ, & qñ Sol eſt in hora ortus ſui apud punctum G,aut in hora occaſus ſui apud pũctum A,eſt ei ſtridor minor ſtridore, qui eſt ei,qñ eſt ad pũctum D. qm̃ manifeſtũ eſt nobis,ꝙ punctum G,& punctũ A, ſunt longinquiora puncto D:quare eſt vox apud ortum et occaſum parua,et cũ ipſe ſuper capita noſtra eſt maior,et declaratur illud i omni die.

Sed teſtificatur nobis vſus contrarium illius. Et ſiſr accidit Lunæ ſm propinquitatem eius nobis,vt ſit ei ſtridor et ſonus maior:et qñ eſt apud ortum, et apud occaſum, et apud punctum G,aut punctum A, oportet vt elongetur à nobis,qñ ſumus ad punctum B:et quando eſt ſuper capita noſtra ad punctum D,oſtenditur ꝙ appropinquat nobis: qm̃ eſt ſtridor maior et groſſior. et declarat illud in auribus noſtris,et apparet illud. apparet autem contrarium illius per demonſtrationes

ſtrationes mathematicas. iam ergo determinauimus hoc,cuius determinatio fuit nobis neceſſaria, et manifeſtum eſt, ꝙ linea A B,eſt æqualis B G lineæ, & ꝙ linea B G, eſt longior linea E G. ſed, quia multiplicam⁹ lineam E G, in ſe & lineam B E in ſe,& aggregamus duas multiplicatione,& accipimus radicem,ꝙ aggregatur eſt linea B G, & manifeſtum eſt ꝙ linea B A eſt æqualis lineæ E G,ſimile lineæ B G: quoniã putamus qñ multiplicamus lineam E G in ſe,& ſiſr lineã E B in ſe, & aggregamus duas multiplicationes & accipimus radicẽ eius ꝙ aggregatur:manifeſtum igit̃, ꝙ linea B G eſt longior linea E G:ergo eſt longior E D: ergo multo longior linea B D, & illud eſt, ꝙ volumus declarare. Quidam homines ex authoribus ſermonis dixerunt, ꝙ mare eſt permutatũ ſuper ſphæram, & ꝙ non eſt in terra locus, qui iam nõ fuerit ſuper aquas:et ſignum illorũ ſuper illud eſt, ꝙ videl expreſſionibus in capitibus collium & cacumine montium: & retulit vir ex eis, qui fodit puteum,ꝙ poſtq̃ peruenit ad locũ argillæ, inuenit argillam ſolidam firmam,& fodit i ea, & reperijt i ipſa gubernaculum nauis:ſciuit ergo per illud,ꝙ mare iam fuit i illo loco,et ꝙ ipſum permutatur in ſeculis longis, & in tẽpore longo. Quare non cõprehenditur illa longitudo,neque ſpatio vitæ, & abbreuiatur præter illud per breuitatem vitæ hominis.dicã ergo eis ꝙ cùm ſit neceſſaria illa ꝑmutatio maris de loco ad locũ & permutatio locorũ profundorum ad marina, & marinorũ ad profunda,tunc neceſſarium eſt vt dicant ꝙ permutatio ei eſt de occidente ad orientem,& de oriente ad occidẽtem, & de ſeptentrione ad meridiem,& de meridie ad ſeptentrionem,et afferunt ad illud demonſtrationes viſibiles:ipſi autem confitenť, ꝙ res,quę fiunt in terra,ſunt propter motũ corporum ſuperiorũ,et elemẽti nobilis.ſ.orbis, et ꝙ currit ex corporibus,et ipſe eſt agens in rebus oĩbus,ſicut illud,qđ ipſi dixerũt ꝙ diluuiũ, quod fuit in terra non fuit niſi ꝓp cõiunctionem ſtellarum in ſigno piſcis, et ꝙ vẽtus,qui interfecit gẽtes in Hadramot fuit propter coniunctionẽ,quæ fuit in geminis, & ꝙ peſtilentię quæ fuit in terra, iã & cauſa non fuit niſi cõiunctio quę fuit in ſigno virginis,et ſimilr reliqua facta quę fuerũt apud aggregatiões,et apud cõiunctiones:et ſicut illud qđ vr̃ ex caliditate Solis, et eius opatione et opatione Lunę,in extenſione fluminũ et maturatione fructuũ,et velocitate natiuitatis rerum et impletione earum et augmentatione ipſarum,et ꝙ Luna qñ oritur i quacunq; hora noctis fuerit vel diei, tunc ſi flumen ingreditur mare in regione illa, in qua oritur luna, extendit ipſum mare, ita quòd aqua illius fluminis redit ad partẽ loci à quo currit, cumq; equat Luna mediũ cœli illius regionis redit aqua ita ꝙ reuertitur ad formam ſuam.deinde qñ Luna icipit occidere, incipit aqua extendi iterũ, donec Luna eſt in cardine iferiore:cumq; eſt in cardine inferiore,icipit aqua diminui,ſicut qñ vult oriri, icipit aqua augeri tali inuenit̃ ſemp ſenſu viſibili. et ſiſr ſtellis uagis,ſ. planetis eſt cõitas cũ Sole in opatione ſua, ipſę aũt qñ declinant ad meridiem trahũt humiditatẽ ex pluuijs in meridiẽ. Et quidem eſt ſicut in Nilo veniente ex parte meridiei ad terrã ægypti minoratur hęc et multiplicãtur. Et illud ꝙ nõ eſt niſi per ſtellas in parte ſeptentrionis vagas,nam qñ ſunt in meridiæ, et Sol eſt in ſeptentrione, minoratur pluuia in meridie qñ ſunt cũ Sole in ſeptentrione,multiplicãtur pluuiæ in meridie,et multiplicat extenſio in Nilo & inuenimus Lunã apud complementum & multiplicatur in mari inundatio vehemens,et ſimilr non eſt cauſa annorum ſterilitatis et annorum vbertatis niſi propter permutationem ſtellarum in ſignis diuerſis ſuper climata. vij. immortalitas gentium præteritarum et regna vacua fiunt apud coniunctionem ſtellarum duarum .ſ. Saturni et Iouis,per permutationem.n.ipſarum de triplicitate ad triplicitatem accidunt accñtia magna, et hoc inuentũ eſt apud eos. nos autem dimiſſimus de rememoratione huius multum, quia timuimus multiplicationes. Dico ergo,ꝙ cauſa quã dixerunt de permutatione maris ſuper terram nõ poteſt eſſe quin ſit cauſa illius ex permutatione Lunæ ſuper ſigna, et ex operatione eius: et eſt illud i omnibus.xvij.diebus:quare deſtruit̃ agricultura, et gñatio: aut ſit cauſa illius ex permutatione Mercurij et Veneris, et eſt illud in omnibus.x.menſibus, aut minus illo,aut accidit illud ex permutatione Solis et permutatur mare in omni anno,aut ex operatione Martis, & motu eius, et fit permutatio in oĩbus.xxij.mẽſibus,diebus.xiij.aut eſt cauſa illius propter motum Iouis, et eius permutationem,et erit accidens ꝙ diximus in omnibus.xij.annis, aut eſt cauſa permutationis Saturnus,et eſt illud accidens in omnibus.xxx.annis,aut per coniunctionẽ duarum ſtellarũ grauiũ,et eſt illud in oĩbus. xx. annis,aut eſt propter cõiunctionem & permutationẽ

mutationem ex triplicitate ad triplicitatem, & est illud in oibus ducẽtis annis, &. xl. aut est illud propter rem, quã dixerũt authores atalasimet orbi signorũ, et est accessio. vij. partiũ, & recessio octo partiũ in oibus lxxx. annis gradu. Quare accidit illud in oibus sexcẽtis annis, &. xl. 3. 3. aut est illud propter mutationẽ orbis stellarũ fixarũ & ipse permutatur in oibus. c. annis gradu vno, quare accidit illa permutatio in omnibus xxxvij. milibus annis, et hoc vltimum omnium rerum super quã innitunt authores recidiuationis, et sentẽtia ꝯ inducũt. nos aũt inuenimus ratione geometrica, et operatione mẽsurali, ꝙ rotunditas est. xxiij. milia miliaria, quę est reuolutio terrę super. xxxvi. annorũ milia, inuenit ergo illud in ciuitatibus propinquis litoribus marium, vt approximet eis mare, sicut ciuitas Axym et ciuitas Medecuel, et ciuitas Serendid, et insulę Auri, et ille quidẽ ciuitates sunt sup mare Indię, et sicut ciuitates, quæ sunt super mare Alepila, & Gemon, quę est super luuiem mare, & sicut Aegyptus, & ciuitas Alexandria, quæ sunt inter mare rubeum, & inter mare assemus. & sicut ciuitas Roma, & Bizantium & ciuitates multę, quarũ rememoratio prolongatur. nos aũt non vidimus ꝙ mare fuerit propinquius istis ciuitatibus, neq; longius, ꝯ est hodie, neq; peruenit ad nos de prætéritis annis ex regnis prætéritis, neq; in historia regis, neq; scripserunt sapiẽtes ex eis qui locuti sunt in mari & pluuijs ꝙ fuerit propinquius, aut longius ciuitati, nisi sicut hodie est. Iam ergo manifesta est & plana per ea quæ diximus in tractatibus, destructio intentionis eius, qui dicit, ꝙ mare est permutatum super terram, et apparet error eorum, qui estimauerunt illud. dico ergo quod in orbe est elementum vnum aut duo, aut tria, nõ plura aut pauciora. Dico igitur, ꝙ substantia corporis Solis est alia à substãtijs corporum stellarum & Lunæ: ꝙ est, quia Sol habet lumen, et lumen Lunæ, et stellarũ est acquisitum à Sole, sicut ostendimus in alijs libris ab isto, ex naturę editione. Iam ergo apparet et est manifestum, ꝙ substantia corporis stellarum & Lunæ est alia à substãtia corporis Solis, sicut candela qñ opponit ei speculum: illuminatur. n. speculum à substantia candelę, et est alia à substãtia speculi. iã ergo apparet nunc, ꝙ illud, qđ diximus, et ꝙ ostẽsum est, ꝙ substantia corporis stellarũ et Lunæ est alia à substantia corporis Solis: et sili est substantia corporis orbis, absq; substãtia corporis stellarũ et Lunę. ꝙ est, quia substantia corporis orbis ex substantia corporis stellarum et Lunę recipit lumẽ, et non illustrat splendore, sicut illustrãtur corpora stellarũ, & simili oportet, substãtia sit corporis orbis alia à substantia corpis Solis. Iam ergo apparet p ista accidentia, & has inquisitiones, ꝙ corpora eorũ sunt diuersarũ substantiarũ, et ꝙ orbis cũ eis quę sunt in eo, sunt tria elementa, scilicet substantię: ergo & Sol est substantia p se, & stellæ, & luna substantiæ p se: ꝙ si nos aggregamus illud in dictione vna, tũc dicimus, ꝙ orbis est elemtum quintũ, qñ discernim⁹ inter ipsum & inter ignẽ & aerẽ, & terrã, qm̃ est separatum ab eis p materias iiij. in natura & gñe, & nos non dicimus in eo, qa est leuis, & ex eo elemento ignis neq; grauis, & est ex elemẽto terræ. nã, si esset ex vno elementorũ horũ ingrederetur super ip sum corruptio & alteratio, aut ptículariter, aut vlr, & caderent sub gñatione & corruptione. hoc aũt nõ est inuentũ in eo, immo creator posuit eũ cãm gñationis. iam ergo declarat per illud qđ exposuimus numerus elementorũ eius. Quantitatẽ vero eius iam ostẽdimus i libro, quẽ cõposuimus sup mẽsuratione supiorũ, & narramus in ipso quãtitatẽ ipsorum ab inuicẽ, & ꝓportiones corporũ stellarũ, & reuelationẽ orbis, & egressionẽ linearũ eius, & q̃titates opere syllogistico, demõstratione cadente sub sensu, & illud est quod volumus exponere.

Quia ergo peruenimus super illud cuius voluimus declarationem, tũc redeamus super illos qui dixerunt quòd orbis est infinitus. Dico ergo, quòd elementa quatuor, s. terra, aqua, aer, & ignis sunt finita: quòd est, quia vnicuiq; eorum est extremitas inuenta: ergo oportet necessario quòd sit ei extremitas secunda: & omne, cui sunt duę extremitates, est finitum. vos autem dicitis quòd non est finitum: hoc autem est ex magno impossibili contingẽte dictum. dico enim ꝙ dicitis, in elemento vnum est mobile, aut quietum, necesse est ergo eis dicere, quia est mobile & motus eius reuolubilis est super medium super duos polos, polum meridianum, & polum septentrionalem. Postquã ergo manifestum est, quòd est ei medium & datũ est ei illud, quòd oportet vt sint ei extremitates necessario, & oẽ, cui sunt extremitates, habet vt locatum sit, & finitum. iam ergo planum est, non quòd mundus habet medium & omni cui est medium sint duæ extremitates: & omne, cui sunt duæ extremitates,

mitates, est habens finem, & iterum omne, cui est extremitas vna, necessario est extremitas secunda. Iam ergo manifestum est ꝙ illud, quod præmisimus, quòd mundus est finitus, & manifestus est error eius, qui dicit eum infinitum: qui autẽ dixit Primoꝝ, ꝙ latus meridianum terræ est eleuatũ, & ꝙ latus septẽtrionale cõtractũ et depressum, dixit, ꝙ quidam ex regibus eorum voluit aggregare iter duo maria, mare rubrum, & mare expansum, scilicet semmi, vt ingrederetur ex mari semmi ad mare rubrum, & esset per illud introitus ex terra Romanorum ad terrã Admot, & terrã Iamã, & ex terra illius partis ad hanc, & transierunt inde ad mare Persicum cõtinuum cum duabus insulis daieli et altarilem, & ꝙ est illic, et alleuiaret per illud super eos studium. Aestimauerunt ergo, quòd quidam ex sapientibus eorũ prohibuit regem ab hoc opere; & dixerũt, quòd causa ipsum prohibẽdi fuit propterea, quòd ipse accepit altitudinẽ maris rubri, & altitudinẽ maris semmi per. xi. stadia, & stadium quidẽ est octingentorũ cubitorum: submerguntur ergo ciuitates, quæ super maris litora sunt, ab vtrisq; lateribus simul, sicut ciuitas Alexãdria, & Damach, & Dimix, & Alpharine, & Erte, & Scilicia, & Corisca, et Sardinia, & alię insulæ, quę sunt circiter. lvij. insulę: quare submergentur multę ex regionibus. Postquam ergo narrauit regi dimisit illud, ad quod intẽdebat, vel quòd dixerũt. Redeamus ergo sup eos in hoc sermone certo, & syllogismo geometrico cum demonstratione rationali. Dico ergo istud, quòd de mari rubro in mari semmædie aqua transit super alueum per estimationẽ nostram, et nõ esset alueus, quẽ foderẽt, latior illo, qui est cadens in hoc mare, cuius timem⁹ exitũ.

Ipse autem cucurrit in ipsum multis milib⁹ annorũ. ergo in eo addit non aliquid, & maxime cum multiplicet Nilus apud transitum suum, quando redit Sol ab vltimo termino septẽtrionis ad latus meridiei, sic ergo verus esset sermo, quẽ dicitis, & opinio, quã putatis destruxisset de ciuitatib⁹, quas timetis, p additiones aquæ, & istis insulis multæ, & destruetur quędã eorũ cum multitudine facta, q̃ ingreditur ex duplo eius, scilicet continente sphæram ex parte orientis, & ex parte meridiei: ingreditur enim aqua in mare semmi à parte occidentis ex mari continente, ergo accideret eis accidens, quod timuerunt: nos autem non vidẽmus illud accidẽs.

Iam ergo manifestum est contrarium eius quod dicebant à magistro suo, & nõ opinati sunt hanc opinionem, & dubitauerunt in se ipsis hanc dubitationem, nisi qui habitãt in terra Aegypti, aut sunt in circuitu Nili. Ipsi vero cõsiderauerunt aduentum Nili ex parte meridiei recedentes ad septentrionem, & putauerunt, quòd ille accessus non est, nisi de climate terrę ad partẽ septentrionalẽ, & ꝙ ipsa eleuata est ad partẽ meridiei; quare accidit ex hoc opinio falsa. oportet autem vt accideret illis hæc opinio à ratiocinabilibus ipsorum, qui habitant litora tigris, & euphratis, & dicerent, quòd illa terra ex parte septentrionis est vehementius eleuata propter decisionem horũ duorum fluminum ex parte septentrionis ad partẽ meridiei: exitus enim tigris est ex monte Armeniæ, & exit⁹ euphratis est ex terra Alchasar, & casus eorum est in mare Persicum. Oportet ergo vt accideret in mari Persico, quòd timuerũt super mare Sẽmi ex magnitudine tigris, & euphratis, & multitudie aquæ eorũ.

Iam ergo manifestus est error eorum, qui ęstimauerunt, ꝙ terra est eleuata ex parte, & contracta ex parte: & apparet error eorum, & quòd ipsa est centrum mundi totius, & ꝙ ipsa est secundũ æqualitatem ex omni parte cum superficie aquæ, & ignis continens aerem. Remansit aũt super nos, vt dicamus corruptionem elementorum quatuor, scilicet terræ, aquæ, aeris, & ignis: ingreditur aũt ea corruptio p sensum, quo sentim⁹; qđ ẽ, qa aer infrigidat & calefit & humectat & exiccatur, & aqua infrigidat & calefit, & accidũt in ea dulcedo & amaritudo & salsedo, et terra infrigidatur, & calefit, si nõ fit per totum, fit per partem. fuit aũt in diebus Philippi regis via mõte Macedoniæ inter duos montes, et superueniebat ei in quibusdam momentis, hora, qua non transirent super illam viam, aliqs equitũ & peditũ, qui non caderet mortuus quando erat inter illos duos montes. Interrogauit ergo de illo rex Philipp⁹ quosdam sapientes suos, & nescierunt causam illius donec præcepit Socrates ei facere fabricam altam: fecit ergo ei, & Socrates posuit in ea speculum de calibe: apposuit ergo i nspicere in speculo, quod præparauerat oppositum duobus mõtibus: vidit enim duos dracones magnos, vnum ex hoc monte, & alterũ ex monte secundo, & vnusquisq; eorum aperuerat os suum: aduersus socium suum, & egrediebat ex orificijs eorum vapor & corrumpebant illum aerem, & dum Socrates sedebat aspiciendo in speculo, & considerauerat, dracones trãsibant sup illã viã equites. Vidit ergo Socrates eos cadẽtes de

bestijs.sciuit ergo ꝙ fuit illud ꝓp vaporem, ꝙ fuerat egressus de vētrib⁹ draconū,& ꝙ ille corrumpebat aerem illius loci. Festinauit ergo descēdere ad Regē,& narrauit ei,præcepitq; exire in montē,quare interfecti sunt: saluatusq; est locus,& nō accidit in eo,ꝙ acciderat.miratus ergo est Rex de sapiētia Socratis,& illud quidē non fiebat nisi sicut qñ proijcit hyoscyamum in lacubus,et fluminibus,& accidit piscibus illoꝝ fluminū ebrietas,ita ꝙ volunt exire,et sicut corrūpunt aeres aut ꝓ superfluitatem siccitatis:quare accidūt habitatorib⁹ illaꝝ regionū ægritudines prauę,& pestilentię mortiferę.iam ergo exposuimus, cuius voluimus expositionem.

Caput Secundum.

QVia ergo præmissus est sermo à nobis i eis,quę ꝓterita sunt de ꝓprietatibus rerū,tunc loquamur nūc in ꝓprietatib⁹ thermaꝝ sermonē vlem,ga iam ꝓcessit sermo in eis à Primis,et determinemus illud determinatiōe sufficiēte.Milesius aūt Philosophus locutus est i eis, & cōuenit sup illud multitudo eoꝝ,q secuti sunt eum. Dicit.n.ꝙ cā,qua ē aqua thermaꝝ calida,nō est nisi ꝓp ventū calefacientē in ꝓfunditate terræ,& in cōcauitatibus q̄ sunt in uētre eius:quare cōuertit caliditas illa sup aquā, & calefacit eā. ergo egredit calida.Dico ergo,ꝙ iste sermo est manifesti erroris, & ga sequit impole,& icōueniēs valde. sed,si sermo,quē ipse dicit, eēt,et opio quā putauit,oporteret vt egrederet ille ventus,& ille vapor calidus cū egressione donec corrūpereť:nos aūt inuenimus hanc aquā sempiternę caliditatis. oportet ergo ꝓ hanc inquisitionē vt sit via Milesit nō vera, & determinatio eius nō cōueniēs rōcinatiōi Philosophię.Verū Rētipholos philosoph⁹ dixit i illo sermone,i quo cōtrarius est Mileo,et secuti sūt eū i illo multitudo hoium & dicit,ꝙ terra i illo loco ē rara,nō coniūcta rū partiū, vehemētis mollificationis,cui est durícies:quare igredit eā caliditas Solis. ergo calefit aqua i cōcauitate terrę in foueis,q̄ sunt i vētre eius:quare est illud cā illius caliditatis.dico ergo iteꝝ,ꝙ hęc via nō ē vera;neque cōueniēs rōcinationi geometricæ,ꝙ ē, qm̄,si sermo,quē ipse dicit,eēt,& opio,sicut ipse putauit,oportet vt ꝓmutareť terra i illis locis,qm̄ declinat Sol in latus meridiei, ꝙ est latus hiemis,& minuereť illa caliditas in illo tpe,& addereť i tpe ęstatis. Nos aūt nō uidemus illud,& ꝙ ęqlitas calitatis i illa aqua existit in tpibus. iiij. ſ. in hieme,æstate,verę, & autūno.iā ergo ostēsum est nūc,ꝙ ille sermo est impolis,et nō est aptatio cōueniēs oino.

Democritus aūt dicit,ꝙ cā in caliditate huiꝰ aquę est,ga in cōcauitatib⁹,q̄ sunt i vētre terrę,sunt mōtes calcis. cū ergo currit aqua super illos montes calefit,& egredit aqua calida sup facię terrę.Dico ergo,ꝙ hūc sermonē igredit ꝙd est cōtrariū cōsiderationi & rōcinationi, ꝙ est, ga calx nō calefit, nisi sit associata cū igne, & locata sit calitas in ea. cū ergo effundit sup eā aqua,efficit calida. Iā ergo manifestū est,ꝙ ad calcē,q̄ est in vētre terrę,non puenit ignis.Iā ergo cōsequit hāc intētionē,quā intēdit Democr.& facta est.impole incōueniēs ꝙ non pōt esse; quare ergo iā manifesti sunt ꝙdā de sermonibus eoꝝ ꝓ igsitionē ꝓcedētē: & dico tūc i illo sermonē incōuenientē ad cōprehēdendū qd rectum est:ga qd est qd dicā in illo sermonē facientē esse necessariū,ꝙ aqua currit sup minieras sulphuris: quare calescit sup illud.& signum illius est,ga odor sulphuris est inuētus i illa aqua,& qñ inuenit in ea sapor eiꝰ extinguit & cādela, et remanet i lichino eiꝰ de igne,et puluerizat sup ipm puluis sulphuris,& accē dit,et qñ ꝙ cōficit lutū cū naphtha & sulphure,& fit ex eo lichinū,& accendit & cōburit.

Caput Tertium.

ET sit dicimus in vulcano, ꝙ est in terra Sicilię intra mare Sēmi,ꝙ ille cōcauitates & ruinę,in qbus sunt ignes, nō sūt nisi ex sulphure i vētre illius mōtis.cū ergo flat vētus & mouet vnda illo motu coarctat vnda illū montē, & calefit ꝓp illud sulphur, & accendit in eo ignis, et egrediunt ex eo fumus et lapides cōbusti:perficit ergo ignis in illo mari,et lapides natant sup aquas.ꝗd est, ga oē corpus graue,qñ aduric, alleuiatur, & sit aūt accidit istis lapidib⁹ collectis ex illo vulcano:iā ergo ostēsum est per illud,ꝙ nūc diximus, ꝙ Primi,et sniæ,quas narrauerunt et intēderunt illi,quidā Mileus et Replilos, et Democritus,non sunt concedendæ.

Capit Quartum.

QVia ergo iā cōpleuim⁹ narrationem thermarum & vulcani; dicamus nūc qd dixerūt qdā Philosophi de terra. Referūt quidā Philosophoꝝ,ꝙ terra fuerit in pricipio cōpositionis rotūda plana; i qua nō fuerūt valles,neq; mōtes: ga erat sphęricæ figuræ,sicut corpa supiora,et ꝙ istarū valliū,q̄ sunt in ea,et istoꝝ montiū, cā non est nisi cōmotio aquarū.cauauerunt aūt loca rara,et facti sunt montes, et ꝙ loca rara,postq; cauata sunt, facta sūt loca mariū. Dico ergo, ꝙ illoꝝ,q dixerūt hunc sermonē,et intenderūt hanc intentionem snię, iam puenerūt ad snię eoꝝ,qui dixerunt,ꝙ maria sunt pmutata

tata sup sphęrā.nos aūt iā redarguimus sermonē eoꝝ,et fregimus snias eoꝝ ꝓ demōnes in principio lib.Nūc aūt redeā sup illos, ꝙ dixerūt hunc sermonē sup reditione sufficiēte,qua nobis pole est,p ꝓpones cadentes sub sensibus intellectus,et sentētijs geometricis. Dico i primis i ęē pluuię,ga nō ē pole vt fiat ꝓforatio i terra ꝓforatione,* ꝙ ē Dei, dicam⁹, ꝙ fuit terra leuis et rotūda,i qua nō fuerūt valles, nec habuerit mōtes, oportuit vt eēt superficies corpis iduta corpe aquę indumēto æquali ab oībus partibus,ergo ceciderit aqua descendens ab aere sup aquā,q̄ erat sup faciem superficiei terrę. ergo putaſ de hac aqua exīte sup faciē terrę,ꝙ nō cessabit ꝓforari ab ea parū à principio compōnis.Qd dixerūt ꝙ terra fuerit leuis,rotūda ab oīb⁹ ptibus,& ꝙ superficies aquæ fuit sup eā ꝓ mensuras,& leniuit vētus aquā illā,& mouit eā, & facta est i ea inūdatio,& factū est quiddā terræ cōcauū,& quiddam eiꝰ gibbosum,tūc sequit hūc sermonē impole expellēdū demratione.Quod est,vt dicam⁹ sermonē facientē necium,cui attestaſ visus.Qd est,ga ventus non est nisi ex vapore terræ sicco: qūo ergo oportet vt egrediaſ ex terra vapor siccus,cū iā ꝓhibuerit ipsum aqua, q̄ ē sup faciē terrę, & humiditatē suā,& frigiditatē, deinde qm facta est aqua velamē inter terram & aerem, tūc manifestū est ꝓ hanc inqsitionē, ga non eēt res sicut putauerūt,aut intentio,sicut ad ꝙ intēderūt nō esset vēto motus oino. Iā ergo manifestū est,ꝙ terra nō cessauit ꝓforata esse à pricipio cōpōnis,et corrupta est intentio eoꝝ & destructus sermo eoꝝ; q̄ putauerūt,ꝙ terra nō est ꝓforata. Et qa iā puenim⁹ sup illud,cuius voluimus declationē de cāis rerū,& qualitate eīntoꝝ,et diximus i illo sermonē vltimū cū arctissima inqsitiōe & subtilissima snia & breuissima,& opere cogitatiuo,& oñdimus sermonē quorūdā sapiēter instructoꝝ i philosophia famosoꝝ ꝓ loquela in naturis rerū,remāsit ergo sup nos,vt dicamus qualt est terra ꝓparatio mariū & trāsitus fluminū,et exitus eoꝝ,& ptes ciuitatum et locaregionū & cōpositio ciuitatū,q̄ sunt sup litora mariū & effusio fluminoꝝ & cognitio aliorꝝ ab alijs. Dicem⁹ ergo illud determinatione sufficiēte vt sigñet speculator sup estimationē eiꝰ, q errauit ex illis, q dicūt se scire naturas reꝝ et sigñet errorē eiꝰ,q estimauit ꝙ terra est mobilis nō qeta & frangaſ in illo iterū sermo eius, in cuius mente stat, i cuiꝰ intellectu fingit ꝙ mare et flumina sunt ꝓmutata sup sphęrā,et ꝙ ipsa indigēt motu vsi, non ꝓticulari cognitionis, aut eē in salse dine maris et fluminoꝝ,et dulcedine eorū, nō est iste locus,cognitionē ꝗo lōgitudinū ciuitatis adinuicē,et numerū pedū eoꝝ iam narrauim⁹ i lib. lōgitudinū ciuitatū, et determinauim⁹ determinatiōe sufficiēte. Cōuersio aūt qōnū,de qb⁹ inuim⁹ i pricipio li. i frāgēdo ꝓmonē,q estimauit ꝙ terra mobilis ē hoc mō.Oportet.n.vt resoluta eēt fora à figura, ꝓm q̄ est i successionib⁹ ꝓteritis et tpibus ꝓteritis,et ꝓmixta eēnt maria salsa vndosa cū fluminibus dulcib⁹,et sit accideret inde ꝓmixtio aquaꝝ adinuicē,quaꝝ essent oēs aut dulces,aut salsę.nos aūt nō testificam⁹ hoc i sensu visibili,neq; venit ad nos apud terminos q̄ ꝓcesserūt.nos aūt incipim⁹ nūc de mō terræ,et narratiōe ordinis mariū,et fluminū, et locoꝝ,et ciuitatū,et regionum,ita ut sit illud sicut visus itellecturus, cui nō est sile aliqd nō verū. Cōducā ergo circulū maris cōtinentis sphęrā,et ꝓtrahā ex mari cōtinente gausum,et est mare Indū cōtinuū sici, et continuaſ cum ea mare abelula,et est mare Persicū,i qd itrat tygris et euphrates,et egredit ex hoc mari prio ꝙ est mare Indū gallus:secundus mare est rubrū,et egredit à mari cōtinēte iterū ex pte semmi gansus,q̄ vocaſ berdil mare scindēs terrā Romanoꝝ, et egreditur sub polo vrī Gāsus, q dr mare delim,cuiꝰ extremitas venit ad ptē meridiei et terrā Chorisceu.euphratis aūt exitꝰ est ex mōte Armenię,et ascēdit ad Aglog,et exitꝰ tigris est ab oriēte ſrę Armenoꝝ,et aggregaſ cū euphrate sub Bagdel,et cadit i mare Persicū,et egredit Nilus de terra Aethiopię, et cadit i mare Sēmi in Alexādria,et egredit Gion de monte Rasmi,q est i India, et cadit i mare orientale.Volo autē oñdere regionū loca,et mariū. Ponam ergo punctū A locū Sin,et punctum B Indię,et punctū C Persię, et punctū P Sceia nū,et punctū L heliceh, et pūctum E semi,et punctū D ſrat,et punctū F Romanis, et punctū Hiſpanię,et punctū G D Aethiopię,et pūctū M H Teilim, et est insula magna,et punctū E basarāti et alcufati occidētali bagdel et bagdel est iter tygrī et euphratē,et punctū N Cōstantinopoli.nos dimisimus narrationē plurium regionū,qa vidimus ꝙ i eis,q̄ ostēdimus,est sufficiētia ad id,qd intēdimus de descriptione qualitatis mariū et fluminū magnoꝝ et ciuitatum, nō ē ergo nobis necitas pluriū,qa iā nos oñdim⁹ loca eoꝝ et cognitionē lōgitudinis i alio lib.ab isto, et diuisionē ciuitatū et lōgitudinē fluminū, et nūerū montiū sermone abbreuiato,et determiato: hoc ē ergo illud, cuiꝰ voluimus declationē.

Libri de Causis proprietatum elementorū finit.

Extra ord. Arist. pP q̄ De causis

DE CAVSIS LIBELLVS
ARISTOTELI, SEV AVEMPACE, VEL ALPHARABIO AVT PROCVLO ASCRIPTVS.

Propositio Prima.

Liber iste ex Hebræo in latinũ conuersus ex libro Procli desumptus fuisse creditur.



Mnis causa primaria plus est influẽs supra cãtum suum q̃ causa vniuersalis secũda. Cùm ergo remouet causa vniuersalis secũda virtutẽ suam à re, causa vniuersalis prima non aufert virtutem suam ab ea. Quod est, qa causa vniuersalis prima agit in causatũ causæ secũdæ, antecꝫ agat in ipsum causa vniuersalis secũda, quæ sequit ipsum. Cũ ergo agit causa secunda, quę sequit causatum, non excludit ipsius actio à causa prima, quæ est super eam: & q̃n separat causa secunda à causato, quæ sequit ipsum, nõ separat ab ea prima causa, quæ est supra ipsam: q̃m est causa ei. Et nos quidem exẽplificamus illud p esse, & viuũ, & hoiem. Quod est, quia oportet vt sit res esse primo, deinde viuũ, postea homo. Viuum ergo est causa hois propinqua, & esse est causa eius longinqua. esse ergo vehementius est causa hoi cꝫ viuum, q̃m est causa viuo, qđ est causa hoi: & similiter q̃n ponis rationalitatem esse causam hois, est esse vehementius causa hoi magis cꝫ rationalitas, q̃m est causa causæ eius. Et illius, quod significatio est, q̃n q̃n removes virtutem rõnalem ab hoie, nõ remanet hõ, & remanet viuum spirans sensibile. Cũ autem remoues ab eo viuum, non remanet viuum, & remanet esse: q̃m esse non removeẽ ab eo, sed removetur viuum: q̃m causa non removeẽ per remotionem causati sui. remanet ergo adhuc esse. Cùm ergo individuum non est hõ, est aial, & si nõ est animal, est esse tantum. Iam ergo manifestũ est & plnum q causa longinqua est prima, & prima est plus comprehendens, & vehemẽtius causa rei, cꝫ causa ꝓpinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhærẽtiæ cum re, cꝫ operatio causæ propinquæ. Et hoc quidẽ non fit ꝑm hoc, nisi quia res in primis non patitur nisi à virtute longinqua. Deinde patitur a secunda virtute, quæ est sub prima.

Et causa prima adiuuat secundam causam super operationem suam, q̃m omnem operationem quam causa efficit secunda, prima etiã causa efficit. Verũtamen efficit eam per modum altiorem & sublimiorem. Et quando remouetur causa secunda à causato suo, non remouetur ab eo causa prima, q̃m causa prima est maioris & vehementioris adhærentiæ cum re cꝫ causa propinqua. Et nõ figitur causatum causæ secundæ nisi per virtutem causæ primæ, quod est, quia causa secunda, q̃n facit rem, influit causa prima, quæ est supra eam super illam rem de virtute sua. Quare adhæret illud rei adhærentia vehemẽti, & seruat eam. Iam ergo manifestum & planum, q causa longinqua est vehemẽtius causa rei cꝫ causa propinqua, quæ sequitur eam: & q ipsa influit virtutem suam sup eam, & conseruat ipsam, & nõ separatur ab ea separatione suæ causæ propinquæ, imo remanet in ea, & adhęret ei adhęrentia vehemẽti, ꝑm q ostendimus & exposuimus.

Propositio Secunda.



Mne esse superius, aut est superius æternitate, & ante ipsam, aut est cũ ęternitate, aut est post ęternitatẽ, et supra tẽpus. Esse vero, quod est ante æternitatẽ, est causa prima: quoniam est causa ei. Sed esse, quod est cum æternitate, est intelligentia: q̃m est esse ꝑm habitudinem vnam: vnde non patitur neq; destruitur. Esse autẽ, quod est post æternitatem & supra tempus, est anima: q̃m est in orizonte æternitatis inferius & supra tempus. Et significatio q causa prima est ante ęternitatem ipsam, est q̃m omne esse in ipsa est acquisitum. Et dico q omnis æternitas est esse, sed non omne esse est ęternitas. ergo esse est plus cõmune q̃ æternitas. Et causa prima est supra æternitatem, quoniam æternitas est causatum ipsius. Et intelligentia opponitur vel parificatur æternitati, q̃m extenditur cum ea, & non alteratur neque destruitur. Et anima annexa est cũ ęternitate inferius, quoniã est susceptibilior impressionis cꝫ intelligentia. Et est supra tempus, quoniam est causa temporis.

Propositio Tertia.

OMnis anima nobilis tres habet operationes. Nã ex operationibus eius est operatio animalis, & operatio intelligibilis, & operatio diuina. Operatio autem diuina est, q̃m ipsa præparat naturam cum virtute, quæ est in ipsa à causa prima. eius autem operatio intelligibilis est, quoniam ipsa scit res per virtutẽ intelligentię, quę est in ipsa. Operatio autem eius animalis est, quoniam ipsa mouet primum corpus et oia corpora naturalia: quoniã ipsa est causa motus corporum & causa operationis naturæ. Et non efficit aias has operationes, nisi quia ipsa est exemplum superioris virtutis: quod est, quia causa prima causauit esse animę mediante intelligẽtia: & propter id facta est anima efficiẽs operationem diuinam. Postꝫ ergo creauit causa prima esse animæ, posuit eam sicut instrumentum intelligentię, in qua efficit operationes suas. propter id ergo anima intelligibilis efficit operationem intelligibilem. Et, quia anima suscipit impressionem intelligẽtiæ, facta est inferioris operationis, quàm ipsa intelligentia in impressione sua in id qđ est sub ipsa. Quod est, quia ipsa nõ imprimit vires nisi per motũ, s. quia non recipit quod est sub ea operationẽ eius, nisi ipsa moueat ipsum. Propter hãc ergo causam fit q anima mouet corpus. De proprietate nanq; animę est vt viuificet corpora, q̃m influit super ea virtutẽ suam, & directe producit ea ad operationem rectam. Manifestum est igitur, q anima habet tres operationes, vel virtutes: scilicet diuinam virtutem, et virtutem intelligibilem, & virtutẽ eius essentiæ, ꝑm quòd ostendimus & narrauimus.

Propositio Quarta.

PRima rerum creatarum est esse, et non est ante ipsum creatũ aliud. Quod est, quia eẽ est supra sensum, & supra animas, & supra intelligentias, & non est post causam primã latius, neq; prius causatum ipso. Propter id ergo factũ est superius causatis rebus oibus & vehementius vnitum. Et nõ est factum ita, nisi propter suam propinquitatem esse puro, vni, et vero, in quo vero est multitudo aliquorũ modorum. Et esse causatum, quãuis sit vnum, tamẽ multiplicatur, s. quia ipsum recipit multiplicitatem. Et ipsum quidem non est factum multa, nisi quia ipsum esse, quãuis sit simplex, & non sit in causatis simplicius ipso, tamen est compositum ex finito & infinito. Et omne, quod sequit causam primam, est intelligentia completa in vltima potentia, & reliquis bonitatibus: & formæ intelligibiles in ipso sunt latiores & vehementius vniuersales, & quod ex eo est inferius, est intelligentia. verũtamen sub illa est intelligentia in complemento & virtute & bonitatibus, & non sunt formæ intelligibiles in illa ita dilatatę, sicut est earum latitudo in illa intelligentia. Et esse quidẽ creatum primum est in intelligentia totum, verũtamen intelligentia in ipso est diuersa per modum, quem diximus. Et, quia diuersificatur intelligentia, fit in eo forma intelligibilis diuersa. Et sicut ex forma vna propter hoc q diuersificatur in mũdo inferiori proueniunt individua infinita in multitudine, similiter ex esse causato primo, propterea q diuersificatur, apparẽt formæ intelligibiles infinitæ. Verũtamen, quãuis diuersificentur, non seiungũtur abinuicem, sicut est seiunctio idiuiduorum. quod est, quoniã ipsæ vniuntur absq; corruptione, & separantur absq; seiunctione: quoniam sunt vnum habẽs multitudinem & multitudo in vnitate.

Et intelligẽtię primæ influunt supra intelligẽtias secũdas, virtutes & bonitates, quas recipiũt à causa prima, & intẽdunt bonitatem in eis vsquequo consequuntur vltimum earũ.

Propositio Quinta.

INtelligentiæ superiores primę, quę consequuntur causam primam, imprimũt formas secundas stantes, quę non destituuntur, ita vt sit necessarium tueri eas vice alia. Intelligentiæ autem secundæ imprimunt formas declines & separabiles, sicut est anima. ipsa nanq; est ex impressione intelligentiæ secundæ, quæ sequitur esse causatũ inferius. Et non multiplicantur animæ nisi per modum, quo multiplicantur intelligẽtię, quod est, quia eẽ animæ habet finem: sed quod ex eo est inferius, est infinitũ. Igitur animę, quę sequũntur alachili, intelligẽtiam vltimam, sunt completæ perfectę & paucę declinationis & separationis: et aię, quę sequuntur esse inferius, sunt in cõplemento & declinatione sub aiabus primis & superioribus. Et aię superiores influunt bonitates, quas recipiunt ab intelligentia, super aias inferiores. Et eis aĩa recipiens ab intelligentia virtutem, plus est super impressionẽ fortior, quia quod impressum est ab ea est fixum & stans, & est motus eius motus æqualis & continuus. Et illa, in qua est ex ea virtus intelligẽtię, minus est impressione sub aiabus primis. Et est, qđ ab ea impressum est, debile, euanescens, destructibile. Verũtamen, quãuis sit ita, tamen pmanet per generationẽ. Iam ergo ostensum est, quare factę sunt formę intelligibiles multæ, & non est esse earum nisi vnum simplex, & quare factę sunt mulęę animę: quarum quædam sunt fortiores quibusdã, & esse earum est vnum simplex, in quo non est diuersitas.

Propositio Sexta.

CAusa prima superior est omni narratione, & non deficiunt linguę a narratione eius, nisi propter narrationem esse ipsius: quoniã ipsa est super omnem causam,

& non narratur nisi per causas secūdas, quæ illuminantur a lumine causæ primæ. Quod est, qm̄ causa prima nō cessat illuminare causatum suum, & ipsa non illuminatur à lumine alio, quoniam ipsa est lumen purum, sic ꝙ non est lumen: & quia nihil est superius ipsa, sed ipsa super omnia, ex illo ergo facta est prima sola, cuius deficit narratio, & non est ita, nisi quia supra ipsam nō est causa, per quam cognoscatur. Omnis res non cognoscitur, & naturalis nisi ex ipsa causa sua. Cū ergo causa est tantum, & non est causatum, nō scitur per causam primam, neq; narratur: qm̄ est superior narratione: neq; consequitur eam loquela, quod est, quia narratio nō fit nisi per loquelam, & loquela per intelligentiam & intelligentia per cogitationem, & cogitatio per meditationē, & meditatio per sensum: causa autem prima est supra res omnes, quoniam est causa eis: propter illud fit ergo ꝙ ipsa non cadit sub sensu, & meditatione, & cogitatione, & intelligentia, & loquela: non est ergo narrabilis. Et dico iterū, ꝙ res aut est sensibilis, & cadit sub sensu, aut est meditabilis, & cadit sub meditatione: aut est fixa stans secundum dispositionem vnam & est intelligibilis, aut conuertibilis destructibilis cadēs sub generatione & corruptione, & est cadens sub cogitatione, & causa prima est supra omnes res intelligibiles sempiternas & supra res destructibiles: quapropter non cadunt super eam meditatio, neque sensus, neq; intelligentia. Et ipsa quidem non signatur nisi à causa secunda, quę est intelligentia, & non nominatur nisi per nomen causati sui primi, verūtamen per modum sublimiorem & nobiliorem & melio~~r~~em, sicut ostendimus.

Propositio septima.

INtelligentia est substantia, quæ non diuiditur. Quod est, quia, si non est cum magnitudine, neq; corpus, neq; mouetur, tunc proculdubio non diuiditur. Et iterum omne diuisibile non diuiditur nisi aut in multitudine aut in magnitudine, aut in motum suum: cum ergo res est ſm hanc dispositionem, tunc est sub tempore, qm̄ non recipit diuisionem nisi in tempore. & intelligentia quidem nō est cum tempore, immo est cum ęternitate. quapropter facta est altior & superior omni corpore, omni tēpore, & omni multitudine. Quod, si inueniatur in ea multitudo aliqua, non inuenitur multitudo, nisi quid sit res existens ex ea. Cū ergo intelligentia sit ſm hunc modum diuisionem penitus non recipit. Et si significatio quidē illius est reditio super essentiam suam, quia non extenditur cum re extensa aliqua dimensione, ita vt sit vna suarum extremitatum secunda ab alia. Quod est, quia, quando vult scientiā rei corporalis, non extenditur cū ea, sed ipsa stat fixa ſm suam dispositionem, qm̄ est forma, à qua non pertransit aliquid. Et corpora quidem non sunt ita: & significatio ꝙ intelligentia non est corpus, est, quia nec diuiditur eius substantia & operatio eius, & vtręq; sunt res vna. Intelligentia autem est multa propter bonitates, quæ adueniunt ei à causa prima. Et ipsa, quāuis multiplicetur per hūc modum, tamen quia appropinquat vni, fit vnum quod diuiditur. Et intelligentia quidem nō recipit diuisionem, qm̄ est primum creatum, quod creatum est à prima causa, & vnitas est dignior ꝙ diuisio. iam ergo verificatum est, ꝙ intelligentia est substantia, quæ non est cum magnitudine, neq; corpus, neque mouetur per aliquem modum motus corporei. Quapropter facta est supra tēpus & cum æternitate, sicut ostendimus.

Propositio Octaua.

OMnis intelligentia scit quod est supra se, & quod est sub se. verumtamen scit quod est sub se, qm̄ est causa ei, & scit quod est supra se, quoniam acquirit bonitates ab eo. Et intelligentia quidem est substātia intelligibilis: ergo ſm modum suæ substantiæ scit res, quas acquirit desuper, & res quibus est causa. ergo ipsa discernit quod est sub ea, & quod est supra eam: & scit quòd id, quod est supra se, est causa ei, & quod est sub ea est causatum ab ea: & cognoscit causam suam & causatum suum per modum, qui est causa eius, scilicet per modum substantiæ suæ & & sui esse. et similiter omnis sciens non scit rem meliorem et rem inferiorem, et deteriorem, nisi ſm modum suæ substantię et sui esse, non ſm modum ſm quem res sunt. Et si hoc ita est, tunc proculdubio bonitates, quę descendunt super intelligentiam à causa prima, sunt intelligibiles in ea, et similiter res corporeæ sensibiles, sunt in intelligentia intelligibiles. Quod est, quoniā res, quæ sunt in intelligentia, non sunt impressiones ipsę, immo sunt causæ impressionum. et significatio illius est, ꝙ intelligentia ipsa est causa rerū, quæ sunt sub ea, per hoc, ꝙ est intelligentia tantum. Si ergo intelligentia est causa rerum per hoc, quod est intelligentia, et sub ea sunt per virtutem intelligibilem, tunc proculdubio causæ rerū sunt intelligibiles etiā.

Iam

Iam ergo manifestum est, ꝙ res supra intelligentiam & sub ea sunt per virtutem intelligibilem, similiter res corporeæ cum intelligentia sunt intelligibiles, et res intelligibiles intelligētia sunt intelligibiles, quoniam ipsa est causa earum: & quia ipsa non apprehendit nisi per modum suę substantię, & ipsa, quia intelligentia est, apprehendit res apprehensione intelligibili, siue intelligibiles sint res, siue corporeę.

Propositio Nona.

OMnis intelligentiæ fixio & essentia eius est per bonitatem puram, quæ est causa prima. Et virtus quidem intelligentiæ primæ est vehementioris vnitatis quàm res secundæ, quæ sunt post eam, quoniam ipsæ non accipiunt cognitionem eius: & non est facta ita, nisi qa causa est ei quod est sub ea. Et significatio eius est illud, cuius rememoramur, quia intelligentia est regens omnes res, quæ sunt sub ea per virtutem diuinam, quæ est in ea, & per eā retinet res: quoniam per eam est causa rerū, & ipsa retinet omnes res, quæ sunt sub ea, & comprehendit eas. Quod est, quoniam omne, quod est principium rebus et causa eis, est retinens illas res, & regens eas, & non euadit ab ipsis aliquid propter virtutem alteram. Ergo intelligentia est princeps rerum, quę sunt sub ea, & retinens eas & regens eas, sicut natura regit res, quæ sunt sub ea per virtutem intelligentiæ, quia similiter intelligētia regit naturam per virtutem diuinam. Et intelligentia quidem non facta est retinens res, quę sunt post eam, & regens eas, & suspendens virtutem suam super eas, nisi quoniam ipsæ non sunt virtus substantialis ei, immo ipsa est virtus virtutum substantialium, quoniam est causa eis. Et intelligentia quidem comprehendit generata, & naturam, & orizontem naturæ, scilicet animam: nam ipsa est supra naturam. Quod est, quia natura continet generationem, & anima continet naturam, & intelligentia continet animam: ergo intelligentia continet omnes res, & non est facta intelligentia ita, nisi propter causam primam, quæ supeminet omnibus rebus, qm̄ est causa intelligentiæ, & aię, & naturæ, & reliqs rebus.

Et causa quidem prima non est intelligentia, neq; anima, neq; natura, immo est supra intelligētiam, & animam, & naturam, quoniam est creans omnes res: veruntamen est causans intelligentiam absq; medio, & causans animam & naturam, et reliquas res mediante intelligentia. Et scientia quidem diuina non est sicut scientia intelligibilis, neque sicut scientia animalis, vel animæ, immo est supra scientiam intelligentiæ, & scientiam animæ, quoniā est causans ipsas. Et quidem virtus diuina est supra omnem virtutem intelligibilem, & animalem, & naturalem: qm̄ est causa omni virtuti. Et intelligentia quidem est habēs ylcachim: quoniam est esse & forma, & similiter aia est habēs ylcachim, & natura est habens ylcachim, & causæ quidē primæ non est ylcachim, qm̄ ipsa est tm̄ esse.

Quòd si dixerit aliquis necesse est ꝙ ei sit ylcachim, dicemus ylcachim, suum eē ei infinitum, & indiuiduum suum est bonitas sua pura influens super intelligētias omnes bonitates, & super reliquas res mediante ea.

Propositio Decima.

OMnis intelligentia plena est formis. Verūtamen ex intelligentijs sunt, quę continent formas plus vniuersales, & ex eis sunt, quæ continent formas minus vniuersales. Quod est, quoniam forma, quæ sunt in intelligentijs secundis inferioribus per modum particularem, sunt in intelligentijs primis per modum vniuersalem: & formæ, quę sunt in intelligentijs primis p modum vniuersalem, sunt in intelligentijs secundis per modum particularem. Et primis intelligentijs est virtus magna, quoniam sunt vehementioris vnitatis, quàm intelligētię secundæ vniuersales inferiores, & in intelligentijs secundis inferioribus sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris vnitatis et pluris multiplicitatis. Quod est, quia intelligentię, quæ sunt propinquę vni vero puro, sunt minoris quantitatis et maioris virtutis, et intelligentiæ, quæ sunt longinquiores ab ipso, sunt minoris quantitatis et debilioris virtutis. Et, quia intelligentiæ propinquæ vero primo sunt minoris quātitatis, accidit inde, quòd formæ, quæ procedunt ex intelligentijs primis, procedant processione vniuersali vnita. et nos quidem abbreuiamus et dicimus, quòd formæ, quæ prouenunt ex intelligentijs primis, sunt debilioris processionis et uehementioris separationis. Quapropter fit, quòd intelligentiæ secundæ proiciūt visus suos super vniuersalem formam, quæ est in intelligentijs vniuersalibus, et diuidunt eam et separant eam, quoniam ipsæ non possunt recipere illas formas per separationem et diuisionem secūdum virtutem suam et certitudinem earum, nisi per modum, secūdum quem possunt recipere eas, s. per separationem et diuisionem. Et similiter

aliqua ex rebus non recipit, quod est supra eam, nisi per modum, secundum quem potest recipere ipsum, non per modum, secundum quem est res recepta.

Propositio Vndecima.

OMnis intelligentia intelligit res sempiternas, quę non destruuntur, neque cadunt sub tempore. Quod est, quoniam, si intelligentia est semper, quæ non mouetur, tunc ipsa est causa rebus sempiternis, quæ non destruuntur, nec permutantur, neq; cadunt sub generatione & corruptione. Et intelligentia non est ita, nisi, quia itelligit rem per esse suum, & esse suum sempiternum est, & non corrumpitur. Cùm ergo ita sit, dicimus, ꝙ res destructibiles sunt ex corporeitate, scilicet ex causa corporea temporali, nõ ex causa intelligibili æterna.

Propositio Duodecima.

PRimorum omniũ quędam sunt, in quibusdam per modũ quo licet vt sit vnũ eorum in alio. Quod est, quia animi eẽ sunt & vita & intelligẽtia, & vita sunt esse, et intelligentia, & intelligentia sunt esse, & vita. Verumtamen esse, & vita in intelligentia sunt duæ intelligentiæ, & esse & intelligentia in vita sunt duæ vitæ, & intelligentia & vita in esse sunt duo esse. Et illud quidẽ non est ita, nisi quia vnũquodq; primorum aut est causa, aut causatum: causatũ ergo in causa est per modum causæ, & causa in causato per modum causati. Nos quidem abbreuiamus et dicimus, quòd res agens in rem per modum causę non est in ea nisi per modum qui est causa eius. Sicut sensus i animali per modum animalem, et anima in intelligentia per modum intelligibilem, & intelligentia in anima per modum animalem, & anima in sensu per modũ sensibilem. Redeamus ergo & dicamus, quòd sensus in anima & intelligentia in causa prima sunt per modos similes & diuersos, sicut ostendimus.

Propositio Decimatertia.

OMnis intelligẽtia intelligit essentiam suam. Quod est, quia intellectus & intellectum sunt simul. Cùm enim intelligentia est intellectum & intelligens, tunc proculdubio videt essentiam suam. Et quando videt essentiam suam, scit & itelligit per intelligentiam essentiam suam. Et qñ scit essentiam suam, scit reliquas res, quæ sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Verũtamen in ea sunt per modum intelligibilem: ergo intelligentia & res itellectæ sunt vnum. Quod est, qa, si res intellectæ & intelligentia sunt vnum, & intelligentia scit essentiam suam, tũc proculdubio, quãdo scit essentiam suam, scit reliquas res: & qñ scit reliquas res, scit essentiã suam: & quando scit reliquas res, tunc ipsa nõ scit eas, nisi quia sunt intellectæ: ergo intelligentia scit essentiam suam, & scit res intellectas simul, sicut ostendimus.

Propositio Decimaquarta.

INomni anima res sensibiles sunt ꝓhoc, ꝙ sunt exemplum ei, & res intelligibiles in ea sunt, quia scit eas, & nõ facta est ita, nisi quia est expansa inter res intelligibiles, quæ non mouenẽ, et inter res sensibiles, quę mouentur. Et, quia anima sic est, fit ꝙ imprimit res corpeas. Quapropter facta est causa corporum, et facta est causata ab intelligentia, quæ fuit ante ipsam. Res igitur, quæ imprimuntur ab anima, sunt in anima per intentionem exempli, scilicet quia res sensibiles exemplificantur secundum exemplum animæ, & res, quæ cadunt supra animam, sunt i anima per modum acquisitum. Cùm ergo hoc sit ita, redeamus & dicamus, ꝙ res sensibiles omnes in anima sunt per modũ causæ suæ. propter quod aia est sicut causa exemplaris. Et intelligo per aiam, virtutem agentem res sensibiles. Verũtamen virtus efficiens in anima non est materialis, & virtus in anima est spiritualis, et virtus imprimens in rebus habentibus dimẽsiones, est sine dimensione corporea. Res autem intelligibiles in anima sunt per modum accidentalẽ, ſ. quia res intelligibiles vnitæ sunt in anima per modum, qui multiplicatur, et res intelligibiles, quæ non mouentur, sunt in anima per modum motus. Iam ergo ostensum est, ꝙ res intelligibiles et sensibiles sunt in anima: verũtamen res sensibiles corporeæ motæ sunt i anima per modum animalem vnitum, & spirituales res intelligibiles vnitæ quiescentes sunt in anima per modum qui multiplicat motum.

Propositio Decimaquinta.

OMnis sciens, qui scit essentiam suam, est rediens ad essentiam suam reditione completa. Quod est, quia scientia non est nisi actio intelligentis: cùm ergo scit sciens suam essentiam, tunc redit per operationem suam intelligibilem ad essentiam suam. Et hoc non est ita, nisi quia scitẽs et scitum sunt res vna, quoniam scientia scientis essentiam suam, est ex eo, et ad eum, quia est scitum.

Quod

Quod est, quia propterea ꝙ scitẽtia est scientia scientis, & sciens scit essentiam suam, est eius operatio rediens ad essentiam suam. ergo substantia eius est rediens ad essentiam suam iterum. Et non significo per reditionẽ substantiæ ad essentiam suam iterum, nisi qa est stans fixa per se, non indigens in sua fixione & sua essentia re alia regente ipsam: quoniam est substantia simplex sufficiens sibi per seipsam.

Propositio Decimasexta.

OMnes virtutes, quibus non est finis, pendentes sunt per infinitum primũ, quod est virtus virtutum: non quia ipsę sint acquisitæ fixæ stantes in rebus entibus, immo sunt virtus rebus entibus habẽtibus fixionem. Quòd si aliquis dicat, ꝙ ens primũ causatum, i. intelligentia, est virtus, cui non est finis, dicimus, ꝙ nõ est ens causatum virtus, immo est ei virtus quædam. Et virtus quidem eius non est facta infinita nisi inferius & non superius: quoniam ipsa non est virtus pura, quæ non est virtus, nisi quia virtus est, & est res, quæ non finit inferius, neq; superius. Ens autem primum causatum habet finem, & virtus eius est finis, secundum quem remanet causa eius: ens autẽ primum creans est infinitum primum purum. Quod est, quia, si entibus fortibus non est finis nisi per suam acquisitionem ab infinito primo puro, propter quod sunt entia infinita, & si est ens primum ipsum quod ponit res, quibus non est finis, tunc ipsum proculdubio est supra ifinitum. Ens autem primum creatum, ſ. intelligentia, ipsum non est finitum, immo dicitur, ꝙ est infinitum, neq; dicitur, ꝙ est ipsummet, quod non est finitum. Ens ergo primum est mensura entiũ primorum intelligibilium, & entium secundorum sensibiliũ, ſ. quia ipsum est, quod oia entia creauit, & mensurauit ea mensura conuenienti oi enti. Redeamus ergo & dicamus, ꝙ ens primum creans est supra infinitum, sed ens secũdum creatum est infinitum. Et quod est inter ens primum creans, & ens secundum creatum, est non finitum. Et reliquę bonitates simplices, sicut vita & lumen, & quę sunt eis similia, sunt causa rerum omnium habentium bonitates, ſ. ꝙ infinitum est à causa prima. Et causatum primum est causa ois vitæ, & similiter reliquæ bonitates descendentes à causa prima super creatum primum, in primis est intelligentia, deinde descendunt supra reliqua causata omnia intelligibilia & corporea mediante intelligentia.

Propositio Decimaseptima.

OMnis virtus vnita plus est infinita q̃ virtus multiplicata. Quod est, quia infinitum primũ, quod est intelligentia, est propinquum vni puro. Propter illud ergo factũ est, ꝙ in oi virtute propinqua vni puro est infinitas plus q̃ in virtute longinqua ab eo. Quod est, qa virtus, qñ incipit multiplicari, tũc destruitur vnitas eius, & qñ destruitur eius vnitas, destruitur eius infinitas, et non destruitur infinitas eius, nisi qñ diuiditur. & huius quidem significatio est virtus diuisa. Et ꝙ ipsa, quanto magis aggregatur & vnitur, tanto plus magnificatur & vehemẽtior fit, & efficit operationes mirabiles. Et quanto magis partitur & diuiditur, tanto plus minoratur & debilitatur, & efficit operationes viles. Iam igitur manifestum est, & planum, ꝙ virtus, quanto plus approximat vni puro & vero, fit vehementior eius vnitas. & quanto vehementior fit eius vnitas, est infinitas in ea magis apparens & manifestior, et sunt operationes eius operationes magnæ, mirabiles, et nobiles.

Propositio Decimaoctaua.

REs omnes habent essentiã per ens primum. Et res viuæ omnes sunt motæ p essentiam suam propter vitã primam. Et res intelligibiles omnes habent scientiam propter intelligẽtiam primam. Quod est, quia, si omnis causa dat causato suo aliquid, tunc proculdubio ens primum dat causatis suis omnibus esse. Similiter vita dat causatis suis motum, quia vita est processio procedẽs ex ente primo quieto sempiterno, et motus similiter primus. Et similiter intelligentia dat causatis suis scientiam, quod est, quia omnis vera scientia non est nisi intelligentia, et intelligentia est primum sciens, quod est primum influẽs scientiam super reliqua entia. Redeamus ergo et dicamus, ꝙ ens primum quietum est causa causarum. et si primum ipsum dat esse omnibus, tũc ipsum dat eis per modum creationis. Vita autẽ prima dat eis, quæ sunt sub ea, vitam, et non per modum creationis, sed per modum formæ. Et similiter intelligentia non dat eis, quę sunt sub ea, scientiam et reliquis rebus per modũ creationis, sed per modum formæ.

Propositio Decimanona.

EX intelligentijs est, quæ est intelligentia diuina: quoniam ipsa recipit ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex causa prima per receptionem multã. Et de eis est, quæ est intelligentia tantum: quoniam non

recipit

recipit ex bonitatibus primis nisi mediante intelligentia. Et ex animabus est, quę est anima intelligibilis: quoniam ipsa est pendens per intelligentiam. Et ex eis est, quæ est anima tãtum. Et ex corporibus naturalibus est, cui inest anima regens ipsum, & faciens directionem super ipsum. Et de eis sunt, quæ sunt corpora naturalia tantum, quibus non est anima. Et hoc non fit ita, nisi quoniã ipsa non est intelligibilis tota, neq; animalis tota, neq; corporea tota, nec dependet per causam, quę est supra eam, s. quia non omnis intelligentia pendet per bonitates causæ primæ, nisi quæ est ex ea completa, & integra. Ipsa enim potest recipere bonitates descendentes ex causa prima, & pendere per eas, vt vehemẽs fiat eius vnitas. Et similiter iterum non omnis anima pendet per intelligentiã, nisi quæ est eis completa & integra, & vehementius similis cum intelligentia per hoc, quod pendet p intelligentiã, & est intelligentia completa. Similiter nõ omne corpus naturale habet animã, nisi quod est ex eis completum & integrum, quali sit rationale, & secundum hanc formam sunt reliqui ordines intellectuales.

Propositio Vigesima.

CAusa prima regit res creatas omnes, præter q̃ cõmiceatur cum eis. Quod est, quia regimen non debilitat vnitatẽ eius exaltatam super omne esse, neq; destruit eã, neq; prohibet eam essentia vnitatis eius sẽcũta a rebus, quin regat eas. Quod est, quia causa prima est fixa stans cum vnitate sua pura semper, & ipsa regit res creatas omnes, & influit super eas virtutem vitæ, & bonitates secundum modum virtutis earum receptibilium, et possibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates supra res omnes influxione vna. Verũtamen vnaquæq; rerum recipit ex illa influxione secũdum modum suę virtutis, et sui esse. Et bonitas prima influit bonitates super res omnes per modum vnum, quia nõ est bonitas nisi per suũ esse, & suum ens, & suam virtutem, liquidem bonitas, & virtus, & ens, sunt res vna. Si ergo ens primum & bonitas sunt res vna, sic & ipsum influit bonitates super res influxione cõmuni & diuersificantur bonitates & dona ex concursu recipientis. Quod est, quia recipientia bonitates non recipiunt equaliter, immo quædam eorum recipiunt plus, quædam vero minus. Et hoc quidẽ est propter magnitudinem suæ largitatis. Redeamus ergo & dicamus, q̃ inter omne agens, quod agit per essentiam suam, et itra factum suum, non est continuator, neque res aliqua media, & non est continuatio inter agens et factum, nisi sit additio super esse: etenim qñ agens et factum est per instrumentum, non facit per esse suum, et fiunt composita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipsum, et factorem suũ, et est tunc agens seiunctum à facto suo. Agẽs vero, inter quod et factum suum non est continuatio penitus, est agens verum, et regens, faciens res per finem decoris, post quod non est possibile, vt sit decus aliud, et regit factũ suum per vltimum regiminis, quod est, quia regit res per modum, per quem agit, et non nisi per ens suum. ergo ens eius iterum erit regimen eius. Quapropter fit, q̃ regit et agit per vltimum decoris, et regimen, in quo nõ est diuersitas, neq; tortuositas, et non diuersificantur operationes, et regimen propter causas primas, nisi ꝓpter meritũ recipientis.

Propositio Vigesimaprima.

PRimum est dives per seipsum, et est dives magis. Et significatio eius est vnitas eius, non quia vnitas eius sit sparsa in ipso, immo est vnitas eius pura: quoniam est infinitæ simplicitatis simplex. Si autem aliquis vult scire, quòd causa prima est dives, projciat mentem suam super res compositas, et inquirat de eis inquisitione perscrutata: inueniet enim compositum omne diminutum, indigens aut alio, aut rebus, ex quibus componitur. Res autem simplex, quæ est bonitas, est vna, et vnitas eius est bonitas, et bonitas est res vna. Illa ergo res est dives magis, quę influit, et non fit influxio super ipsam per aliquem motorum. Reliquæ autem res intelligibiles aut corporeæ corruptæ sunt, nõ diuites per seipsas, immo indigent vno vero influente super eas bonitates et omnes gratias.

Propositio Vigesimasecunda.

CAusa prima est super omne nomẽ, quo nominatur, quoniam, non pertinet ei diminutio, neque complementum solum: quoniam diminutum est non completum, et non potest efficere operationem completam, quoniam est diminutum. Et completum apud nos, quãtis sit sufficiens per seipsum, tamen non potest creare aliquid aliud, neq; influere aliquid aliud à seipso omnino. Si ergo hoc ita est apud nos, dicimus q̃ primum non est diminutum, neq; completum tãtum, sed est supra completum. Quoniam creans est res, et influens bonitates super eas

influxione

influxione completa, quoniam est bonitas, cui non est finis, neq; dimensiones. Bonitas ergo prima implet omnia secula bonitatibus. Verũtamen omne seculum non recipit de ista bonitate nisi secundum modum suæ potentiæ. Iam ergo ostẽsum & manifestum, q̃ causa prima est super omne nomen, quo nominatur, et superior & altior.

Propositio Vigesimatertia,

OMnis intelligentia diuina scit res per hoc, quòd ipsa est intelligentia, & regit eas per hoc, q̃ est diuina. Quod est, quia proprietas intelligentiæ est scientia, & non est eius complemẽtum & integritas, nisi vt sit sciens. Regens ergo est Deus benedictus & sublimis, quoniam ipse replet res bonitatibus: & intelligentia est primum causatum, & est plus similis Deo sublimi, & propter illud regit res, quæ sub ea sunt. Et sicut Deus benedictus & excelsus influit bonitates super res, similiter intelligentia influit scientiam super res, quæ sunt sub ea. Verũtamen, quãuis intelligentia regat res, quæ sunt sub ea, tamen Deus benedictus & excelsus præcedit intelligẽtiam per regimen, & regit res regimine sublimioris ordinis & altioris, q̃ sit regimen intelligentiæ, quod est illud, quod dat intelligentiæ regimen. Et significatio illius est, quòd res, quæ recipiunt regimen intelligentiæ, recipiunt regimen creatoris intelligentiæ. Quod est, quia non refugit regimen eius aliqua ex rebus omnino, quoniam vult vt faciat recipere bonitatem suam simul omnes res. quod est, quia nõ est quod omnis res, quæ desiderat intelligentiam, desiderat recipere eam, & res omnes desiderant bonitatem ex primo, & desiderant recipere ipsum desiderio multo, & in illo non est qui dubitet.

Propositio Vigesimaquarta.

CAusa prima existit in omnibus rebus secundum vnam dispositionem: sed res omnes nõ existunt in causa prima secundum vnam dispositionem. Quod est, quia, quamuis causa prima existat in rebus omnibus, tamen vnaquæque res recipit eam secundum suæ potentiæ modum. quod est, quia ex rebus sunt, quæ recipiunt vnita receptione causam primam, & ex eis sunt, quæ recipiũt eam receptione multiplicata: & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione ęterna, & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione temporali: & ex eis sunt, quæ recipiunt eã receptione spirituali: & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione corporali.

Et diuersitas quidem receptionis non fit à causa prima, sed propter recipiens. quod est, quia recipiens diuersificatur. Propter illud ergo & susceptũ diuersificatur. Influens vero existens vnum non diuersum, influit sup omnes res omnes bonitates æqualiter. Bonitas nanque influit super omnes res ex causa prima æqualiter. Res igitur sunt causa diuersitatis influxionis super omnes res. procul dubio ergo non inueniuntur omnes res in prima causa per modum vnum. Iam ergo ostẽsum est, quòd causa prima inuenitur in omnibus rebus per modum vnum, & non inueniuntur in ea oẽs res per modũ vnum.

Ergo secundum modum propinquitatis causæ primæ, & secundum modum, quo res recipere potest causam primam, secundum quãtitatem illius potest recipere ex ea & delectari secundũ eam. quod est, quia non recipit res ex prima causa, & nõ delectatur in ea nisi per modum esse sui. Et non intelligo per esse nisi cognitionem. Nam secundum modum, quo cognoscit res causam primam secundum quantitatem illam recipit ex ea, & delectatur in ea, sicut ostendimus.

Propositio Vigesimaquinta.

SVbstantiæ vnitæ intellectuales nõ sunt generatæ ex re alia. Omnis substãtia existens per essentiam suam non est generata ex re alia. Quòd si aliquis dicit, possibile est, vt sit generata ex re alia, dicemus, vt si possibile est, vt substantia stans per essentiã suam sit generata ex re alia, procul dubio est substantia diminuta, indigens vt compleat eam id, ex quo generatur, & significatio illius est generatio ipsa. Quod est, quia generatio non est nisi via ex diminutione ad complementum. nam, si inueniatur res non indigens in generatione sui, ideſt in sua forma & sua formatione re alia nisi se, & est causa ipsa formationis suæ & sui complementi, est completa & integra semper. Et non fit causa formationis suæ & sui complementi nisi per relationem suam ad causam suam semp. Illa ergo comparatio est formatio eius, & ipsius complementum simul. Iam ergo manifestum est, q̃ omnis substantia stans p essentiam suam non est generata ex re alia.

Propositio Vigesimasexta.

OMnis substantia stans per seipsam est non cadẽs sub corruptione. Si autem aliquis dicat quòd possibile est q̃ substantia stans per seipsam cadat sub corruptione, dicemus, si possibile est q̃ substantia stans per seipsam cadat sub corruptione, possibile est

vt

vt separetur eius essentia, & sit fixa stans per essentiam suam sine essentia sua: & hoc est inconueniens & impossibile, quoniam propterea, ꝙ est vna simplex non composita, est ipsa causa & causatum simul. Omnis aũt rei cadentis sub corruptione non fit corruptio nisi propter separationẽ suam à causa sua, dum vero permanet res per causam suam retinentem eam & seruantem ipsam, nõ perit, neq; destruitur. Si ergo ita est, substanti e stantes per essentiam suam non separantur a sua causa, quoniam est inseparabilis causa ab essentia sua, ꝓpter hoc, ꝙ causa eius est formatio sui, & nõ fit causa sui ipsius nisi per relationem suam ad causam suam. Et ipsa est causa relationis ipsius, & ipsa est ipsa causa sui ipsius per modum quem diximus, quoniam nõ perit nec destruitur, quoniam ipsa est causa & causatum simul, sicut ostendimus nuper. Iam ergo verificatum est, quod omnis substantia stans per seipsam non destruitur, neque corrumpitur.

Propositio Vigesimaseptima.

OMnis substãtia destructibilis nõ sempiterna, aut est composita, aut est delata super aliam rem, quod est, quia substantia aut est indigẽs rebus, ex quibus est, & est composita ex eis aut est indigẽs fixione sua & essentia sua deterente. Cum ergo separatur deferens causa, corrumpitur & destruit, ꝙ si substantia non est composita, tunc est simplex, & est semper, nec destruit nec corrumpitur omnino.

Propositio Vigesimaoctaua.

OMnis substantia stans per essentiam suã est simplex nec diuiditur. Quòd si dixerit aliquis possibile est vt diuidatur, dicemus quòd si possibile est vt substantia stans per se diuidatur, & est ipsa simplex: possibile est vt essentia partis eius sit per essentiam totam iterum, sicut essentia totius. Si ergo possibile est illud redit pars super seipsam, & omnis pars eius est rediẽs super seipsam, sicut est rediens totum super essentiam suam: & hoc est impossibile. Si ergo impossibile est hoc substantia stans per seipsam est substantia indiuidua & est simplex. Si enim non est simplex, sed composita, pars eius est melior parte, & pars illius vilior parte: quare melior, est ex re vilioris, & res vilior ex re melioris, quoniam est omnis pars eius seiuncta ab omni parte eius: quare vniuersitas eius non est sufficiens per seipsam, cùm indigeat partibus suis ex quibus componitur: & hoc quidem non est de natura rei simplicis, immo de natura substantiarum compositarum. Iam ergo constat, ꝙ omnis substantia stans per essentiam est simplex, & non diuiditur: quoniam non recipit compositionem, vel diuisionem, nec corruptionẽ, nec destructionem, sicut ostendimus.

Propositio Vigesimanona.

OMnis substantia simplex est stans per seipsam, s. per essentiam suam. Quod est, quia creata sine tempore, & est in substãtialitate sua superior substantijs temporalibus. Et significatio illius est, quia non est generata ex aliquo, quoniam est stãs per essentiam suam, & substantiæ generatæ ex aliquo sunt substantiæ corporales & compositæ cadentes sub corruptione & generatione. Iam ergo manifestum, quòd omnis substantia stans per essentiam suam non est in tempore, quia est altior & superior tempore & rebus temporalibus.

Propositio Trigesima.

OMnis substãtia creata in tempore aut est semper in tempore, & tempus non superfluit ab ea, quoniam est creata, & tempus æqualiter: aut superfluit super tempus, & tempus superfluit ab ea, quia est creata in quibusdam horis temporis. Quod est, quia si creata sequuntur se adinuicem, & substantiam superiorem non sequitur nisi substantia inferior ei similis, non substantia dissimilis: substantiæ enim similes substantiꝫ superiori, & sunt substantiæ creatę, à quibus non superfluit tempus, sunt substantiæ, quæ non assimilantur substantijs sempiternis, & substãtiæ sunt abscisſę à tpe, causatæ in quibusdã horis tpis. Non est ergo polè, vt continuent substãtiæ causatæ in quibusdam horis tẽporis cum substantijs sempiternis, quoniã non assimilantur eis omnino. Substantiæ igitur sempiternæ in tempore sunt illæ, quę continuantur cum substãtijs sempiternis, & sunt mediæ inter substantias hxas, & inter sustantias secundas in tempore. Et non est possibile, vt substantias sempiternas, quæ sunt supra tempus, sequantur substantiæ creatæ in tempore, nisi mediantibus substantijs temporalibus sempiternis in tẽpore: & istæ quidem substantiæ non sunt factæ mediæ, nisi quia ipsæ communicant substantijs sublimioribus in permanentia, & communicant substantijs temporalibus abscisſis in tempore per generationem. Ipsæ enim, quãuis sint sempiternæ, tamen permanentia earum est per generationem & motum, & substantiæ sempiternæ cum tempore sunt similes substantijs

stantijs sempiternis, quæ sunt supra tempus per durabilitatem, et non assimilantur eis in motu, vel generatione. Substantiæ autem factę in tempore non assimilantur substantijs sempiternis, quæ sunt supra tempus per aliquem modum vel motum. Si ergo non assimilantur eis, tunc nõ possunt acquirere eas, neque tãgere eas. Necessariæ ergo sunt substantiæ sempiternæ, quæ tãgunt substantias sempiternas, quæ sunt supra tempus, & erũt tangentes substantias, quæ sunt in tempore, scilicet sub generatione & corruptione. Ergo aggregabunt per motum suum iter substãtias sempiternas, quæ sunt supra tempus, & aggregabilitatem suam inter substantias, quæ sunt supra tempus, & inter substantias, quæ sunt sub tempore, scilicet quæ sunt cadentes sub generatione & corruptione. Et aggregabunt inter substantias bonas & inter substantias viles, vt non priuentur substãtiæ viles substãtijs bonis, et priuentẽ cum bonitate & omni communitate, & non sit eis remanentia neq; fixio. Iam ergo ostensum est, quòd durabilitatis duę sunt species: quarum vna est æterna, & altera est temporalis: veritamen vna duarum durabilitatũ est stans quieta, et altera mouetur, & vna earum aggregatur compositioni finali, & operationes eius omnes sunt simul, neque quędam earum est ante quandam, & altera est currens & extensa: quædã operationes eius sunt ante quasdam, & vnitas vnius earum est per essentiam suam, & vnitas alterius est per partes suas, quarum vna est seiuncta suæ compari per modum primũ & postremum. Iam ergo manifestum est, quòd substantiarum quædam sunt sempiternę, & sunt supra tempus, & ex eis sunt, quæ sunt sempiternæ æquales tempori, & tempus non superfluit ab eis, et ex eis sunt, quę sũt abscisſę à tpe, et tẽpus supfluit eis ex superiori earũ & ipsarũ inferiori, s. ex principio earũ vsq; in finem & ipsarum extremum: & sunt substãtię cadentes sub generatione & corruptione.

Propositio Trigesimaprima.

INter rem, cuius substãtia & actio sunt in momento æternitatis, & inter rem cuius substantia & actio sunt in momento temporis, existens est mediũ, & est illud, cuius substantia est ex momento æternitatis, & operatio ex momento temporis. Quod est, quia res, cuius substantia cadit sub tempore, scilicet, quia tempus continet eam, est in omnibus dispositionibus suis cadens sub tempore: quare & eius operatio cadit sub tempore, quoniã eius essentia est in tempore, quoniam, quando substantia rei cadit sub tempore, procul dubio & eius actio sub tempore cadit. Res autem cadens sub tempore in omnibus dispositionibus suis seiuncta est à re cadente sub æternitate in omnibus dispositionibus suis: continuatio enim nõ est nisi in rebus similibus. Necesse est ergo, ut sit res aliqua, quæ sit res tertia media inter vtrasq;, cuius substantia cadat sub æternitate & ipsius actio cadat sub tẽpore. Impossibile namque est, vt sit res, cuius substantia cadat sub tẽpore, & eius actio sub æternitate, sic enim actio eius melior esset ipsius substantia: hoc autem impossibile est. Manifestũ igitur est, quòd inter res cadentes sub tempore cum suis actionibus & substantijs, & inter res, quarum substantiæ & actiones sunt cadentes sub momento æternitatis, sunt res cadentes sub æternitate per substantias suas, & cadentes sub tempore per operationes suas, sicut ostendimus.

Propositio Trigesimasecunda.

OMnis substantia cadẽs in quibusdam dispositionibus suis sub æternitate, & in quibusdam dispositionibus suis sub tempore, est ens & generatio simul. Quod est, quia omnis res cadens sub æternitate est ens vere, & omnis res cadẽs sub tempore est generatio vere. Si ergo ita est, tunc res vna cadens sub æternitate & tempore est ens, & generatio non per modum vnum, sed per modum & modum. Iam ergo manifestum est ex hoc, quod diximus, quod omne generatum cadens per substantiam suam sub tempore, est habens substantiam dependentem per esse purum, quod est causa durabilitatis, & causa rerum sempiternarum, & omnium destructibilium. Necessarium est autem vnum faciens adipisci vnitates & ipsum nõ adipiscatur, sed reliquę vnitates omnes sunt acquisitę. Et illius quidem significatio est hoc quod dico, si inuenitur vnum faciens acquirere non acquisitum, & aliud acquirere faciens acquisitum, tunc quæ differentia est iter ipsum & primum acquirere faciens, non enim potest facere vel esse, quin aut sit simile ei in omnibus dispositionibus suis: aut sit inter vtraque differentia. Si ergo est similis ei in omnibus dispositionibus suis, tunc vnum eorum non est primum, & alterum secundum: & si vnum eorum non est simile alteri in omnibus dispositionibus suis,

tunc

tũc proculdubio vnum eorum eſt primum, & alterum ſecundum. Illud ergo, in quo eſt vnitas fixa non dependens ex aliquo, eſt vnum primum verum, ſicut oſtendimus: & illud, in quo eſt vnitas inuẽta ex alio inuenta, eſt præter vnum primum verum. Si ergo eſt ex alio, eſt ex vno primo vero acquiſita vnitas. Prouenit ergo inde, vt vni primo vero ſit vnitas, & iterum reliquis vnis. & non ſit vnitas niſi per vnum primum verum, quod eſt cauſa vnitatis. Iã ergo manifeſtum eſt & planum, ꝙ omnis vnitas poſt vnum verum eſt acquiſita & cauſata: veruntamen vnum verum primum eſt cauſans vnitates, faciens acquirere, non acquiſitũ, ſicut oſtendimus.

Libelli de Cauſis finis.

REGISTRVM.

* aA bB cC dD eE fF gG hH iI kK lL mM nN oO pP

Omnes quaterni, * duernio.



Venetijs apud hæredes Lucæantonij Iuntæ
Anno Dominj M D LII.